



Frogimi lanciss.ma

Quidquid agis prudenter age et respice finem

Dum tu recte viuis non cures verba malorum

O Quam sunt pulcherrimi flores
Virtus scientia mores
His tribus homo ornatus
Videtur esse beatus:

O fortuna vtinam inuida fortibus
Quam non regna bonis præmia diuidis
O fortuna fortuna non orbis es vna
Vt omnibus esses vna non vocaueris forbes

Tales sunt hominũ mentes qualis pater ipse
Iupiter auctifero lustrauit lumine terras

Ex libris: Andreæ Herstopoſſ Anno Dñi 1590. 18. Febris.

P. OVIDII NASONIS OPERA, QVÆ EXTANT, OMNIA

TRIBVTA IN TOMOS TRES.

Quorum PRIMO continentur

HEROIDVM EPISTOLÆ.
AMORVM LIBRI III.
DE ARTE AMANDI LIBRI III.
DE REMEDIO AMORIS LIBRI II.

Vnà cum alijs quibuſdam poëmatijs, quæ auerſa pagella indicabit.

OMNIA CASTIGATIORA EX POSTREMA IACOBI MICYLLI *recognitione,*

ET RECENSIONE NOVA GREGORII BERSMANI, cum indicatione diuerſæ ſcripturæ, & locorum difficiliorum explanatione, cum ipſius, tum aliorum.

EDITIO SECVNDA PRIORE *aliquot locis auctior.*



1590

Lipſiæ,

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO S. CÆS. MAI. & ELECT. SAXON. ad decennium.

Acceſſerunt huic tomo continenti opera, quæ ante exilium à Naſone ſcripta ſunt,

A. Sabini epiſtolæ tres, quibus ad totidem Heroidum Ouidij reſpondetur.
De Nuce.
De medicamine faciei.
De pulice.
De Philomela.
Somnium.
Epigrammata.
Elegia ad Liuiam Auguſtam de morte Druſi.
Panegyricon ad Piſonem.



14048

REVERENDISSIMO ILLVSTRISSIMOQVE PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO IOACHIMO FRIDERICO, Duci Sileſiæ, Lignicij ac Bregæ, &c. præpoſito Archiepiſcopatus & primatus Magdeburgenſis, Domino ſuo clementiſsimo

S. D.

MEmoriæ proditum eſt, Reuerendiſſime & Illuſtriſs. Princeps, Romanorum gẽtem inter templa, quæ πολυθέῳ illius religionis cultu impio ſacra habuit, Herculi & Muſis commune dedicaſſe delubrum, vt eſſent hi quaſi ὁμωχέται ſiue ὁμόναοι, hoc eſt, eodem templo ijſdemq; ſacris honorarentur. Quò nimirum conſecrationis iſtius auctores, non minus ſapientia, quàm fortitudine præſtantes, innuiſſe videntur coniunctionem pulcerrimam virtutis & literarum, eandemq; poſteris ſuis commendare voluiſſe, non aliam ob cauſam, quàm quod perſuaſum ſibi haberent, fortitudinis & laborum ſuorum præconium, his memoriæ

& antiquitatis custodibus rectissimè mandari. Itaq;, cum non modò ad percipiendam colendamq; virtutem, cuius apprimè gentem illam studiosam fuisse accepimus; sed ad nominis quoq; & gloriæ famam prorogandam, cuius non minori, quàm illius, cupiditate flagrabant, plurimùm se literis adiuuari posse confiderent: partim ipsi animos suos doctrina excolebant, partim, si qui ad hæc studia viderentur duriores, amore & officijs complectebantur eos, quorum ingenio, putabant ea quæ gesserant, posse disseminari in orbis terræ memoriam sempiternam. Non enim temere à Cicerone dictum existimari debet, cum inquit: *Nullius agricolæ cultu stirps tam diuturna*, quàm poëtæ versu seminari potest. Obtinuit hæc consuetudo multis seculis, non in Romana duntaxat republica, sed vnà cum imperio ad nostram quoq; peruenit nationem: neq; fuit gens vlla tam barbara, vt à Musis & earum alumnis prorsus abhorreret. Nimis longum esset hoc congruentibus historiarum exemplis planum facere de singulis; neq; verò id nunc agitur: præsertim cum sermo mihi sit cum principe, non literarum duntaxat cognitione imbuto, sed etiam antiquitatis scriptorumq; veterum non imperito. Quare,

missis nunc alijs, de tuis solummodo, illustrissime Princeps, maioribus aliquid verborum faciam, quippe, qui vel soli, narratiunculæ huic fidem suis exemplis abundè fecerint. Atque, ne longè abeam, ab vltimo vsque initio, hoc est, à Boleslao, quem *Otto* III. Imp. primum Imperij amicum & regem salutauit Poloniæ, hanc detexendo commemorationem, quod & infinitum foret, atque epistolæ modum excederet; de auo saltem tuo Friderico, & patre Georgio, at quantis Principibus! quorum vterque à summorum laude propius afuere, quàm à mediocrium, pauca memorabo, quæ ab epistolij huius instituto nequaquam, *vt opinor, fuerint aliena.* De illo igitur constat, præter eximias laudes pietatis, magnanimitatis, sapientiæ, constantiæ, ceterarumq; virtutum bono principe dignissimarum, & ipsum Herculi & Musis consecrasse ædem; non qualem Romanos iam diximus, superstitione delibutos irreligiosa, sed qualem decuit principem vouere Christianum. Amplexus enim puritatem doctrinæ cœlestis, abolitisque cultibus profanis & idololatricis, quos Papatus inuexerant tenebræ, non modò remp. legibus constituit salutaribus, & ad bene beateque viuendum necessarijs: sed etiam

ſcholam *Goltpergenſem*, verè Muſarum, hoc eſt, *pietatis & artium liberalium delubrum* aperuit, ſumtuumq́; impenſis liberaliter fouit, ac benignè locupletauit; præfecto illi moderatore iuuentutis ſcholaſticæ peritiſsimo feliciſsimoq́ue, ac prorſus admirabili, Valentino Fridelando Trocedorfio. De quo, ſi res maximas in pauca conferre licet, verè hoc memorare poſsimus; quemadmodum olim ex Iſocratis ludo, quem Cicero ſummorum oratorum magiſtrum nominat, tanquam ex equo Troiano innumeri exierunt dicendi principes: ita ex diſciplinæ ipſius cultura ſegetem effloruiſſe vberrimam, ad eccleſiæ, *reip. & ſcholarum incrementum, non in* Sileſia tantùm, ſed tota propè Europa. Ac magnæ mihi voluptati fuit aliquoties audire, de ſcholæ illius adminiſtratione memorabili, multa ac verè mirifica iucundè narrantem, veterem illius alumnum, ſpectata pietate, doctrinæq́; eruditione, ſapientia, multoq́; rerum vſu clariſsimum, atque omnino ſingularis exempli virum, D. Caſparem Peucerum: qui nullius ferè rei expoſitione magis ſe exhilarare conſueuit, quàm mentione tirociniorum adoleſcentiæ ſuæ, & quaſi ſtipendiorum, quæ in bonarum literarum militia ſub Trocendorfio merue-

meruerit; qui tum temporis scholam illam, frequentatam ab Vngaris, Polonis, Silesijs, Germanis, quod pænè monstri simile duxeris, absque collegarum vllius opera administra & socia, solus prudentia, industria, & auctoritate regebat sua. Neque semel vir ille ad me, in familiari colloquio, hanc felicitatem suam prædicauit, quod hoc ipso studiorum gubernatore ac morum formatore, vt prudentissimo, ita fidelissimo, ineunte adolescentia sibi vti contigerit. De quo scilicet in præsentia plus verborum fieri, non est necesse. Itaque, vt reuocetur narratio hæc, vnde tribuni illius nobilissimi, non quidem in Martis, sed *Musarum castris militantium*, *paululùm* digressa est, ad maiores tuos, inclyte & generosissime Princeps, aui tui, cuius laudum non postrema fuerit scholæ tam celebris fundatio, huius inquam vestigijs instituit filius Georgius, Celsitudinis tuæ parens, non modò pietatis, animiq; magni & excelsi æmulatione, & ad summa quæq; strenua contentione; sed etiam curæ, operæ, studij, diligentiæq; accuratione, intuendo paternæ munificentiæ tam illustri depositto. Itaque, quod apud Homerum Sthenelus Capanei filius, paulò de se gloriosius prædicat, ὑμεῖς τοι (inquiens Agamemnoni)

πατέρων μὲν ἀμείνοσι εὐχόμεθ' εἶναι; de parente tuo verè perhiberi poterat: quippe, quem acceptam à maioribus præstantissimis virtutis gloriam, suorum in rempub. meritorum auctario cumulasse, ac luculentiorem reddidisse, non est obscurum: cum ipsius erga optimarum artium studia ac disciplinas amorem & beneficentiam, ad omnem posteritatem faciat testatum extructio scholæ Bregensis, tam sumtu & magnificentia splendidæ, quàm præceptorum constanti pietate, doctrina, eruditione, ac fidelitate, quos studiorum & morum magistros in ea constituit, celebratæ. Sed principis huius laudes, quæ in ore sunt plurimorum, cum incredibili bonitatis, innocentiæ, magnanimitatis, munificentiæque ipsius desiderio, nunc quidem prosequi instituti præsentis non est. Ac satis sit demonstrasse id, quod initiò fuit propositum, Romanorum in fouendis literis humanioribus curam ac solicitudinem imitatos etiam alios: inter quos, tuum nimirum illustriss. Princeps nomen, aui patrisque summorum principum æmuli & imitatoris, cum mentione honestissima meritorum plurimorum vsurpare possem, nisi me pudor prohiberet in os laudare excelsitatem tuam, laude omni maiorem. De cuius erga

studia

ſtudia literarum, ac poëticen inprimis, cuius profeſsione, non minus quàm philoſophiæ, omnem ſapientiam & virtutem humanam conſummari certum eſt, affectione præclara, quæ ſit animi mei inductio, non inconſentaneum duxi hac lucubrati-uncularum mearum dedicatione, cum peculiari literarum ſignificatione, etiam ad alios prodere. Cum enim illuſtriſsimæ excelſitatis tuæ erga me fauoris clementiſsimi argumenta haberem atq; indicia minimè obſcura, profecta ſcilicet à liberalitate tua vltrò in me beneficia; teſtemque illius citare poſsim locupletem ac grauem, virum clariſsimum, ſapientiaq;, doctrina, virtute, ac fide præſtantem, D. Iohannem Reymanum, excelſitatis tuæ ἀρχιγραμματέα, Deo, Reipub. & amicis operam nauantem laudabilem: tum, quantum de clementiæ tuæ benignitate ac munificentia Muſis pollicear atq; recipiam, eius rei perpetuum hoc ad memorem poſteritatem monimentum extare volui, nuncupationem ſcilicet lucubrationum mearum in illum poëtam, cuius ingenium, doctrinæ copiam, atque expromtam facultatem, ſine curæ aliqua & elaborationis ſolicitudine atq; anxietate, mirati ſunt omnibus ætatibus cenſores literaturæ politioris & elegantioris grauiſ-

simi eruditissimiq;. Accipies igitur, princeps reuerendissime & illustrissime, poëtam hunc, cum notationibus & castigationibus cum meis tum aliorum, quorum notas & animaduersiones in Nasonem, ad communem iuuentutis scholasticæ vtilitatem, cui hæc potissimũ à me opera data est, nõ absq; labore, instar apiculæ ἐφ' ἅπαντα μὲν τὰ βλαστήματα καθιζανόσης, ἀφ' ἑκάστου δὲ τὰ χρήσιμα λαμβανόσης, vt Isocratis verba huc accommodem, hinc inde diffusas collegi: sic igitur munusculum hoc qualecunq; à me accipies, vt & animi tui magnitudine, & fauoris erga bonarum artium studia propensione, & perspectæ erga me clementiæ benigna affectione dignum est. Ego, etsi in hac ingenij & doctrinæ meæ tenuitate, ad ornandam excelsitatem tuam, parum à me conferre possim: tamen, si qua ornandæ illius facultas extiterit, non patiar in me requiri studium aliquod conatus impigri, atq; contentionis officiosæ: cum omnino hoc mihi persuaserim, mei esse muneris atq; officij, quod Theocritus Musis & poëtis curæ esse prodidit, ὑμνεῖν ἀθανάτους, ὑμνεῖν ἀγαθῶν κλέα ἀνδρῶν. Deũ oro βασιλέα βασιλέων, καὶ κύριον κυρίων, vt reuerendissimæ & illustriss. excelsitatis tuæ mentem, consilia, voluntatem, omnes deniq; actiones, in administratione princi-

principatus ſui, qui in Sileſia primas tenet, ac curatione archiepiſcopatus & primatus Magdeburgici, ſuo ſancto ſpiritu moderetur ac dirigat, ad celebrationem & gloriam ſanctiſsimi nominis ſui, commodaque & incrementa eccleſiæ & reipublicæ; faciatq;, vt Celſitudinis tuæ, maiorumq; ipſius laudatiſsimæ beatiſsimæque memoriæ exemplo excitentur alij complures, atque ad ſimilem curam cogitationemq; conuertantur ac deducantur, in promouendis bonarum artium ſtudijs & diſciplinis, quæ ſola ſunt & perpetua eccleſiæ filij ſui ſeminaria. Ex gymnaſio illuſtri in veterum Soraborum metropoli. A. D. æquinoctij verni Anno M. D. X C.

Reuerendiſsimæ & illuſtriſs.
excelſitati tuæ

ſubiectiſsimus

Gregorius Berſmanus.

Προφυλακτικὸν

AD LECTOREM AMORVM OVIDII.

Qui molles tractas elegos, artemq; procacem,
Quàm permista bonis heu mala multa leges!
Sic fruges eadem, sic natas vsibus herbas,
Et iolum, tellus, ægolethronq; parit.
Sed neq; mella leget, nec veris honore fruetur,
Qui fronti parcit, pertimuitq; rubos:
Imbuet aut dulci Musarum nectare mentem,
Qui lora fæces omphaciumq; fugit.
Ne caputi subeant potantum vina, Lycurgus
In vitem falcis vulnere sæuit atrox.
O Amythaonio caput insanabile! cur non
Sobrius infuso diluit amne merum?
Socraticos misce NASONIS lusibus haustus,
Libatos Sophiæ flumine, sanus eris.

P. OVI-

P. OVIDII NASONIS VITA, EX LILII GREG. Gyraldi de poëtarum Historia Libro quarto.

PVB. Ouidius Naso, patriam habuit Sulmonem, tertiam Pelignorum ciuitatem. Nam, vt ex Plinio colligimus, Peligni in Coruinienses, in Superæquanos, & Sulmonenses distincti sunt: vnde illud ex ipsius Poëtæ elegijs:

Me pars, Sulmo tenet, Peligni tertia ruris,
Parua, sed irriguis ora salubris aquis.

Ex ordine equestri fuit, vt idem pluribus locis ostendit. Ingenio fuit, vt mihi quidem videtur, parato, faciliq; , sed qui nimium sibi aliquando indulgeret, de cuius vita quædam tantum libabo, quæ non iucunda fore arbitror. Fuit itaq; Ouidius, cum omni vita atq; victu excultus, atque expolitus, tum tenui & vesco corpore, *neruisque compacto.* Id quod *vel ex eius ipsius Ouidij carmine liquet, cum ait:*

Pondere, non neruis, corpora nostra carent.

Item alibi,

Aptaq; subducto pondere membra dedit.

Suopte naturæ instituto, puer, ad poëticam ferebatur, verùm parentis monitionibus oratoriæ facultati operam dare compulsus est: in qua, si Senecæ credimus, egregiè profecit, forensesq; causas & centumuiralia iudicia exercuit. Mox vita defuncto patre, totum se mansuetioribus Musis restituit, foro relicto. Fratrem vno anno natu maiorem habuit, forensi eloquentiæ deditum, qui XX. annum agens, diem obijt. Filias duas ipse habuit. Sunt qui alteram priuignam dicant: altera certè aberat, cum ipse relegatus est. Tres verò subindè duxit vxores: duas quidem, facto diuortio, repudiauit: tertiam verò, quam

quam singulari caritate ac *dilectione* prosecutus est, ad mortem vsq; retinuit. Hanc, vt puto, perperam Perillam vocitatam, quidam existimant. nam si Perilla vxor fuisset, id profectò in ijs, quæ ad vxorem multæ scribuntur, elegijs alicubi significasset. Fuit autem Perilla, vt ipsemet ostendit Poëta, puella valdè docta, atq; inprimis Poëtria, ad quam extat Poëtæ ipsius nobilis elegia. Romæ verò Ouidius secundum Capitolium habitauit: vt ipsemet testatur. Hortos habuit propè viam Flaminiam, qua Cassiæ iuncta fuit. Mortuus est in exilio, vt notat Eusebius, centesima nonagesima nona Olympiade, sepultusq; est iuxta Tomos. & (vt Pontanus è Geor. Trapezuntio nec semel se audiuisse scribit in eo qui est de Magnificentia ad Attilium) collata è publico pecunia, à Tomitanis ciuibus, tymbo, id est, monumento, ante opidi portam, in loco maximè celebri, magnificè structo: ijs scilicet pluris facientibus peregrini poëtæ ingenij nobilitatem, *quàm imperatoris Rom. proscriptionem. Exilij verò ipsius variè causa traditur*, tametsi ipse non se exulem, sed relegatum ait. eam ipse certe triplicem innuit, qua de re multi multa: illam ipse prætulit, qua & ceteras (vt opinor) prætexuit Augustus, quòd suo scilicet carmine de Amandi arte Romanam corrupisset iuuentutem. Ego omnes quadam ex parte veras fuisse puto: eam tamen potiss. quàm & Sidonius Apollinaris de Corinna, suis versibus attigit, quod videlicet eo ficto nomine Iuliam his versibus significaret:

Nec te (inquit) carmina per libidinosa
Notum Naso tener, Tomosq; missum
Quondam Cæsareæ nimis puellæ,
Ficto carmine, subditum Corinnæ.

Quam opinionem cùm alij, tum suo carmine in Nutricia Politanus secutus est. Tradunt quidam, quòd cum filia Augustum parum honestè iacentem vidisset:

vidisset: quod & illo ipsius poëtæ versiculo significari volunt,

Cur aliquid vidi? cur conscia lumina feci?

Nam & de C. Caligula Suetonius ita tradit: C. Agrippæ se nepotem neq; credi, neque dici, ob ignobilitatem eius volebat: succensebatq;, si qui vel oratione, vel carmine, imaginibus eum Cæsarum inserèrent. Prædicabat autem, Matrem suam ex incesto, quod Augustus cum Iulia filia admisisset, procreatam. Hæc Suetonius. Sunt qui rem hanc in puerum ineptius referant: sed in re huiusmodi, coniectura potius, quam certa aliqua ratione ducuntur. Sunt & qui de Mæcenate nihil non suspicentur: quê quod nunquam nominauit, nescio quid de Iulia confingunt. Extant Cæcilij Minutiani Apuleij fragmenta, in quibus de Ouidio poëta hæc ferè produntur, eum scilicet Calendis Ianuarij, qua die T. quoque Liuius decesserit, anno sui exilij septimo, hominem esse defijsse: structumq; illi tymbon à barbaris ante suarum ædium ianuam. Idem Minutianus ait. Item, quem Ibin simulato nomine appellarat, Coruinum fuisse, qui exulantis poëtæ vxorem sollicitasset: relegationis causam fuisse, quòd Augusti incestum vidisset.

Ceterum de Ouidij ingenio sic alicubi Anneus Seneca: Declamabat, inquit, raro Naso controuersias, sed non nisi ethicas, libentius dicebat suasorias: molesta illi erat omnis argumentatio: verbis minimè licenter vsus, nisi in carminibus, in quibus non ignorauit vicia sua, sed amauit. Manifestum potest esse, quod rogatus aliquando ab amicis suis, vt tolleret tres versus: inuicem petijt, vt ipse tres exciperet, in quibus nihil illis liceret. Aequa lex visa est. scripserunt illi quos tolli vellent: & Ouidius, quos tres exciperet. de vtrisq; codicillis ijdem versus erant, in quibus primum fuisse narrabat Albinouanus

nouanus Rhetor, qui inter arbitros fuit:

Semibouemq; virum, semiuirumq; bouem:

Et:

Egelidum Boream egelidumq; Notum.

Ex quo apparet, summi ingenij viro, iudicium non defuisse, ad compescendam suorum carminum licentiam, sed animum. Aiebat interim, decentiorem faciem esse, in qua nœuus aliquis fuisset. Et hæc quidem Seneca: qui & partem declamationis eius soluta oratione attulit, in ea controuersia, cuius hoc est argumentum: Vir & vxor iurauerunt, vt, si quid alteri obtigisset, alter moreretur. vir peregrè profectus misit nuncium ad vxorem, qui diceret, decessisse virum: vxor se præcipitauit. recreata, iubetur à patre relinquere virum. non vult, abdicat. Hanc certè controuersiam, ait Seneca, ante Arellium Fuscum, magistrum suum, declamauit Ouidius, vt mihi videbatur, longè ingeniosius: excepto eo, quod sine certo ordine per iocos discutrebat, &c. Extat & Cæsij, eius ætatis viri doctissimi, de Ouidio testimonium. Cum enim Alfius Flauus in declamatione quadam hanc sententiam dixisset,

Ipse sul, & alimentum erat, & damnum:

Alfius obiurgauit, Apparet (inquit) te poëtas studiosè legere. Iste sensus est eius, qui hoc seculum amatorijs non artibus tantum, sed sententijs impleuit. Ouidius enim in libris Metamorph. dixit,

Ipse suos artus lacero diuellere morsu
Cœpit, & infelix minuendo corpus alebat.

Hæc ille. Quæ verò ingeniosissimi huius poëtæ opera supersint, breuiter colligam. Elegiæ amorum, vel De fine titulo, de quibus sunt grammaticorum controuersiæ. Epistolæ, quarum nonnullæ tanta arte & elegantia conscriptæ sunt, vt in eo genere absolutius quiddam nihil fieri posse existiment. Tres libri de arte, duo de remedio amoris, de tristibus quinque,

de Pon-

de Ponto quatuor, In Ibin, de Nuce, ad Liuiam consolatio, sex Fastorum: & præclarissimum, vt ait Lactantius, Metamorphoseon opus. Quæ verò perierunt temporum iniuria, hæc sunt, sex Fastorum vltimi, Medeæ tragœdia, quæ Fabio, & Tacito, aliisque commendata plurimum: hæc hoc tempore inuenta dicitur, sed falsò, vt puto. Scripsit & alteram *tragœdiam* ex Virgilio, de qua sic Tertullianus *Septimius* quodam suo libello: Deniq;, inquit, Ouidius etiam Medeam tragœdiã ex Virgilio plenisſ. expressit: quo loco agit de his, qui ex alijs autoribus centones & noua opera concinnarent. Reliquit item Ouidius inchoatum opusculum de piscibus, ex quo multos Plinius enumerat. Periêre & Ouidij Epigrammata, quæ tum Prisciano grammatico, tum Martiano & Martiali citantur: item Phænomenon libellus, vt ex Lactantij & Probi sententia constat: item liber, quem in malos poëtas ediderat, vt ex Fabio colligimus. Perierunt & vaticinia, quæ vno libro complexus erat, item triumphus Augusti Cæsaris, & de Gestis Imperatoris lingua Getica, Bellum Actiacum, quod ad Tib. Cæsarem libris duobus inchoauerat. Atque vt hæc quidem, quantum in præsentia recordor, deperdita: ita quæ subiungam, suppositicia, & adulterina, falsoque Ouidio ascripta: De vetula, in quo de magnis siderum coniunctionibus, & de Christiana lege miranda leguntur: item de Pulice, de Philomela, de Medicamine faciei: qua de re, licet in arte se scripsisse asseueret, id tamẽ quod in manibus habetur, poëma illegitimum, & tralatitium, ab aliquibus doctis viris putatur.

EIVSDEM VITA EX PETRI CRINITI LIBRO III. De poëtis Latinis.

P. OVIDIVS NASO GENITUS est Sulmone patria, quod opidum in Pelignis fuit. Natalem habuit Aprili mense, diebus quinquatrijs, quibus sacra Mineruæ celebrari mos fuit apud Romanos: A. Licinio & L. Pansa consulibus, qui Mutinensi pugna contra Antonium ceciderunt. Neque desunt qui referant, eodem die natos fuisse P. Ouidium, & Albium Tibullum, poëtam in scribendis elegijs maxima elegantia. Maiores illi contigerunt nobili genere atq; satis honesto, à quibus equestrem dignitatem acceptam perpetuò seruauit. In ipso adolescentiæ suæ principio, magnopere probauit, quantùm præstaret ingenij facilitate, ac præclaris moribus. Quocirca Romæ institutus est in Latinis literis, maxima diligentia parentis. Et, cum in tenera ætate (vt constat) summa voluptate & gratia teneretur componendis carminibus, ab eo studio retractus est parentis monitionibus, qui monere illum assiduè & hortari non destitit ad oratoriam facultatem, vt qui ad quæstum & opes comparandas animum magis intendisset. Itaque factum est, vt P. Ouidius studium illud atq; curam absoluendi carmina intermitteret, animumque ad causas & forum conuerteret, præceptoribus Arellio Fusco, & Portio Latrone, cuius eloquenti-

quentiam atq; eruditionem vehementer admiratus est. Neque in ea re tulit vulgarem laudem aut commendationem ingenij sui, vt refert Anneus Seneca. nam & in priuatis, & in centumuiralibus causis præsedit, aliasque præterea dignitates obiuit, posteaquam virilem togam sumsit, & latum clauum adeptus est: de quo habentur complura apud ipsum Ouidium diuersis locis, quæ sunt à nobis prætermittenda, studio breuitatis. Ceterùm cum nihil animo suo potius foret, quàm versari in otio literarum, postabita omni cura rerum publicarum, ad institutum suum redijt, ac totum se dicauit poeticæ facultati, vnde perpetuum sibi nomen & quietem singularem fore sperabat. Minimè dubium est, eundem habuisse tres vxores. Primam enim sub ipsam adolescentiam, vt inutilem, parumq; se dignam, repudiauit, cumq; ea more veterum diuortium fecit Alteram, bonis parentibus ortam, beneq; moratam, sed parum stabili connubio sibi coniunctam, maturè dimisit. Successit his Perilla, cuius egregiam formam atq; probitatem pluribus locis extollit. Neq; tantum dilexit eam maxima fide, & beneuolentia singulari, sed in poëtica etiam eruditiuit, magnaque cura excoluit. Quo factum est, vt Perilla, exulanti marito, fidem suam diligentissimè seruauerit. Amicos habuit permultos, cum doctrina & generis nobilitate insignes, tum probitate ac moribus ornatissimos: vt Albium Tibullum, Cor. Seuerum, Sabinum,

Sex. Pompeium, Græcinum, & Flaccum, viros consulares, quorum familiaritate intimè vsus est: Messallam præterea, Albinouanum Æmylium Macrum, Maximum, & alios compluplures, cum quibus, vt ipse refert, coniunctissimè vixit. Relatum est à Suetonio Tranquillo, Iulium Higinium (qui Augusti libertus fuit, summoque ingenio & doctrina præstitit) familiarissimum fuisse Ouidio poëtæ. De ipsius operibus haud magnum operæ precium est pluribus agere, cum multi de hoc scripserint, eaque vulgo satis nota sint ex commentarijs nostrorum grammaticorum. Et sanè hic vnus præter ceteros omnes videtur, plura atque varia poëmatum genera descripsisse. In eo opere, (cui titulum fecit Metamorphoseon) secutus est Parthenium Chium poëtam, qui Græcè scripsit præclarum poëma pari argumento, & materia simili. Id Ouidij opus in tanto precio habitum est Græcorum ingenijs, vt illud conuerterint in suum sermonem. est enim refertum varia atq; multiplici eruditione: quanquam ipse auctor inemendatũ atq; imperfectum reliquit, vt ipse testatur versiculis additis. Nam absente illo, atq; etiam nesciente, editum est in vulgus ab amicis. Fastorum libros sex composuit, eosq; ad Germanicum Drusi filium misit: reliquos per importunum obitum, & aduersam exilij fortunam (vt pleriq; putant) non potuit perficere. Is tamen alicubi asserit duodecim à se compositos. Opus quidem eruditum, &

plenum

plenum magna & copiosa rerum scientia:

Sex ego Fastorum scripsi, totidemq; libellos,
Cumq; suo finem mense libellus habet.

De amoribus libros treis: in quibus sub ficto nomine Corinnæ, maximè probauit ingenium suum: Complures etiam epistolas, in quibus est vsus mira elegantia, & artificio singulari, vt critici asserunt. In elegia habitus est paulò lasciuior, vt qui nimium quandoque indulserit ingenio suo. Prætereo libros Artium amandi, & Remediorum, in Ibin, de obitu Drusi, epigrammata, & poëmata complura, quæ ab eodem composita sunt, vt grammatici veteres testantur. Quædam tamen falsò atque improbè ad eum referuntur, vt carmen de vocibus auium, de Pulice, & alia indigna prorsus atque aliena ab ingenio & doctrina tanti poëtę. Volumen præterea scripsit Halieuticon, in quo complexus est varia & inaudita ad eam diem nomina piscium, quod amissum est (vt alia multa eiusdem auctoris) iniuria hominum, & longa vetustate insequentium temporum. Idem Ouidius magnoperè commendatus est in Medea tragœdia, propter ipsam elegantiam, & sententiarum grauitatem, vt Cor. Tacitus & Fabius Quintilianus referunt. In vrbe secundum Capitolium habitauit, hortosq; habuit in colle positos, quâ via Appia coniungebatur cum Flaminia. In his magna animi voluptate versari consueuit, suumque ocium mitioribus curis traducere. Relegatus est à Cæsare Augusto in

Pontum ad opidum Tomos, quo tempore Ouidius maiorem quietem atq; otium dari sibi sperabat, recolendis veteribus studijs, vt qui accessisset ad ætatem prouectiorem. Causam verò tàm sæui, tamq; inciuilis exilij, variè multi (vt in re ancipiti euenit) interpretantur. Alij hoc referunt ad eos libros, qui ab eo scripti sunt de amoribus, quod essent paulò lasciuiores, vt est auctor Sextus Aurelius, qui de Rom. principibus scripsit. Pleriq; existimant, proueniſſe hoc ex adulterio cum Iulia Augusti filia: qua in re etsi P. Ouidius nihil omnino apertè retulit; tamen alicubi videtur idipsum insinuare, velata proprij criminis causa. Itaq; Sidonius Apollinaris videtur existimasse, ob id fuisse illum relegatum ab Augusto, vt satis declaratur his versibus:

Nec te carmina per libidinosa
Notum, Naſo tener, Tomosq; missum,
Quondam Cæsareæ nimis puellæ
Ficto carmine subditum Corinnæ.

Hoc idem innuit Ouidius, cum refert,

Lingua silet: non est vltrà narrabile quicquam.

Et alibi, seruata ratione obstinati silentij,

Nec breue, nec tutum est, peccati quæ sit origo,
Dicere, tractari vulnera nostra timent.

Minimè autem obscurum est, Iuliam Augusti principis filiam deflagrasse magna libidine, & infamem fuisse vulgatis per vrbem adulterijs, vt ab antiquis scriptoribus refertur. Quapropter inclinat animus, vt existimem, haud satis

potuisse

potuisse Octauium sibi temperare, quò minus desæuiret in poëtam Ouidium, confícta causa noui criminis, quod in impudicis carminibus operam atq; studium posuisset. In exilio supra septem annos versatus est. Cumq; illi viuendum foret inter incultas atq; barbaras nationes, *tantum* sibi promeruit gratiæ atq; studij, *bene* præclareq; agendo, vt in eius obitu Getæ *illi* ac Tomitani populi tenere lacrymas non potuerint. Fuit enim Ouidius moribus apprimè honestis, & facilitate mirifica ad conciliandа sibi ingenia hominum: quod inprimis dignum est summa admiratione. Cum Geticum sermonem atq; Sarmaticum didicisset, poëmata descripsit Getica lingua, laudesq; Cæsarum decantauit. Obijsse traditur eodem anno, quo T. Liuius, qui nobilissimus auctor habitus est *in Romana historia describenda. Sepultusque fuit iuxta opidum Tomos, vt Eusebius testatur.* Permulti scriptores, cùm veteres, tùm iuniores, deplorarunt obitum illius, vt indignum atque miserabilem, habita detestatione tam sæuæ tamq; calamitosæ relegationis. Sed eleganter inprimis & copiosè (vt ego existimo) Ang. Politianus, cuius versus libris Tristium præmissimus.

IOHANNES POSTHIVS ARCHIATRVS VVIRTZEBVRGICVS GREGORIO BERSMANO SVO.

FAma tibi doctis ingens est parta libellis,
Dictauit genio quos pia Musa tuo.
Iam mage cõspicuam, Bersmane, magisq́ perennẽ,
Cum Nasone tuus dat tibi Virgilius.
O' te felicem, gemino qui lumine clares:
Haud tenebræ, haud vnquã nox metuẽda tibi.

EIDEM MICHAEL BARTH MEDICINÆ DOCT. ET PROFESSOR IN ACAD. LIPS.

PEr varios mundi casus, per bella, per ignes,
A' teneis, blattis, decipiente manu,
Plurima diuini perpessi vulnera vates,
Pelignusq́ senex, Virgiliusq́ pater:
Sanati in lucem redeunt, studijsq́ iuuentæ
Bersmani medica restituuntur ope.
Res bona; ad æternam recta est ea semita laudẽ,
Bersmane, augusta hac itur ad astra via.
Sic medici illustres Podalirius atq́ Machaon,
Sanando heroum vulnera multa manu:
Iunctis nominibus viuunt cum heroibus ipsis,
Atq́ omni clarum tempore nomen habent.

Eidem

EIDEM ADAMVS SIBERVS.

ANtè Virgilius, Latina Siren,
Agebat tibi gratias labore
Pro, BERSMANE, tuo: Charis Quirina,
Nunc Sulmonis idem facit poëta:
Gratando quasi se sibi renatum,
Atq; ab exilio suo reductum.
Perge Pieridum potens fauore,
Sudore, ingenio, eruditione,
Quod laudis maneat perenne seclo
Plus vno, tibi comparare nomen.

AD GREGORIVM BERSMANVM DE EDITIS AB eo Virgilij & Ouidij operibus

FRANCISCVS MODIVS BRVGENS.

INgenij, BERSMANE, potens, quod Phœbus Apollo
Ingenua quauis arte madere dedit;
Quod tibi, quod tali reddent pro munere munus,
Quot quot amant certis claudere verba modis;
Heroo tibi quo princeps in carmine vates,
Quiq; Tomitano non bene in orbe iacet,
Tanto, & tam vigili studio sunt editi, vt illis
Nil vltra quidquam accedere posse putem!
Dudum & in hoc, & in illo imitando multa notaras:
Non dubium ad laudem quæ via sternit iter.
Nec satis ad decus hoc: satagis coniungere, vt horum
Integer auspicijs esset vterq; tuis.

Faueruntq́ adeò his Musæ conatibus ipsæ;
Fauit Musæi duxq́ pater q́ chori.
Iamq́ corona duplex tibi quernea (ciuibus olim hic
Summus seruatis nempe duobus honos)
Tertia debetur, BERSMANE, & laurea; cingant
Nobile de prisco quæ tibi more caput.

IVL. CAES. SCALIGER
LIBRO VI. POETICES
Epistolis Heroidum.

Epistolæ omnium illius librorum politissimæ. nam & sententiæ sunt illustres, & facilitas cõposita, & numeri poëtici. Quæsitus quoq; splendor ex imitatione simulatæ veteris simplicitatis: velut,

Castori Amyclæo, & Amyclæo Polluci.

IDEM DE AMORIBVS.

Amores ipse suos olim castigauit. Libros enim quinque ad trium redegit compendium. Multa arguta, multa culta, multa lasciua, luxuriantia, effusa: multa in quibus omnia præter licentiam à nobis desiderantur.

P. OVI. NASONIS EPISTO-

P. OVIDII NASONIS EPISTOLARVM HEROIDVM LIBER.

IN PRIMAM EPISTOLAM ARGVMENTVM.

Græcis ad Troiam cum maximo bellorum apparatu ob Helenæ raptum proficiscentibus, Vlysses Laërtis & Anticliæ filius, Penelopes nouæ vxoris detentus amore, insaniam simulans, comitatū negat. Verùm tandem fraude viri à Palamede detecta, cum ceteris in Troianam expeditionem ire coactus est: vbi, quantū & fraude & virtute valeret, ostendit. Tandem pluribus peractis certaminibus, post decennium Troia euersa, cùm in patriam rediturus, cum reliquis Græcorum principibus naues conscenderet, ob læsæ Mineruæ indignationem, vastissimis procellis omnes agitati sunt. Inter quos Vlysses acerbæ tempestatis impulsu, in longissimam, vtpote decennem, peregrinationem agitatus est. Quum igitur Penelope, Icarij & Polycastes filia, hactenus casta, huiusce tam longæ moræ causam ignoraret, ad illum hanc epistolam scripsit: in qua illum multis rationibus in patriam reducere nititur, sic inquiens.

PENELOPE VLYSSI.

HAnc tua Penelope [a]lento tibi mittit [*]Vlysses:
Nil mihi rescribas: attamen ipse veni.
Troia iacet certè Danais inuisa puellis:
Vix Priamus tanti, totaq; Troia fuit.
O vtinam tunc, cùm Lacedæmona classe petebat,

[a] Moram trahenti. Metaphora.
[*] Vlysse libr. duo.

Obrutus insanis esset [a] adulter aquis.
Non ego deserto iacuissem frigida lecto:
Nec quererer tardos ire relicta dies:
Nec mihi, quærenti [b] spaciosam fallere noctem,
Lassaret [c] viduas pendula tela manus.
Quando ego non timui grauiora pericula veris?
[d] Res est solliciti plena timoris amor.
In te fingebam violentos Troas ituros:
Nomine in Hectoreo pallida semper eram.
Siue quis [e] Antilochũ narrabat ab Hectore victum,
Antilochus nostri causa timoris erat:
Siue [f] Menœtiadem falsis cecidisse sub armis:
Flebam successu posse carere dolos.
Sanguine Tlepolemus [g] Lyciã tepefecerat hastam:
Tlepolemi leto cura nouata mea est.
Deniq; quisquis erat castris iugulatus Achiuis:
Frigidius glacie pectus amantis erat.
Sed benè consuluit casto [h] Deus æquus amori:
Versa est in cineres sospite Troia viro.
Argolici redière duces: altaria fumant:
Ponitur ad patrios barbara præda Deos.
Grata ferunt Nymphæ pro salute dona maritis:
Illi victa suis Troica fata canunt.
Mirantur iustiq; senes, trepidæq; puellæ:
Narrantis coniux pendet ab ore viri.
Iamq; aliquis posita monstrat fera prœlia mensa,
Pingit & exiguo Pergama tota mero.
Hâc ibat Simois: hîc est [i] Sigeïa tellus:
Hîc steterat Priami regia celsa senis.

Illiq;

[a] Paris. Antonom.

[b] Longam.

[c] Penelopes viduæ Hypallag.

[d] Quàm miser est qui amat.

[e] Antilochus non ab Hectore, sed Memnone interfectus est: sed Ouid. hoc matronali simplicitati tribuit. Vide Polit. Miscell 78. Et Parrhas. epist. 20.

[f] Patroclum quem Achillis armis indutum Hector interfecit. Iliad. π'.

[g] Sarpedonis Lycij.

[h] Curæ fuisse Deo, quod in votis ipsa habebat.

* Atque libr. duo.

[i] Sigeum promontorium.

Illic Aearides, illic [a] *tendebat Vlysses:*
* *Hîc lacer* [b] *admissos terruit Hector equos.*
Omnia nanq; tuo semor te quærere misso
Rettulerat nato Nestor: at ille mihi.
Rettulit & ferro Rhesumq; Dolonaq; cæsos:
Vtq; sit hic somno proditus, ille dolo.
Ausus es ô nimium, nimiumq; oblite tuorum,
Thracia nocturno tangere castra dolo.
Totq; simul mactare viros adiutus ab vno.
[c] *At benè cautus eras, & memor antè mei.*
Vsq; metu micuêre sinus, dum victor amicum
Dictus es [d] *Ismarijs isse per agmen equis.*
Sed mihi quid prodest vestris disiecta lacertis
* *Ilios? & murus, quod fuit antè, solum?*
Si maneo qualis Troia durante manebam:
Virq; mihi demto fine carendus abest.
Diruta sunt alijs, vni mihi Pergama restant:
Incola captiuo quæ boue victor arat.
Iam seges est vbi Troia fuit: resecandaq; falce,
Luxuriat [e] *Phrygio sanguine pinguis humus.*
Semisepulta virûm curuis feriuntur aratris
Ossa: ruinosas occulit herba domos.
Victor abes: nec scire mihi, qua causa morandi,
Aut in quo lateas ferreus orbe, licet.
Quisquis ad hæc vertit peregrinâ littora puppim,
Ille mihi de te multa rogatus abit.
Quamq; tibi reddat, si te modò viderit vsquam:
Traditur huic digitis charta notata meis.
Nos Pylon, antiqui [f] *Neleïa Nestoris arua,*

[a] Tentoria figebat, imitatione Virg. Hic Dolopum manus, hic sævus tendebat Achilles.
* Hic alacer missos minus benè.
[b] Concitatos, celeres. Admittere equum, est incitare aut vrgere calcaribus.
[c] ἐφωνικῶς.
[d] Ismarijs, Thracijs ab Ismaro monte.
* Ilion: & ita legendum censet Ioseph. Scal. feminino genere: sicut Cianon: & regia Pleuron apud Sil. & Dorica Ancon apud Iuuenal. Ilion autem ab Ilo Trois regis F. nomen accepit.
[e] Phrygum siue Troianorũ sanguine Heteros.
[f] Imitatione Homeri, q. Pylon ἄστυ νιλήϊον cognominauit, a Neleo Crethei siue Neptuni F.

Missimus: incerta est fama remissa Pylo.
Missimus & Sparten: Sparte quoq; nescia veri:
Quas habitas terras, aut vbi lentus abes?
Vtilius starent etiam nunc mœnia Phœbi:
Irascor votis heu leuis ipsa meis.
Scirem vbi pugnares: & tantùm bella timerem:
Et mea cum multis iuncta querela foret.
Quid timeam, ignoro: timeo tamen omnia demẽs:
Et patet in curas area lata meas.
Quæcunq; aquor habet, quæcunq; pericula tellus:
Tam longa causas suspicor esse moræ.
Hæc ego dum stultè meditor, quæ vestra libido est,
Esse peregrino captus amore potes.
*Forsitan & * narras, quàm sit tibi rustica coniux:*
*Quæ tantùm lanas non * finit esse rudes.*
Fallor: & hoc crimen tenuis vanescat in auras:
Neue reuertendi liber, abesse velis.
Me pater Icarius viduo discedere lecto
Cogit: & immensas increpat vsq; moras.
Increpet vsq; licet: tua sim, tua dicar oportet:
Penelope coniux semper Vlyssis ero.
Ille tamen pietate mea, precibusq; pudicis
Frangitur: & vires temperat ipse suas.
Dulichij, Samijq;, & quos tulit alta Zacynthos,
Turba ruunt in me luxuriosa proci:
Inq; tua regnant, nullis prohibentibus, aula:
*Viscera nostra tua * dilacerantur opes.*
Quid tibi Pisandrum, Polybumq;, Medontaq; di-
Eurymachiq; auidas, Antinoiq; manus, (rum,

a Præstaret non dum euersam esse Troiam.

b Miseriarũ societas solatij loco est.

c Cicero simili metaph. campum dixit.

* narres

d Homero est εἰροκόμος ἰὰ. γ. quæ Hesychio est ἐριεργὸς Plauto lanuria. Cui lanificium curæ est.

e Cum liberum tibi, siue in tua potestate sit.

f Imitat. Propert. victrices temperat ira manus.

g Hom. ὀδ.ά. Δουλιχίῳ τε Σάμῃ τε καὶ ὑλήεντι Ζακύνθῳ &c.

* dilaniantur. Hom. τρύχουσι δὲ οἶκον.

h De his vide ᾠδυσ. χ.

Atq;

Atq; alios referam? quos omneis turpiter abſens
Ipſe tuo partis ſanguine rebus alis.
Irus egens, pecorusq; Melanthius auctor edendi,
Vltimus accedunt in tua damna pudor.
Tres ſumus imbelles numero: ſine viribus vxor,
Laërtesq; ſenex, Telemachusq; puer.
Ille per inſidias pænè eſt mihi nuper ademtus:
Dum parat inuitis omnibus ire Pylon.
Dij precor hoc iubeant, vt, [a] *euntibus ordine fatis,*
[b] *Ille meos oculos comprimat, ille tuos.*
Hoc faciunt cuſtosq; boum, longæuaq; nutrix:
[c] *Tertius immundæ cura fidelis haræ.*
Sed neq; Laërtes, vt qui ſit inutilis annis,
Hoſtibus in medijs regna tenere poteſt.
Telemacho veniet (viuat modò) [d] *fortior ætas:*
Nunc erat auxilijs illa tuenda patris.
Nec mihi ſunt vires inimicos pellere tectis:
Tu citius venias, [e] *portus & aura tuis.*
Eſt tibi, ſitq;, precor, natus: qui mollibus annis
In patrias arteis erudiendus erat.
Reſpice Laërten, vt iam ſua lumina condas:
Extremum fati ſuſtinet ille diem.
Certè ego, quæ fueram, te diſcedente, puella,
Protinus vt redeas, facta videbor anus.

a Fatis ordinē juſtum ſeruantibus, parentibus ſuperſtes ſit.
b Solebant ſanguine propinquiores morientium oculos claudere.
c Periphr. ſubulci.
d Robuſtior.
e Metaphora à nautis.

IN II. EPISTOLAM ARGVMENTVM.

Demophoon, Theſei & Phædræ filius, à bello Troiano in patriam rediens, maris tempeſtatibus

in Thraciam delatus, à Phyllide Lycurgi & Crustumenæ filia, quæ tunc Thraciæ imperabat, hospitio & lecto benignè susceptus est: & cum aliquandiu cum illa fuisset, audita morte Mnesthei, qui post eiectum ex vrbe Athenarum patrē Theseā, imperium occupauerat, regni cupidine captᵃ, Phyllidi fide data, se intra mensem rediturum, fingens se ad res suas componendas ire, resarcitis nauibus, Athenas petijt, neque de reditu curauit. Quatuor itaq; exactis mensibus, Phyllis epistolā hanc scripsit, in qua suadet, vt beneficiorum memor, seruatis sponsionibus, in fide persistat. Quod si negligat, violatum pudorem crudeli morte se compensaturam minatur.

PHYLLIS DEMOPHOONTI.

Hospita Demophoon tua te [a] *Rhodopeïa Phyllis*
Vltra promissum tempus abesse queror.
Cornua cum Lunæ pleno semel orbe coissent,
[b] *Littoribus nostris anchora pacta tua est.*
Luna quater [c] *latuit: toto quater orbe recreuit,*
Nec vehit Actæas Sithonis vnda rates. (tes:
Tempora si numeres, bene quæ numeramus amantes:
Non venit ante suam nostra querela diem.
[d] *Spes quoq; lenta fuit: tardè; quæ credita læduntur,*
Credimus: inuita nunc & amante nocent.
Sæpe fui mendax pro te mihi: sæpe putaui
Alba procellosos vela referre Notos.
Theseа deuoui: quia te dimittere nollet:
Nec tenuit cursus forsitan ille tuos.
Interdum timui, ne, dum vada tendis ad [e] *Hebri,*
Mersa

ª Threissa, à Rhodope monte Thraciæ. Synecdochicè.

ᵇ Hypallag. tu pepigisti anchoram te iacturū nostro litore, h. e. in Thraciam rediturum.

ᶜ In interlunio scilicet. Et est notatio quadrimestris.

ᵈ Metus: κατάπληξις.

ᵉ Hebrus fluuius Thraciæ rapidissimus.

Mersa foret cana naufraga puppis aqua.
Sæpe deos supplex, vt tu scelerate valeres,
Sum prece thuricremis deuenerata focis.
Sæpe videns ventos cœlo, pelagoq; fauentes,
*Ipsa mihi dixi, si valet, * ipse venit.* * ille
Demiq; fidus amor, quicquid properantibus obstat,
Finxit: & ad causas ingeniosa fui.
At tu lentus abes: nec te iurata reducunt
Numina: nec nostro motus amore redis.
Demophoon ventis & verba & vela dedisti:
Vela queror reditu, verba carere fide.
Dic mihi quid feci, nisi non sapienter amaui?
a Crimine te potui demeruisse meo. a Ironicè simplicitatem crimen vocat.
Vnum in me scelus est, quod te scelerate recepi:
Sed scelus hoc meriti pondus, & instar habet.
b Iura, fides, vbi nunc? cõmissaq; dextera dextræ? b Iurisiurandi fides: ἡ δεξιὰ δεξιᾶ.
Quiq; erat in falso plurimus ore Deus?
Promissus socios vbi nunc Hymenæus in annos,
Qui mihi coniugij sponsor, & obses erat?
Per mare, quod totum ventis agitatur, & vndis:
Per quod sæpe ieras, per quod iturus eras:
Perq; tuum mihi iurasti (nisi fictus & ille est)
c Concita qui ventis æquora mulcet, auum: c Neptunum intelligit. Vide Isocr. Encom. Helen. & Euripid. Hippoly.
Per Venerem, d nimiumq; mihi facientia tela,
Altera tela arcus, altera tela faces:
Iunonemq;, toris quæ præsidet alma maritis:
Et per e tediferæ mystica sacra deæ. d Quæ maximè me infestant. e Ceres tedifera.
Si de tot læsis sua numina quisq; Deorum
*Vindicet: in pœnas non satis vnus * erit.* * eris.

* At l. vet.

* *Ah laceras etiam puppes furiosa resecì:*
Vt, qua desererer, firma carina foret.

a Remiges.

a *Remigiumq́ dedi, quo me fugiturus abires.*
Heu patior telis vulnera facta meis!
Credidimus blandu, quorum tibi copia, verbis:
Credidimus generi, numinibusq́ tuis:
Credidimus lacrymis: an et hæ simulare docentur?
Hæ quoq́ habent artes, quaq́ iubentur, eunt.
Dijs quoq́ credidimus: quid iã tot pignora nobis?

b Ex his: αὐτομέσῳ.

Parte satis potui qualibet b *inde capi.*
Nec moueor, quòd te iuui portuq́, locoq́:
Debuit hæc meriti summa fuisse mei.
Turpiter hospitium lecto cumulasse iugali
Pœnitet: & lateri conseruisse latus.

Quàm honestissimis verbis rem Veneream exprimit.

Quæ fuit ante illam, mallem suprema fuisset
Nox mihi: dum potui Phyllis c *honesta mori.*

c Absq; pudicitiæ iactura.

Sperauì melius, quia * *te meruisse putauì:*
Quæcunq́ ex merito spes venit, æqua venit.
Fallere credentem non est operosa puellam
Gloria: simplicitas digna fauore fuit.
Sum decepta tuis, & amans, & femina, verbis:
Dij faciant laudis summa sit ista tuæ.

* me rectius.

d Aegei posteros.

Inter & d *Aegidas media statuaris in vrbe:*
Magnificus titulis stet pater antè suis.

e Scyron, Procrustes, Scinis, latrones in Attica, de quibus vide Plutarch. Thes. & lib. 7. Metam.

e *Cùm fuerit* * *Scyron lectus, toruusq́ Procrustes,*
Et Scinis, & f *tauri mixtaq́ forma viri:*
Et domitæ bello Thebæ, fusiq́ bimembres,
Et pulsata nigri regia cæca Dei:

* lectus Scyron libri.

f Minotaurus.

Hoc tua post illos titulo signetur imago:

Hic

Hic est, cuius amans hospita capta dolo est.
De tanta rerum turba, factuq3 parentis,
*a Sedit in ingenio b Cressa * relicta tuo.*
Quòd solum excusat: solum miraris in illo:
Hæredem patriæ perfide fraudis agis.
Illa (nec inuideo) c fruitur meliore marito:
Inq3 capistratis tigribus alta sedet.
At mea despecti fugiunt connubia Thraces:
Quòd feror externum præposuisse meis.
Atq3 aliquis, doctas iam nunc eat, inqt, Athenas:*
At miseram Thracen, qui regat, alter erit.
d Exitus acta probat: careat successibus opto,
Quisquis ab euentu facta notanda putat.
At si nostra tuo spumescant æquora remo:
Iam mihi, iam dicar consuluisse meus.
Sed neq3 consului: nec te mea regia tangit:
** Fessaq3 e Bistonia membra lauabis aqua.*
Illa meis oculis species abeuntis inhæret,
Cùm premeret portus classis itura meos.
Ausus es amplecti: colloq3 infusus amantis
Oscula per longas iungere f pressa moras.
Cumq3 tuis lacrymis lacrymas confundere nostras:
Quodq3 foret velis aura secunda, queri.
Et mihi discedens suprema dicere voce,
*Phylli, * fac expectes Demophoonta tuum.*
Expectem, qui me nunquam visurus abisti?
Expectem pelago vela negata meo?
Et tamen expecto: redeas modò serus amanti:
Vt tua sit solo tempore g lapsa fides.

a In animo, in mente insedit. Cicer.
b Ariadna.
* puella
c Ariadne enim à Theseo in Naxo insula relicta Baccho nupsit.
* iam nunc doctas
* Armiferam. melius.
d De hoc versu vide commentatiuncul. Camerar.
* Fessaue Micyll.
e Threicia συνεκδοχικῶς Bistones enim Thraciæ gentis appellatio est.
f Impressa, quæ lia sunt amatoria.
* face
g Fefellerit.

a γύθ& mulierebre. suspicatur maritum alieno amore implicitum teneri.

a *Quid precor infelix? iam te tenet altera coniux*
Forsitan, &, nobis qui malè fauit, amor.
Vtq; tibi excidimus, nullam, puto, Phyllida nosti.
Hei mihi, si quæ sim Phyllis, & vnde, rogas!
Quæ tibi, Demophoon, longus erroribus acto
Threicios portus, hospitiumq; dedi.
Cuius opes auxêre meæ: cui diues egenti
Munera multa dedi: multa datura fui.
Quæ tibi subieci latissima regna Lycurgi,
b *Nomine femineo vix satis apta regi.*
Quà patet vmbrosum Rhodope glacialis ad * *Hæ-*
Et facer * *admissas* c *exigit Hebrus aquas.* (mū,
Cui mea virginitas auibus libata sinistris,
Castaq; fallaci d *zona recincta manu.*
Pronuba Tisiphone thalamis vlulauit in illis,
Et cecinit mœstum e *deuia carmen auis.*
Affuit Alecto breuibus torquata colubris:
Suntq; sepulcrali lumina mota face.
Mœsta tamen scopulos, fruticosaq; littora calco.
Quaq; patent oculis * *littora lata meis.*
Siue die laxatur humus, seu frigida lucent
Sidera, prospicio quis freta ventus agat.
Et quæcunq; procul venientia lintea vidi,
Protinus illa f *meos auguror esse Deos.*
In freta procurro, vix me retinentibus vndis:
Mobile quà primas porrigit æquor aquas.
Quò magis accedunt, minus, & minus vtilis astu:
Linquor, & ancillis excipienda cado.
g τοπογραφία. *Est sinus adductos modicè falcatus in arcus:*

b A fœmina: poëtica circuitione.

* Aemum * amissas al. emissas perp Intelligit enim eteres.

c In mare exonerat, propellit suo cursu.

d Zona cingebatur virgines quæ a marito prima nocte soluebatur. hic solueres Zonā, virginitatem eripere.

e Bubo, quam maxime abominabantur in nuptijs.

* æquora rectius.

f Fauentes. Terent. Plebē primulum facio meā, h. e. mihi fauentem Donat. Vide Parrhas. epist. 35.

Vltima

Vltima prærupta cornua mole rigent:
Hinc mihi suppositas immittere corpus in vndas
Mens fuit: &, quoniam fallere pergis, erit.
Ad tua me fluctus proiectam littora portent:
Occurramq́, oculis intumulata tuis.
Duritia ferrum vt superes, adamantaq́, teq́:
Non tibi sic, dices, Phylli sequendus eram.
Sæpe venenorum sitis est mihi: sæpe cruenta
Traiectam gladio morte perire iuuat.
Colla quoq́, infidis quæ se nectenda lacertis
Præbuerant, laqueis implicuisse iuuat.
Stat nece matura tenerum pensare [a] *pudorem:*
In necis electu parua futura mora est.
Inscribêre meo causa inuidiosa sepulcro,
Aut hoc, aut simili carmine notus eris:
Phyllida Demophoon leto dedit, hospes amantem:
Ille necis causam præbuit, ipsa manum.

[a] Violatam pudicitiam.

Phyllidis epitaphium.

IN III. EPISTOLAM ARGVMENTVM.

Postquam Græci Phrygiam appulerunt, vrbes Troiæ finitimas, & præcipuè quæ Lesbo insulæ erant oppositæ, hostili more cœperunt depopulari. Inter quos Achilles Pelei & Thetidis filius, vtranque Ciliciam, & Thebanam atque Lyrnesiam inuasit. Expugnato itaque Chrysesio oppido, duas insignes secum virgines abduxit, Astynomen Chrysæ sacerdotis Sminthei Apollinis filiam, & Hippodamiam Brisæ natam, quæ deinde à paternis nominibus fuerunt cognominatæ.

minatæ. Chryſen autem Agamemnoni Græcorum principi conceſſit, & Briſeida ſibi reſeruauit. Sed cùm iam Deorum iuſſu cogeretur Agamemnon Chryſen patri reſtituere, Briſeida Achilli ſurripuit. Quamobrem indignatus Achilles, diu à bello abſtinuit: nec vllius ſuaſione vel precibus ad arma aduerſus Troianos ſumenda animari potuit: nec poſtea Briſeida accipere curauit, quamuis ille Agamemnon cum maximis muneribus vltrò miſiſſet. Quare Briſeis ad eum hanc epiſtolam mittit, in qua conqueritur de eius nimia ira, rogatq́; , vt ſumat arma aduerſus Troianos, dummodò eam prius ab Agamemnone vltrò oblatam recipiat.

BRISEIS ACHILLI.

QVam legis, à rapta Briſeide littera venit,
Vix bene barbarica Græca notata manu.
Quaſcunq; aſpicies, lacrymæ fecêre lituras:
Sed tamen hæ lacrymæ pondera vocis habent.
[a] Si mihi pauca queri de te dominoq́;, viroq́;
Fas eſt: de domino pauca, viroq́; querar.
Non, ego poſcenti quòd ſum citò tradita [b] regi,
Culpa tua eſt: quãuis hæc quoq; culpa tua eſt.
Nam ſimul Eurybates me Talthybiusq́; vocarunt:
Eurybati data ſum, Talthybioq́; comes.
Alter in alterius iactantes lumina vultum,
Quærebant taciti, noſter vbi eſſet amor.
Differri potui: pœnæ mora grata fuiſſet:
Hei mihi, diſcedens, oſcula nulla dedi.
At lacrymas ſine fine dedi: rupiq́; capillos:

Infelix

[a] Non licebat ſeruis de dominis conqueri. Vide Platon. 9. de legib.
[b] Agamemn. Vide Ilia. á.

Infelix iterum ſum mihi viſa rapi.
Sæpe ego decepto volui cuſtode reuerti:
Sed, me qui timidam prenderet, hoſtis erat.
*Si progreſſa forem, caperer ne * nocte timebam,*
Quamlibet ad Priami munus itura nurum.
Sed data ſum, quia danda fui: tot noctibus abſum,
Nec repetor: ceſſas: iraq́ lenta tua eſt.
Ipſe Menœtiades tunc cùm tradebar, in aurem,
Quid fles? hîc paruo tempore, dixit, eris.
Non repetiſſe parũ eſt: pugnas, ne reddar, Achille:
I nunc: & cupidi nomen amantis habe.
Venerunt ad te [a] Telamone & Amyntore nati,
Ille gradu propior ſanguinis, ille comes.
Laërteq́ ſatus, per quos comitata redirem:
*[b] Auxerunt * blandas grandia dona preces:*
Viginti fuluos operoſo ex ære lebetas,
Et tripodas ſeptem pondere & arte pares.
Addita ſunt illis auri bis quinq́ talenta:
** Biſſeni aſſueti vincere ſemper equi.*
Quodq́ ſuperuacuum eſt, forma præſtante puellæ
[c] Lesbides, euerſa corpora capta domo.
Cumq́ tot his (ſed non opus eſt tibi cõiuge) coniux
Ex Agamemnonijs vna puella tribus.
Si tibi ab [d] Atrida precio redimenda fuiſſem,
Quæ dare debueras, accipere illa negas!
Qua merui culpa fieri tibi vilis Achille?
Quò leuis à nobis tam citò fugit amor?
An miſeros triſtis fortuna tenaciter vrget?
Nec venit inceptis mollior aura meis?

* fortè quidã, ſorte.

a Aiax Telamonis filius, Phœnix verò Amyntoris, & Vlyſſes, Agamemnonis legati. *Iliad. i.*

b Cumularunt.

* blanda prece non male. al. blandæ preces.

* Bis ſex Homer. δώδεκα δ' ἵππους Πηγὰς, ἀθλοφόρους.

c Patronymicũ à loco.

d Agamemnone Atrei filio.

Nulla calamitas ſola.

Diruta

[a] Lyrnessum Ciliciæ opidum, vnde rapta fuit Briseis.

Diruta Marte tuo [a] Lyrnesia mœnia vidi,
Et fueram patriæ pars ego magna meæ.
Vidi consortes pariter generisq́, necisq́,
Treis cecidisse: tribus quæ mihi mater erat.
Vidi, quantus erat, fusum tellure cruenta,
Pectora iactantem sanguinolenta [b] virum.
Tot tamen amissis, te compensauimus vnum:
Tu dominus, tu vir, tu mihi frater eras.
Tu mihi iuratus per numina matris aquosæ,
Vtile, dicebas ipse, fuisse capi.
[c] Scilicet, vt quamuis veniam dotata, repellar:
Et mecum, fugias, quæ tibi dantur opes.
*Quin etiam fama est, cum crastina fulserit * hora,*
*Te dare nubiferis * lintea plena Notus.*
Quod scelus vt pauidas miseræ mihi contigit aures:
Sanguinis, atq́, animi pectus inane fuit.
*Ibis: & ô * miseram cui me violente relinques?*
Quis mihi desertæ mite leuamen erit?
Deuorer antè precor subito telluris hiatu:
Aut rutilo missi fulminis igne cremer:
Quàm sine me [d] Phthijs canescant æquora remis:
Et videam puppes ire relicta tuas.
Si tibi iam reditusq́, placent, patriiq́, penates:
Non ego sum classi sarcina magna tuæ.
Victorem captiua sequar, non nupta, maritum:
Est mihi, quæ lanas molliat, apta manus.
Inter [e] Achæiadas longè pulcerrima matres
In thalamos coniux ibit, eatq́, tuos.
Digna nurus socero, [f] Iouis Aeginæq́, nepote,

Cuiq́,

[b] Mineten maritum.

Iuratus actiuè.

[c] Ironia.

* Eos

* Al. linea vela: Micyll. lintea velle probè.

* cui me miseram.

[d] Achilleis. Phthia Achillis patria in Thessalia.

[e] ἀχαιάδας: Græcas. Synecd.

[f] Iupiter ex Aegina Asopi filia Aeacum Pelei patrem genuit.

Cuiq́ senex [a] Nereus proſocer eſſe velit.
Nos humiles, famulaq́ tuæ, data penſa trahemus:
Et minuent plenas ſtamina noſtra colos.
Exagitet ne me tantùm tua deprecor vxor,
Quæ mihi neſcio quo non erit æqua modo.
Neue meos coram ſcindi patiare capillos:
Et [b] leuiter dicas, hæc quoq́ noſtra fuit.
Vel patiare licet, dum ne contemta relinquar:
Hic mihi væ miſeræ concutit oſſa metus.
Quid tamen expectas? Agamemnona pœnitet iræ:
Et iacet ante tuos Græcia mœſta pedes.
Vince animos, iramq́ tuam, qui cetera vincis.
Quid lacerat Danaas impiger Hector opes?
Arma cape Aeacide: ſed me tamen antè recepta:
Et preme turbatos, Marte fauente, viros.
Propter me mota eſt: propter me deſinat ira:
Simq́ ego triſtitiæ cauſa [c] moduſq́ tuæ.
Nec tibi turpe puta precibus ſuccumbere noſtris:
Conjugis [d] Oenides verſus in arma prece eſt.
Res audita mihi, nota eſt tibi: fratribus orba
Deuouit nati ſpemq́, caputq́ parens.
Bello erat ille ferox: poſitis ſeceſſit ab armis:
Et patriæ rigida mente negauit opem.
Sola virum flexit coniux: felicior illa:
At mea pro nullo pondere verba cadunt.
Nec tamen indignor: nec me pro coniuge geſti,
Sæpius in domini ſerua vocata torum.
Me quædam (memini) dominam captiua vocabat:
Seruitio, dixi, nominis addis onus.

[a] Chironem ſignificari putãt, qui in nuptijs Thetidis filiæ Nereus vocatus eſt.

[b] Absq; indignatione.

[c] Finis.

[d] Meleagrus Oenei & Althææ filius quẽ ſola cõiux Cleopatra flexit ad arma capeſſenda contra Curetas, vt refert Phœnix apud Homer. ix. i.

Per

Per tamen ossa viri subito malè tecta sepulcro,
Semper iudicijs ossa verenda meis:
Perq3 trium sorteis animas, mea numina, fratrum,
Qui bene pro patria, cùm patriaq3 iacent:
Perq3 tuũ, nostrumq3 caput, [a] *quod iunximus vnà:*
Perq3 tuos enses, cognita tela meus:
Nulla [b] *Mycenæum sociasse cubilia mecum*
Iuro: fallentem deseruisse velis.
Si tibi nunc dicam, fortissime, tu quoq3 iura,
Nulla tibi sine me gaudia facta: neges.
At Danai mœrere putant: [c] *tibi plectra mouẽtur:*
Te tenet in tepido mollis amica sinu.
Et si quis quærat, quare pugnare recuses:
Pugna nocet: citharæ, * *noxq3, Venusq3 iuuãt.*
Tutius est iacuisse toro: tenuisse puellam:
[d] *Threïciam digitis increpuisse lyram:*
Quàm manibus clypeos, & acuta cuspidis hastam,
Et galeam pressa sustinuisse coma.
Sed tibi pro tutis insignia facta placebant:
Partaq3 bellando gloria dulcis erat.
An tantum, dum me caperes, fera bella probabas?
Cumq3 mea patria laus tua victa iacet?
Dij melius: validoq3 precor vibrata lacerto
Transeat Hectoreum [e] *Pelias hasta latus.*
[f] *Mittite me Danai, dominum legata rogabo:*
Mistaq3 mandatis oscula multa feram. (ses,
Plus ego, quàm Phœnix, plus quàm facundꝰ Vlys-
Plus ego, quàm Teucri (credite) frater, agam.
Est aliquid solitis collum tetigisse lacertis:

Presen-

a Tibull. Per Venerem quæso cõpositum que caput. Dicebant & limare caput.

b Agamemnonem a Mycenis vrbe Græciæ, imitatione Virgil. 11. Aen.

c Homer. Τὸν δ' εὗρον φρένας τερπόμενον φόρμιγγι λιγείῃ.

* νοχὰς malè.

d Alludit ad citharã Orphei.

e Πηλίὰς ἔγχος. ἰλ. π.

f Apostrophe ad Græcos.

Præsenteisq; oculos admonuisse sinu.
Sis licet immitis, [a] matrisq; ferocior vndis:
Vt taceam, lacrymis comminuêre meis.
Nunc quoq; (sic omneis Peleus pater impleat annos,
Sic eat auspicijs Pyrrhus ad arma tuis)
Respice sollicitam Briseida fortis Achille:
Nec miseram lenta ferreus vre mora.
At si versus amor tuus est in tædia nostri:
Quam sine te cogis viuere, coge mori.
Vtq; facis, coges: abijt corpusq;, colorq;:
Sustinet hoc animæ spes tamen vna tui.
Qua si destituar, repetam fratresq;, virumq;:
[b] Nec tibi magnificum, femina iussa mori.
Cur autem iubeas? stricto pete corpora ferro:
Est mihi qui fosso pectore sanguis eat.
Me petat ille tuus, qui, si [c] Dea passa fuisset,
Ensis in Atridæ pectus iturus erat.
At potius serues nostram, tua munera, vitam:
Quod dederas hosti victor, amica rogo.
Perdere quos melius possis, [d] Neptunia præbent
Pergama: materiam cædis ab hoste pete.
Me modò, siue paras impellere remige classem:
Siue manes: domini more venire iube.

a Mart. Hyperbole.

b Sic Aeneas Virgilianus: Nullum memorabile nomen. Feminea in pœna est, nec habet victoria laudem.

c Pallas quæ Achillen retinuit cum gladium stringeret contra Agamemn. Ilia. á.

d A Neptuno extructa: lib. 11. Metam.

IN IIII EPISTOLAM ARGVMENTVM.

Theseus Aegei filius, interemto Minotauro, Ariadnen Minois & Pasiphaës filiam, quam ob opem sibi præstitam, vxorem accepturum promiserat, simul cum Phædra eius sorore naui impo-

sita, secum abduxit. Verùm Bacchi admonitione in Naxo, siue, vt alij volunt, in Chio insula Ariadne relicta, Phædram duxit: quæ deinde absente Theseo in Hippolyti priuigni, quem ex Hippolyte Amazone acceperat, amorem exarsit. Qui cum cœlibem ducens vitam, sese venando exerceret, nec posset vti illius colloquio, hac epistola amorem suum indicauit. In qua illum callidis suasionibus ad sui amorem flectere conatur. Et cùm turpe sit, priuignum à nouerca de stupro interpellari, principium ex insinuatione sumsit, in hunc modum.

PHAEDRA HIPPOLYTO.

Qva, nisi tu dederis, caritura est ipsa, salutem
Mittit [a] *Amazonio Cressa puella viro.*
Perlege quodcunq; est: quid epistola lecta nocebit?
Te quoq;, in hac aliquid, q; iuuet, esse potest.
His arcana notis terra, pelagoq; feruntur:
Inspicit acceptas hostis ab hoste [b] *notas.*
Ter tecum conata loqui: ter [c] *inutilis hæsit*
Lingua: ter in primo destitit ore sonus.
Quà licet, & sequitur, pudor est miscendus amori.
Dicere quæ puduit, scribere iussit amor.
Quicquid amor iussit, non est contemnere tutum:
Regnat, & in * *superos ius habet ille deos.*
Ille mihi primò dubitanti scribere, dixit,
Scribe: dabit victas ferreus ille manus.
Adsit: &, vt nostras auido fouet igne medullas,
Figat sic animos in mea vota tuos.
Non ego nequitia [d] *socialia fœdera rumpam:*

[a] Hippolytè Amazone nato. Periphras. per notationem.
[b] Literæ, quæ sunt notæ verborum sicut hæc τὰ τραγμάτων σύμβολα.
[c] Non faciens officium.
* dominos

Fama

Fama (velim queras) crimine noſtra vacat.
Venit amor grauius, quo ſerius: vrimur intus:
Vrimur: & caecum pectora vulnus habent.
Scilicet, vt teneros laedunt iuga prima iuuencos:
Frenaq; vix patitur de grege captus equus:
Sic male, vixq; ſubit primos rude pectus amores:
Sarcinaq; haec animo non ſedet apta meo.
Ars fit, vbi à teneris crimen condiſcatur annis:
Quae venit exacto tempore, peius amat.
Tu noua ſeruatae carpes libamina famae:
Et pariter noſtrum fiet vterq; nocens.
Eſt aliquid plenis pomaria carpere ramis,
Et tenui primam deligere vngue roſam.
* Si tamen ille prior, quo me ſine crimine geſſi,
[a] Candor ab inſolita labe notandus erat.
At [b] bene ſucceſſit, digno quòd adurimur igne:
Peius adulterio turpis adulter obeſt.
Si mihi concedat Iuno, fratremq;, virumq;:
Hippolytum videor praeponenda Ioui.
[c] Iam quoq; (vix credes) ignotas mittor in artes:
Eſt mihi per ſauas impetus ire feras.
Iam mihi prima Dea eſt, arcu praeſignis adunco
Delia: iudicium ſubſequar ipſa tuum.
In nemus ire libet: praeſiſq; in retia cerui,
Hortari celeres per iuga ſumma canes:
Aut tremulum excuſſo iaculum vibrare lacertō,
Aut in graminea ponere corpus humo.
Saepe iuuat verſare leues in puluere currus,
Torquentem frenis ora fugacis equi.

Decerpere.

* Sed tam. alij: Sic
[a] Pudicitiæ ſinceritas.
[b] Bene euenit, quod caſtitas mea inuiolata inuenit ſe dignum qui eam delibaret.
[c] Studiorum enim conformitas multum ad amorem facit conciliandum.

Bacchus Eleus ab Elea vrbe.
* Eleides ἀπὸ τῆς Ἐλειδος. malè tãetsi Planud. ita fecerit. Eleleides voce patronym. Bacchæ dicuntur, ab Elelco qui Bacchus est.
* Quique Micyll. Gallos intelligens Cybeles sacerdotes: sed his quoque vt euiratis non incongrua est generis mutatio.
a Ex qua, forma tauri Mino em genuit.
* suũ libr. vet. neq; illud malè. Ita .n. Canace: Et positum est vteri crimen onusq; mei.
b Theseus.
c Culpam reijcit in fatũ. Ob suum .n. cum Marte adulterium à Sole indicatum, nefandos amores in omnem Solis progeniem immisit Venus.
d Hippolytus.
e Corona florea. Materia ꝓre conf.

Nunc feror, vt Bacchi furijs Eleleides actæ,*
** Quæq; sub Idæo tympana colle mouent.*
Aut quas semideæ Dryades, Fauniq; bicornes,
Numine contactas attonuêre suo.
Nanq; mihi referunt, cum se furor ille remisit,
Omnia: me tacitam conscius vrit amor.
Fœrsitan hunc fato generis reddamus amorem:
Et venus ex tota gente tributa petit.
Iuppiter [a] Europam (prima est ea gentis origo)
Dilexit: tauro dissimulante Deum.
Pasiphaë mater decepto subdita tauro
Enixa est vtero crimen onusq; suo.*
Perfidus [b] Aegides ducentia fila secutus,
Curua meæ fugit tecta sororis ope.
En ego nunc, ne fortè parum Minoïa credar,
[c] In socias leges vltima gentis eo.
Hoc quoq; fatale est: placuit domus vna duabus:
Me tua forma capit: capta parente soror.
[d] Thesides, Theseusq; duas rapuêre sorores:
Ponite de nostra bina trophæa domo.
Tempore quo nobis inita est Cerealis Eleusis:
Gnosia me vellem detinuisset humus.
Tunc mihi præcipuè, nec non tamen antè placebas,
Acer in extremis ossibus hæsit amor.
Candida vestis erat, præcincti [e] flore capilli:
Flaua verecundus tinxerat ora rubor.
Quemq; vocant aliæ vultum rigidumq;, trucemq;,
Pro rigido, Phædra iudice, fortis erat.
Sint procul à nobis iuuenes, vt femina, comti:

Fine

Fine coli modico forma virilis amat.
Te tuus iſte [a] rigor, poſitiq; ſine arte capilli,
Et leuis egregio pulus in ore decet.
Siue ferocis equi luctantia colla * recuruas,
Exiguo flexos miror in orbe pedes:
Seu lentum valido torques haſtile lacerto,
[b] Ora ferox in ſe verſa lacertus habet:
Siue tenes lato venabula cornea ferro,
Deniq; noſtra iuuat lumina, quicquid * agis.
Tu modò duritiem ſyluis depone iugoſis:
Non ſum [c] materia digna perire tua.
Quid iuuat [d] incincta ſtudia exercere Dianæ,
Et Veneri [e] numeros eripuiſſe ſuos?
[f] Quod caret alterna requie, durabile non eſt:
Hæc reparat vires, feſſaq; membra * leuat.
Arcus & arma tuæ tibi ſint imitanda Dianæ:
[g] Si nunquam ceſſes tendere, mollis erit.
Clarus erat Cephalus ſyluis: multaq; per herbas
Conciderant illo percutiente feræ.
Nec tamen Auroræ malè ſe præbebat amandum:
Ibat ad hunc ſapiens à ſene diua viro.
Sæpe ſub ilicibus Venerem, [h] Cinyraq; creatum,
Suſtinuit poſitos quælibet herba duos.
Arſit & [i] Oenides in Mænalia Atalanta:
Illa [k] feræ ſpolium pignus amoris habet.
Nos quoq; iam primum turba numeremur in iſta.
Si Venerem tollas, ruſtica ſylua tua eſt.
Ipſa comes veniam: nec me * ſalebroſa mouebunt
Saxa, nec obliquo dente timendus aper.

a Triſtis ſeueritas in vultu. Tereat.
* retorques libr. duo probè.
b Oculos συνεκδοχικ.
* agas lib. duo.
c Cauſa. Gen. pro ſpecie.
d Agilis: paulò poſt.
e Iura.
f γνώμη ἀποφαντική.
* nouat
g Pub. Syr. Arcum intenſio frangit, animũ remiſſio.
h Adonim Cinyræ filium.
i Meleag. Oenei filius. Vide lib. 8. Metam.
k Apri Calydonij caput.
* alij: latebroſa malè.

Aequora bina suis oppugnant flactibus Isthmon:
Et tenuis tellus [a] *audit vtrunq; mare.*
Hic tecum Trœzena colam, [b] *Pittheia regna:*
Iam nunc & patria carior illa mea est.
Tempore abest, aberitq; diu [c] *Neptunius heros:*
Illum Pirithoi detinet ora sui.
*Præposuit Theseus (nisi nos manifesta * negamus)*
Pirithoum Phædræ, Pirithoumq; tibi.
Nec sola hæc ad nos iniuria venit ab illo:
In magnis læsi rebus vterq; sumus.
Ossa [d] *mei fratris claua perfracta trinodi*
Sparsit humi: [e] *soror est præda relicta feris.*
Prima [f] *securigeras inter virtute puellas*
Te peperit, nati digna fauore parens.
Si quæras, vbi sit? Theseus latus ense peregit:
[g] *Nec mater tanto pignore tuta fuit.*
At nec nupta quidem, tedaq; accepta iugali:
Cur? nisi ne caperes regna paterna nothus?
Addidit & [b] *fratres ex me tibi: quos tamen omneis*
Non ego tollendi causa, sed ille fuit.
O vtinam nocitura tibi pulcerrime rerum,
*In medio * nixu viscera rupta forent.*
[i] *I nunc, & meriti lectum reuerere parentis,*
Quem fugit, & factis abdicat ille suis.
Nec, quia priuigno videar coitura nouerca,
Terruerint animos nomina vana tuos.
Ista vetus pietas, æuo moritura futuro,
Rustica, Saturno regna tenente, fuit.
Saturnus perijt: perierunt & sua iura:

[a] Vtroq; mari alluitur.
[b] Vbi regnauit Pittheus: ideo què Pittheiam Trœzena appellat lib. 15. Metam.
[c] Theseus Neptuni nepos.
* negemus. al. tegemus
* Sola nec
[d] Minotaurum intelligit.
[e] Ariadne.
[f] Amazones. n. securi vtebantur.
[g] Nec matri p-fuit ad incolumitatem te peperisse filium.
[b] Demophoon, & Antigonus Thesei & Phædræ filij.
* nisu
[i] Ironia.
* Hoc distichō in libr. duob. non reperitur: neq; in Aldina editione, & videntur esse nothi.

Sub

Sub Ioue nunc mundus: iussa sequare Iouis.
Iupiter esse pium statuit quodcunq; iuuaret:
Et fas omne facit fratre marita soror.
Illa coit firma generis iunctura catena,
Imposuit nodos cui Venus ipsa suos.
Nec labor est celare: licet: pete munus ab illa:
[a] Cognato poterit nomine culpa tegi.
Viderit amplexus aliquis: laudabimur ambo:
Dicar priuigno fida nouerca meo.
Non tibi per tenebras duri reseranda mariti
Ianua, nec custos decipiendus erit.
Vt tenuit domus vna duos, domus vna tenebit:
Oscula aperta dabas, oscula aperta dabis.
Tutus eris mecum, [b] laudemq; merebere culpa,
Tu licet in lecto conspiciare meo.
Tolle moras tantum, properataq; fœdera iunge:
Qui mihi nunc sauit, sic tibi parcat amor.
Non ego dedignor supplex, humilisq; precari:
** Heus, vbi nunc fastus, altaq; verba iacent?*
Et pugnare diu, nec me [c] summittere culpæ
Certa fui: certi si quid haberet amor.
Victa precor, genibusq; tuis regalia tendo
Brachia: quid deceat, non videt vllus amans.
Depuduit, profugusq; pudor sua signa reliquit:
Da veniam fassæ, duraq; corda doma.
** Quòd mihi sit genitor, qui possidet [d] æquora Mi- (nos:*
Quòd veniant [e] proaui fulmina torta manu:
Quòd sit [f] auus radijs frontem vallatus acutis,
Purpureo tepidum qui mouet axe diem.

a Sub cognationis prætextu.

b Pietatis sc. erga nouercã.

* Heu libr. duo.

c Virg. 4. Aen. Huic vni potui forsan succumbere culpæ.

* Quid mihi si. Micyll. Quid mihi quod genit. q. d. quid mihi prodest, quod genitor mihi est.

d Insulas. Continens pro cõtento.

e Iouis qui proauus fuit Phædræ, ob Pasiphaën Solis F.

f Sol.

a Idem. Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur Maiestas & amor.

a *Nobilitas sub amore iacet : miserere priorum :*
Et mihi si non vis parcere, parce meis.
Est mihi dotalis tellus Iouis insula Crete,
Seruiat Hippolyto regia tota meo.
Flecte feros animos : potuit corrumpere taurum
Mater : eris tauro sæuior ipse truci ?
Per Venerem, parcas, oro, quæ plurima mecũ est :
Sic, nunquam quæ te spernere possit, ames.
Sic tibi secretis agilis Dea saltibus adsit,
Syluaq; perdendas præbeat alta feras.
Sic faueant Satyri, montanaq; numina Panes :
* Sic ** Et cadat aduersa cuspide fossus aper.*
b De hoc vide Eurip. & Plutarch. *Sic tibi dent nymphæ, quamuis b odisse puellas*
Diceris, arentem quæ leuet vnda sitim.
Addimus his precib. lacrymas quoq; : verba precan-
Perlegis, & lacrymas finge videre meas. (tis

IN V. EPISTOLAM
ARGVMENTVM.

Cum Hecuba Cissei filia & Priami vxor grauida esset, ardentem facem totam Troiam comburentem se parere somniauit. Territus itaque Priamus oraculum consuluit : à quo cùm accepisset, oriturum filium, qui patriæ esset exitio, quàm primùm partus ederetur, iussit interfici. Hecuba verò cùm puerum, qui postea Paris dictus est, peperisset, materna pietate mota, pastoribus regijs clàm alendum mandauit. Is autem cùm iam adolescceret, Oenonem nympham adamauit, atq; , vt aliquibus placet, in vxorem duxit. Sed cùm Iuno, Pallas, & Venus, de pulcritudine contenderent,

rent, propter aureum pomum, in quo scriptum erat: Detur pulcriori: à Ioue ad Paridis arbitrium remissæ sunt. Cui cùm Iuno regnum, Pallas sapientiam, Venus voluptatem & mulierum pulcerrimam permisisset, pro Venere sententiam tulit. Qui deinde à patre cognitus, & in gratiam susceptus, Sparten nauigans, Helenam Menelai vxorem rapuit, eamq; Troiam abduxit. Quod cum Oenone resciuisset, hac epistola de eius perfidia conquerendo, Helenam Græcis reddi, & se recipi suadet.

OENONE PARIDI.

* Multi hos duos versus adscriptitios putant.

*

NYmpha suo Paridi, quamuis suus esse recuset,
Mittit ab Idæis verba legenda iugis.
Perlegis? an coniux prohibet noua? perlege: nō est
*Ista Mycenæa littera * scripta manu.*
[a] *Pegasis Oenone Phrygijs celeberrima syluis,*
Læsa queror de te (si sinis ipse) [b] meo.
Quis Deus opposuit nostris sua numina votis?
Ne tua permaneam, quod mihi crimen obest?
[c] *Leniter, ex merito quicquid patiare, ferendū est:*
Quæ venit indignè, pœna dolenda venit.
Nondum tantus eras, cùm te contenta marito
Edita de [d] magno flumine Nympha fui.
Qui nunc Priamides ([e] absit reuerentia vero)
Seruus eras: seruo nubere Nympha tuli.
Sæpe greges inter requieuimus arbore tecti:
Mixtaq; cum folijs præbuit herba torum.
Sæpe super stramen, fœnoq; iacentibus alto,

* facta

a Amnis Cebrenis F. ideoque vna ex Naiadibus, quæ τῶν πηγῶν Pegasides dicæ. Micyll legendum suspicatur Pedasis, à Pedaso opido vicino Cebreniæ regioni sub Ida.

b Marito sc.

c Sententia duplici iustā querimoniæ causam ostendit.

d Cebrene fluuio siue Oeneo: interpr. Lycophr.

e Non me pudeat vera proloqui.

* Defensa Parrhas. in expos. Sic enim dicut defendere tectis frigus, pro arcere, Et Maro: Solstitium pecori defendite. & Horat. Defendit æstatem capellis, h. e. propulsat.

* *Depressa est humili cana pruina casa.*
Quis tibi monstrabat saltus venatibus aptos?
Et tegeret catulos qua fera rupe suos?
Retia sæpe comes maculis distincta tetendi:
Sæpe citos egi per iuga summa canes.

a Virgil. Gall. teneriſque meos incidere amores Arboribus: crescent illæ, crescetis amores

a *Inciſæ ſeruant à te mea nomina fagi:*
Et legor Oenone falce notata tua.
Et quantum trunci, tantum mea nomina creſcũt:
Creſcite, & in titulos ſurgite rite meos.
Populus est (memini) fluuiali conſita ripa:
Est in qua noſtri littera ſcripta memor.

b Ad arborem apostrophe.

b *Populus viue precor, quæ conſita margine ripæ,*
Hoc in rugoſo cortice carmen habes:
Quum Paris Oenone poterit ſpirare relicta,
Ad fontem Xanthi verſa recurret aqua.

c Apostrophe ad Xanthum.

c *Xanthe retrò propera, verſæq; recurrite lymphæ:*
Suſtinet Oenonen deſeruiſſe Paru.

d Infortunij initium extitit.

Illa dies d *fatum miſeræ mihi duxit, ab illa*
Peſsima mutati cœpit amoris hyems:
Qua Venus & Iuno, ſumtiſq; decentior armis
Venit in arbitrium nuda Minerua tuum.
Attoniti micuêre ſinus, gelidusq; cucurrit,
Vt mihi narraſti, dura per oſſa tremor.
Conſului (neq; enim mo dicè terrebar) anusq;
Longæuosq; ſenes, conſtitit eſſe nefas.

e Subita narratio apparatus ad Helenam rapiendam.

e *Cæſa abies, ſectæq; trabes, & claſſe parata,*
Cærula ceratas accipit vnda rates.
Fleſti diſcedens: hoc ſaltem parce negare:
Præterito magis eſt iſte pudendus amor.

Et

Et fleſti, & [a] noſtros vidiſti flentis ocellos :
Miſcuimus lacrymas mœſtus vterq; ſuas.
Non ſic appoſitis vincitur vitibus vlmus :
Vt tua ſunt collo brachia * nexa meo.
Ah quoties, cum te vento quererêre [b] teneri,
Riſerunt comites ! ille ſecundus erat.
Oſcula dimiſſæ quoties repetita dediſti !
Quàm vix ſuſtinuit dicere lingua, Vale.
Aura leuis * gelido pendentia lintea malo
Suſcitat, & remis eruta canet aqua.
Proſequor infelix oculis abeuntia vela :
Quà licet, & lacrymis humet arena meis.
Vtq; celer venias [c] virides Nereidas oro :
Scilicet vt venias in mea damna celer.
Votis ergo meis alij rediture rediſti :
Heu mihi pro dira pellice blanda fui.
Aſpicit immenſum [d] moles natiua profundum :
Mons fuit : æquoreis illa reſiſtit aquis.
Hinc ego * vela tuæ cognoui prima carinæ,
Et mihi per fluctus impetus ire fuit.
Dum moror, in ſumma fulſit mihi purpura prora :
Pertimui : cultus non erat ille tuus.
Fit propior, terrasq; cita ratis attigit aura :
[e] Femineas vidi corde tremente genas.
Non ſatis id fuerat (quid enim furioſa morabar ?)
Hærebat gremio turpis amica tuo.
* Tunc fleui, rupiq; ſinus, & pectora planxi,
Et ſecui madidas vngue rigente genas :
Impleuiq; ſacram querulis vlulatibus Idam :

a Mei flentis, græca conſtructione. Alij : & madidos vidiſti flentis oc.
* vincta
b Retineri Enallag.

Paridis diſceſſus.
* rigido

c Viridi veſte indutas, propter muſcum in aquis. Virg. Vitreas fecit propter aquam inſtar vitri pellucidam 4. Georg.
d Sigeum promontorium.
* prima tuæ proſpexi vela.

e Clymenam, & Aethram, quas cum Helena rapuit Paris.

* Tum verò rupiq; melius.

Illuc

Illuc has lacrymas in mea saxa tuli.
Sic Helene doleat, desertaq́, coniuge ploret,
*Quæ prior & nobis intulit, * ipsa ferat.*
Nunc tecum veniunt, quæ te per aperta sequuntur
Aequora, legitimos destituuntq́, viros.
At cùm pauper eras, armentaq́, pastor agebas,
Nulla, nisi Oenone, pauperis vxor erat.
Non ego miror opes, nec me tua regia tangit:
Nec de tot Priami dicar vt vna nurus:
Non tamen vt Priamus nymphæ socer esse recuset:*
Aut Hecubæ fuerim dissimulanda nurus.
Dignaq́, sum, & cupio fieri matrona potentis:
Sunt mihi, quas possunt sceptra decere, manus.
Nec me, [a] faginea quod tecum fronde iacebam,
Despice: purpureo sum magis apta toro.
Deniq́, tutus amor meus est: tibi nulla parantur
Bella: nec vltrices aduehit vnda rates.
[b] Tyndaris infestis fugitiua reposcitur armis:
Hac venit in thalamos dote superba tuos.
Quæ [c] si sit Danais reddenda, vel Hectora fratrem,
*Vel cum Deiphobo * Polydamanta roga.*
Quid grauis Antenor, Priamus quid suadeat ipse,
Consule: queis ætas longa magistra fuit.
*Turpe rudimentum * est patriæ præponere raptam:*
Causa pudenda tua est: iusta vir arma mouet
*Nec tibi, * si cupias, fidam promittet [d] Lacænam,*
Quæ sit in amplexus tam citò versa tuos.
Vt [e] minor Atrides temerati fœdera lecti
Clamat, & externo læsus amore dolet:

Tu

* Quæq; prior nobis melius. * illa

* aut rectius.

a Fagi frondibus. Heteros.

b Helena Tyndari filia puratiua.

c An: græca consuetudine.

* Polydaman. Parrhas. ex Homero.

* τὸ Est libr. duo non habent.

* si sapias Mycyll.

d Helenam à Laconia regione.

e Menelaus, Agamemnone erat inferior, itē natu minor.

Tu quoq; clamabis. nulla reparabilis arte
Læsa pudicitia est: deperit illa semel.
Ardet amore tui: sic & Menelaon amauit:
Nunc iacet in viduo credulus ille toro.
Felix Andromache certo bene nupta marito:
Vxor ad exemplum [a] fratris habenda tui.
Tu leuior foliis, tunc cum sine pondere succi
Mobilibus ventis arida facta * volant.
Et minus est in te, quàm * in summa pendus aristâ,
Quæ leuis assiduis solibus vsta riget.
* Hæc tua (nam recolo) quondã [b] germana canebat,
Sic mihi dissusis vaticinata comis:
Quid facis Oenone? [c] quid arena semina mandas?
Non profecturis littora bobus aras.
[d] Graia iuuenca venit, quæ te, patriamq; domumq;
* Perdet: id prohibe, Graia iuuenca venit.
Dum licet, obscœnam ponto * demergite puppim:
Heu quantum Phrygij sanguinis illa vehit!
Dixerat: [e] incursu famulæ [f] rapuêre furentem:
At mihi flauentes diriguêre comæ.
Ah nimium miseræ vates mihi vera fuisti:
[g] Possidet en saltus illa iuuenca meos.
Sit facie quauis insignis, adultera certè est:
Deseruit * socios hospite capta deos.
[h] Illam de patria Theseus (nisi nomine fallor)
Nescio quis Theseus abstulit * arte sua.
A iuuene, & cupido, credatur reddita virgo?
Vnde hæc compererim tam benè, quæris? amo.
Vim licet appelles, & culpam nomine veles:

Quæ

a Hectoris.
* cadunt.
* in præp. alij omittunt.
* Hoc lib. duo
b Cassandra.
c Prouerbialis figura.
d Helenam metaphoricè intelligit.
* Perdat libr. duo.
* demergite
e Accursu, interuentu. alij: in cursu, h. e. in medio vaticinandi calore seu impetu, siue enthusiasmo.
f Ex iussu scil. Priami: vide Lycophr. interpr.
g Allegoria: lectum meum possidet.
* patrios melius: nisi intelligas coniugiales deos.
h Vide Isocr. encom. Helen.
* antè

Quæ [a] *toties rapta est, præbuit ipsa rapi.*
At manet Oenone fallenti casta marito:
Et poteras falli [b] *legibus ipse tuis.*
Me Satyri celeres (syluis ego tecta latebam)
Quæsierant rapido turba proterua pede.
Cornigerumq; caput pinu præcinctus acuta
Faunus in immensis, quà [c] *tumet Ida, iugis.*
Me [d] *fide conspicuus Troiæ munitor amauit:*
Ille meæ spolium virginitatis habet:
Id quoq; luctando: rupi tamen * *vngue capillos,*
Oraq; sunt digitis aspera facta meis.
Nec pretium stupri gemmas, aurumq; poposci:
Turpiter ingenuum munera corpus emunt.
Ipse ratus dignam, medicas mihi tradidit artes,
Admisitq; meas ad sua dona manus.
Quæcunq; herba potens ad opem, radixq; medendi
Vtilis in toto nascitur orbe, mea est.
Me miseram, quòd amor non est medicabilis herbis:
Destituor prudens artis ab arte mea.
Ipse [e] *repertor opis vaccas pauisse* [f] *Pheræas*
Fertur, & à nostro saucius igne fuit.
Quod neq; graminibus tellus fecunda creatis,
Nec Deus auxilium, tu mihi ferre potes.
Et potes, & merui: dignæ miserere puellæ:
Non ego cum Danais arma cruenta fero.
Sed tua sum, tecumq; fui puerilibus annis:
Et tua, quod superest temporis, esse precor.

[a] Inuidiosè, cũ bis tantum rapta fuerit.
[b] Exemplo tuo: vel lege, quam tu ipse tibi dixeras.
[c] Eminet, assurgit.
[d] Apollo insignis fidicen.
* antè non malè: h. e. antè quam mei copiam illi facerem.
[e] Apollo medicinæ inuentor.
[f] Thessalicas, h. e. Admeti regis Thessaliæ. Tibull. Me quondam Admeti niueas pauisse iuuencas. Vide Euripid. Alcestin.
* Dicitur & nostr.

IN VI. EPISTOLAM
ARGVMENTVM.

Monitus erat oraculo Pelias Neptuni filius, tunc illi propinquam fore mortem, cùm patri sacrificanti aliquis pede nudo sibi superueniret. Itaque cum annua sacra peragenti, Iason Aesonis filius, eiusq; nepos, dimisso in limo Anauti fluuij calceamento, ad sacra properans, altero pede exuto occurrisset: Pelias oraculi memor, Iasoni suasit, vt Colchos iret, aureum vellus quæsiturus, sperans illic eum periturum, quod audisset opus esse humanis viribus insuperabile. Iason autē veluti magnanimus, expeditionem libenter assumens, ac multis Græciæ nobilibus conuocatis, Argo nauem ex Pegaso Thessaliæ sinu soluens, in Lemnon insulam delatus est: vbi cùm mulieres viros omneis communi consilio vna nocte interemissent, Hypsipyle Thoantis filia, quem sub falsa mortis simulatione saluauerat, tunc imperium occupabat: quæ Iasonem & hospitio, & lecto liberalissimè excepit. Verùm iam duobus annis peractis, orantibus socijs, & exigente tempore, vt prædictam expeditionem perficeret, Hypsipylen prægnantem relinquens, Colchos nauigauit. Vbi arte Medeæ dracone sopito, taurisq; superatis, aureum illud vellus adeptus, ipsam secum abduxit. Quare Hypsipyle Medeam sibi prælatam dolens, hac epistola Iasoni de prospero reditu congratulando, in contemtum, eius crudelitatem atque incantationes execrans, vertere nititur. Postremò in Iasonem & Medeam imprecatur.

HYPSIPYLE IASONI.

Littera

Littora Thessaliæ reduci tetigisse carina
Diceris, auratæ vellere dives ouis.
Gratulor incolumi, quantum finis: hoc tamẽ, ipso
Debueram scripto certior esse duo.
Nam, ne pacta tibi [a] *præter mea regna redires,*
Cùm cuperes, ventos non habuisse potes.
** Quamlibet aduerso signetur epistola vento:*
Hypsipyle missa digna salute fui.
Cur mihi fama prior, quàm nuncia littera, venit?
Isse sacros Martis sub iuga panda boues: [b]
Seminibus iactis segetes adolesse virorum:
Inq; necem dextra non eguisse tua:
Peruigilem spolium pecudis seruasse draconem:
Rapta tamen forti vellera fulua manu.
Hæc ego si possem, [c] *timidè credentibus ista,*
Ipse mihi scripsit, dicere: [d] *quanta forem!*
Quid queror officium lenti cessasse mariti?
Obsequium, [e] *maneo si tua, grande tuli.*
Barbara narratur venisse venefica tecum,
*In mihi promissi parte * futura tori.*
Credula res amor est: vtinam [f] *temeraria dicat*
Criminibus falsis insimulasse virum.
Nuper ab Hæmoniis hospes mihi Thessalus oris
Venerat, & [g] *tactum vix bene limen erat:*
Aesonides, dixi, quid agit meus? ille pudore
Hæsit [h] *in opposita lumina fixus humo.*
Protinus [i] *exilui: tunicisq; à pectore ruptis,*
** Viuit an, exclamo? me quoq; fata trahunt.*
Viuit, ait: timidumq; mihi iurare coëgi:

Vix

[a] Præter Lemnon tibi dotis loco promissam.
* Quolibet: vt alibi: Quaslibet admissas detinuere rates.
[b] Iasonis res gestæ Colchis, de quibus vide libr. 7. Metam.
[c] Aegrè, vix.
[d] Quam beatã me putarem.
[e] Magnum mihi præstitisti officium.
Medea.
* recepta
[f] Temere, fine causa.
[g] Vix domum ingressus erat.
[h] Defixis in humum oculis: Synecdoche.
[i] Metu scilicet, pro salute tua.
* Viuit? an, exclamo, me quoq; fata trahunt?
* Viuit, ait. timidum, quod ait, iurare coëgi. idq; Planudes agnoscit.

Vix mihi, teſte Deo, credita vita tua eſt.
Vtq; animus rediit: tua facta requirere cœpi:
* Narrat, & aripedes Martis araſſe boues: * Rettulit, & rip.
Vipereos dentes in humum pro ſemine tactos,
Et ſubitò natos arma tuliſſe viros:
Terrigenas populos ciuili Marte peremtos
Impleſſe ætatis fata diurna ſuæ:
* Deuictum ſerpentem: iterum, ſi viuat Iaſon, * Ald. Deuicto ſerpente: non inſcitè. al. Deuictus ſerpens. malè.
Quærimus: alternant ſpesq; timorq; fidem.
Singula dum narrat: curſu ſtudioq; loquendi,
*Detegit ingenio vulnera facta * ſuo.* * tuo
Heu vbi pacta fides? vbi connubialia iura?
Faxq; ſub arſuros dignior ire rogos?
Non ego ſum furtim tibi cognita: pronuba Iuno
Adfuit: & ſertis tempora vinctus Hymen.
At mihi nec Iuno, nec Hymen, ſed triſtis Erinnys
Pratulit infauſtas ſanguinolenta faces.
Quid mihi cũ [a] Minyis? quid cum [b] Tritonide pinu? a Minyæ à Minya Chryſæ F. appellati ex quib. cum aliqui in Iolcum coloniam deduxiſſent, inde argonautis Minyarum nomẽ factũ putatur. b Argo nauis, arte Palladis ex pinu confecta.
Quid tibi cum patria nauita Tiphy mea?
Non erat hic aries villo ſpectabilis [c] aureo,
Non ſenis Aeëtæ regia: Lemnos erat.
Certa fui primò (ſed me mea fata trahebant)
Hoſpita femineæ pellere caſtra manu.
Lemniadesq; viros nimium quoq; vincere norunt:
Milite [d] tam forti vita tuenda fuit.
Vrbe virum vidi: tectoq; animoq; recepi:
Hic tibi buq; æſtas, buq; cucurrit hyems.
* Tertia meſis erat: cùm tu dare vela coactus, * Tertius vertebatur annus: Ex parte totius
Impleſti lacrymis talia verba tuis:

c Synæreſis, ἢ συνίζησις.
d Quam iunt mulieres Lemni inſulæ.
e Tertius vertebatur annus: Ex parte totius

Abstrahor Hypsipyle : si dent modò fata recursum :
Vir tuus hinc abeo, vir tibi semper ero.
τὸ ἔμβρυον : vteri fetus. [a] Quod tamen è nobis grauida celatur in aluo,
Viuat : & eiusdem simus vterq; parens.
Hactenus : &, lacrymis in falsa cadentibus ora,
Cetera te memini non potuisse loqui.
* Argo Vltimus è socijs sacram conscendis in * Argon :
Illa volat : ventus concaua vela tenet.
[b] in altum remigib. actæ. Cærula [b] propulsæ subducitur vnda carinæ :
Terra tibi, nobis aspiciuntur aquæ.
In latus omne patens turris circumspicit vndas :
* ora sinusq; Huc feror : & lacrymis * osq; sinusq; madent.
Per lacrymas spectо : cupidæq; fauentia menti
Longius assueto lumina nostra vident.
Adde preces castas, immixtaq; vota timori
Nunc quoq; te saluo persoluenda mihi.
[c] Ironia cum indignatione. * iræ [c] Vota ego persoluam ? votis Medea fruetur ?
Cor dolet : atq; [1] * ira mixtus abundat amor.
Dona feram templis? viuum quòd Iasona perdam?
Hostia pro damnis concidet icta meis ?
Non equidem secura fui : semperq; verebar,
Ne pater Argolica fumeret vrbe nurum.
Argolicas timui : nocuit mihi barbara pellex :
Non expectato vulnus ab hoste tuli.
[d] Medeam veneficij & magicæ artis accusat. Nec facie meritisq; placet : [d] sed carmine mouit :
Diraq; cantata pabula falce metit.
* curru non malè Illa reluctantem * cursu deducere Lunam
Nititur, & tenebris abdere Solis equos.
Illa refrenat aquas, obliquaq; flumina sistit :

Illa

Illa loco ſyluas, viuaq; ſaxa mouet.
Per tumulos errat * ſparſis diſcincta capillis,
Certaq; de tepidis colligit oſſa rogis.
Deuouet abſentes, ſimulacraq; cerea fingit,
Et miſerum tenuis in iecur vrget acus.
Et quæ neſcierim melius. * Male quæritur herbis,
Moribus & formæ conciliandus amor.
Hanc potes amplecti? thalamoq; relictus in vno,
Impauidus ſomno nocte ſilente frui?
Scilicet vt tauros, ita te iuga ferre coëgit:
Quaq; feros angues, te quoq; mulcet ope.
Adde, quod aſcribi factis procerumq;, tuisq;
Se facit, & titulo coniugis vxor obeſt.
Atq; aliquis [a] Peliæ de partibus acta venenis
Imputat, & populum, qui ſibi credat, habet.
Non hæc Aeſonides, ſed filia [b] Phaſias Aetæ
Aurea [c] Phryxeæ terga * reuulſit ouis.
Non probat Alcimede mater tua: conſule matrem:
Non pater, à gelido cui venit axe nurus.
Illa ſibi à * Tanais, [d] Scythicaq; paludibus vndæ
Quærat, & à patria Phaſidis vſq; virum.
Mobilis Aeſonide, vernaq; incertior aura,
Cur tua polliciti pondere verba carent?
Vir meus hinc ieras, cur non meus inde rediſti?
Sim reducis coniux, ſicut euntis eram.
Si te nobilitas, generoſaq; nomina tangunt,
En ego Minoo nata [e] Thoante feror.
Bacchus auus, Bacchi coniux redimita corona,
Præradiat ſtellis ſigna minora ſuis.

* paſſis
* Alij legunt. & quæ neſcierim. melius, magè quær. vt meliꝰ pertineat ad particip. concil. Alij melliſne age quęritur herbis? per interrogat.
a Peliæ quam tibi addictior.
b Medea, quam à Phaſi Colchi cæ regionis fluuio ita nominat. q.l.u. Phaſis Acētæ correpta diphth. propter vocal. ſequ. Sed Ouid. hoc loco & alibi Aeētā diſſyllab. facit.
κατὰ συνεκφώνησιν.
c Phryxus aurei velleris arietem Helle ſorore ſubmerſa, Marti immolauit, velluſq; in templo ſuſpendit.
* reuellit
* Tanai u. l.
d Mæotide palude.
e Thoas Bacchi ex Ariadne filius. Bacchus, Ariadnē cū no-

uem gemmis suæ coronæ in astra mutauit.

Dos * mihi Lemnos erit, terra [a]ingeniosa colenti:
Me quoq; * iam taleis inter habere potes.

* tibi lib. tres.

Nunc etiam peperi: gratare ambobus Iason:
Dulce mihi grauidæ fecerat auctor onus.

[a] Fecunda. Virgil. Nunc loca aruor. ingenis.

Felix in numero quoq; sum: [b] prolemq; gemellam,
Pignora Lucina bina fauente dedi.

* res tal. al. quod tales.

Si quæras, cui sint similes: cognoscere illis:
Fallere non norunt: cetera patris habent.

[b] Thoant. & Euneum gemellos.

Legatos quos pæne dedi pro matre ferendos:
Sed tenuit cœptas sæua nouerca vias.
Medeam timui: plus est Medea nouerca:
Medeæ faciunt ad scelus omne manus.

[c] Absyrti, siue Aegialei, vt Pacuuius.

Spargere quæ [c] fratris potuit lacerata per agros
Corpora, pignoribus parceret illa meis?

[d] Colchis pro Colchicis, Heteros.

Hanc tamen, ô demens, [d] Colchisq; ablate venenis,
Diceris Hypsipyles præposuisse toro.
Turpiter illa virum cognouit adultera virgo:
Me tibi, teq; mihi teda pudica dedit.
Prodidit illa patrem: rapui de cade Thoanta:
Deseruit Colchon: me mea Lemnos habet.

* refert?

Quid * referam? scelerata piam si vincit, & ipso
Crimine dotata est, emeruitq; virum.
Lemniadum facinus culpo, non miror, Iason:
Qualibet iratus ipse dat arma dolor.

[e] Interrogatio cũ stomacho.

[e] Dic age, si ventis, vt oportuit, actus iniquis
Intrasses portus tuq; comesq; meos:
Obuiaq; exissem fetu comitata gemello:

* nempe

Hiscere * nonne tibi terra roganda foret?
Quo vultu natos, quo me scelerate videres?

Perfide

Perfide quo precio, qua nece dignus eras?
Ipse quidem per me tutus sospesq3 fuisses:
Non quia tu dignus, sed quia mitis ego.
Pellicis ipsa meos implessem sanguine vultus:
Quosq3 veneficijs abstulit illa suis.
Medea Medea forem. quòd si quis ab alto
*Iustus adest * precibus Iuppiter ipse meis:* * votis.
*Quod gemit Hypsipyle, lecti quoq3 * succuba nostri* * subnuba vet. lect. Medea pelicx.
Mœreat: & leges sentiat ipsa suas.
Vtq3 ego desituor coniunx, materq3 duorum:
*A totidem natis orba sit, * atq3 viro.* * illa
Nec malè parta diu teneat: petiusq3 relinquat:
Exulet: & toto quærat in orbe fugam.
Quàm fratri germana fuit, miseroq3 parenti
Filia: tam natis, tam sit acerba viro.
Cùm mare, cùm terras consumserit: aëra tentet:
Erret inops, expes, cæde cruenta sua.
*Hæc ego coniugio fraudata * Thoantias oro:* * Thoantis F.
Viuite deuoto nuptaq3 virq3 toro.

IN VII. EPISTOLAM
ARGVMENTVM.

Troia à Græcis euersa, Aeneas Anchisæ & Veneris filius, raptis ex incendio secum Penatibus, viginti nauibus mare conscendit. Qui tempestate vexatus, magna parte maris perrerrata, in Libyam quidem delatus est: vbi tunc Dido, vt Virgilius finxit, Beli filia, & Sichæi Herculis sacerdotis vxor, Tyro vrbe profecta, fratris Pygmalionis, qui incautum maritum ob eius diuitias interemerat,

& ſæuitiam & auaritiam fugiens, vrbem nouam Carthaginem condebat: à qua Aeneas cum ſocijs liberaliſſimè ſuſceptus, & amatus, cũ ea concubuit. Verum cùm Mercurij monitu, in Italiam ſibi ab oraculo promiſſam nauigare cogeretur: Dido præſentiens (veluti quæ ardentiſſimo amoris flagrabat incendio) illum à nauigandi propoſito reuocare, aut ſaltem differret abitum perſuadere tentans, poſt multas tandem fruſtra effuſas preces ad eum moribunda ſcripſit, quem nouerat mortis cauſam præbuiſſe.

DIDO AENEAE.

De morte eam deliberaſſe cõparatione indicat ἀναντιπόδοτον.

Sic, vbi fata vocant, vdis abiectus in herbis
Ad vada Mæandri concinit albus olor:
Nec, quia te noſtra ſperem prece poſſe moueri,
Alloquor: aduerſo mouimus iſta Deo.
Sed [a] *meriti famam, corpusq́, animumq́, pudicum*
Cùm male perdiderim: perdere verba leue eſt.
Certus es ire tamen: miſeramq́, relinquere Didò:
Atq; ijdem venti vela, fidemq́, ferent.
Certus es, Aenea, cum fœdere ſoluere naues:
Quæq́, vbi ſint neſcis, Itala regna ſequi.
Nec noua Carthago, nec te creſcentia tangunt
Mœnia: nec [b] *ſceptro tradita ſumma tuo.*
Facta fugis: [*] *facienda petis: quærenda per orbem*
Altera: quæſita eſt altera terra tibi.
Vt terram inuenias, quis eam tibi tradet habendã?
Quis ſua [c] *non notis arua tenenda dabit?*
Alter habendus amor tibi reſtat, & altera Dido:
Quamq́,

a Beneficiorũ laudem, ſiue memoriam.

b Regni ſumma poteſtas tibi delata.

* fugienda

c Peregrino, aduenæ ignoto Enallag. num.

Quamq; iterum fallas, altera danda fides.
Quando erit, vt condas instar Carthaginis vrbem?
Et videas populos altus ab arce tuos?
Omnia si veniant, nec te tua vota morentur:
Vnde tibi, quae te sic amet, vxor erit?
Vror, vt inducto cerata sulphure tedae:
**Vt pia fumosis addita thura *rogis.*
**Aeneasq; oculis semper vigilantibus haeret,*
Aeneamq; animo noxq; diesq; refert.
Ille quidē malè gratus, & ad mea munera surdus,
Et quo, si non sim stulta, carere velim.
Non tamen Aeneam, quamuis malè cogitet, odi:
Sed queror infidum: questaq;, peius amo.
Parce Venus nurui: durumq; amplectere fratrem
Frater Amor: castris militet ille tuis.
**Aut ego, quae coepi (neq; enim dedignor) amare,*
Materiam curae praebeat ille meae.
Fallor: & ipsa mihi falso iactatur imago:
[a] Matris ab ingenio disidet ille suae.
Te lapis, & montes, innataq; rupibus altis
Robora, te saeuae progenuere ferae:
Aut mare, quale vides agitari nunc quoq; ventis:
Quo tamen aduersis fluctibus ire paras.
Quo fugis? [b] obstat hyēs: hyemis mihi gratia prosit:
*Aspice, vt *euersas concitet Eurus aquas.*
Quod tibi malueram, sine me debere procellis:
Iustior est animo ventus & vnda tuo.
*Non ego sum tanti, *quod non meditēris iniquè,*
Vt pereas, dum me per freta longa fugis.

* Sequentes duo versus in quibusdam libris nō extant.
* focis.

* Aut, ego quē coepi, vt sit ordo, Aut ille, quem ego coepi amare, prob. secundū illud: Aut amet, aut faciat cur ego semper amem. probē.
a Veneris non difficilis amantibus.
b Virg. 4. Aen. Quineciam hyberno moliris sidere classem, Et mediis &c.
* aduersas
* quamuis meareris iniquè: alij: quod non meditaris.

[a] Redimenda capitis periculo.

Exerces precioſa odia, & [a] conſtantia magno:
Si, dum me fugias, eſt tibi vile mori.
Iam venti ponent, ſtrataq; æqualiter vnda,
[*] Cæruleus *Cæruleis Triton per mare curret equis.*
Tu quoq; cum ventis vtinam mutabilis eſſes:
Et, niſi duritia robora vincis, eras.
Quid? ſi neſcires inſana quid æquora poſſent,
Expertæ paſſiue. *Expertæ toties [*] tam male credis aquæ?*
[*] iam *Vt pelago ſuadente etiam retinacula ſoluas,*
Multa tamen latus triſtia pontus habet.
Nec violaſſe fidem tentantibus æquora prodeſt:
[b] Maris ſpuma in Cyther. inſula: vnde ἀφροδίτη dicta Græcis. *Perfidiæ pœnas exigit ille locus.*
Præcipuè cùm læſus amor: quia mater amorum
Nuda Cytheriacis edita fertur [b] aquis.
[c] Ne te naufragio perdam, quem iam pridem amiſi à me alienatum & abitum parantem. [c] *Perdita ne perdam timeo, [*] noceámue nocenti:*
Neu bibat æquoreas naufragus hoſtis aquas.
Viue, precor: ſic te melius, quam funere, perdam:
Tu potius leti cauſa ferêre mei.
Finge age te rapido [d] (nullum ſit in omine pondus)
[*] noceamque *Turbine deprendi: [e] quid tibi mentis erit?*
[d] Quod euenire tibi nolim. *Protinus occurrent falſa periuria linguæ,*
[e] Virgil. Quid tibi tunc animi. *Et [f] Phrygia Dido fraude coacta mori.*
Coniugis ante oculos deceptæ ſtabit imago
Triſtis, & effuſis ſanguinolenta comis.
[f] Aeneæ Phrygis perfidia. Prouerb. figura. Virg. Laomedonteæ ſentis periuria gentis. *Quicquid id eſt, totum merui, concedite, dices,*
Quæq; cadent, in te fulmina miſſa putes.
Da breue ſæuitiæ ſpacium pelagiq;, tuæq;:
Grande moræ pretium, tuta futura via eſt.
[*] curæ *Nec mihi tu [*] parcas: puero parcatur Iulo:*

Te,

Te, satis est, titulum mortis habere meæ.
Quid puer Ascanius? quid dij meruere Penates?
Ignibus ereptos obruet vnda Deos.
Sed neq; fers tecum: nec, quæ mihi perfide iactas,
Præsserunt humeros sacra, paterq; tuos.
Omnia menturis: neq; enim tua fallere lingua
Incipit à nobis: primaq; plector ego.
Si quæras, vbi sit formosi [a] mater Iuli:
Occidit à duro sola relicta viro.
Hæc mihi narrabas: at me mouêre merentem.
Illa minor culpa pœna futura mea est. (nent:
Nec mihi mẽs dubia est, quin te tua numina dam-
Per mare, per terras, [b] septima iactat hyems.
[c] Fluctibus eiectum tuta statione recepi:
Vixq; bene audito nomine regna dedi.
His tamen officijs vtinam contenta fuissem:
Et mihi concubitus fama sepulta foret.
[d] Illa dies nocuit, qua nos decliue sub antrum
Cæruleus subitis compulit imber aquis.
Audieram voces: [e] Nymphas vlulasse putaui:
Eumenides fatis signa dedêre meis.
[f] Exige læse Pudor pœnas violate * Sichæo,
Ad quem, me miseram, plena pudoris eo.
Est mihi marmorea sacratus in æde Sichæus:
Oppositæ frondes, velleraq; alba tegunt.
[g] Hinc ego me sensi noto quater ore citari:
Ipse sono tenui dixit, [h] Elisa veni.
Nulla mora est: * venio quondam tibi debita cõiux:
Sum tamen admissi tarda pudore mei.

Virg. en dextra fidesq;, Quem secum patrios aiunt portare penates, Quem subisse humeris confecta ætate parentem.

a Creusa: de qua vide lib. 2. Aen.

b Imitatione Virgil. — nam te iam septima portat Omnib. errantem terris & fluctib. æstas.

c Virgil. — eiectum littore egentem Excepi, & regni demens in parte locaui.

d Idem. Ille dies primus lœti, primusq; malorum causa fuit.

e Virg. summoque vlularunt vertice Nymphæ.

f Ad Pudorem apostrophe.

* Sichæi

g Virgil. Hinc exaudiri voces & verba vocantis Visa viri.

h Elisa, Dido dicta est priori nomine.

* venio: venio tib.

Da veniam culpæ : decepit idoneus auctor :
Inuidiam [a] noxæ detrahit ille meæ.
Diua parens, sentorq; pater, pia sarcina nati,
Spem mihi mansuri ritè dedêre viri.
Si fuit errandum, causas habet error honestas :
Adde fidem : nulla parte pigendus erit.
Durat in extremum, vitæq; nouissima nostræ
Prosequitur fati, qui fuit antè, [b] tener.
Occidit * in terras coniux mactatus ad aras,
Et sceleris tanti præmia frater habet.
Exul agor, cineresq; viri, patriamq; relinquo :
Et feror in duras hoste sequente vias.
Applicor ignotis, fratriq; elapsa, fretoq;,
Quod tibi donaui perfide, littus emo.
[c] Vrbem constitui, lateq; patentia fixi
Mœnia, finitimis inuidiosa locis.
Bella tument : bellis peregrina & femina tentor :
Vixq; rudes portas vrbis, & arma paro.
Mille procis placui, * qui in me coiêre, querentes
Nescio quem thalamis præposuisse suis.
Quid dubitas [d] vinctam Getulo tradere Hiarbæ ?
* Præbuerim sceleri brachia nostra tuo.
Est etiam frater, cuius manus impia poscit
Respergi nostro, sparsa cruore viri.
[e] Pone Deos, & quæ tangendo sacra profanas :
[f] Non bene cœlestes impia dextra colit.
Si tu cultor eras elapsis igne futurus :
Pœnitet elapsos ignibus esse Deos.
Forsitan & grauidam Didô scelerate * relinquis :
Parsq;

a Culpæ.
b Fortunæ aduersæ perseuerantia.
* internas. est enim occisus ante deos penates. Micyll. legend. suspicatur Herculeas. Sichæus enim Herculis sacerdos fuit.
c Virg. Vrbem præclaram statui : mea mœnia vidi.
* qui me coiere queren. recæus. Virg. Te propter Libycæ gentes, Nomadumque tyranni Odêre iasensi Tyr.
d Idem — aut captam ducat Getulo Iarbas.
* Præbueram bene q. d. iam ante manus vinctas dederam morem tibi gerendo.
e Apostrophe ad Aeneam.
f Hom. il. ζ. —οὐδέ πη ἔστι χελαινεφὲϊ χρο νίδαι Κρονίδῃ ὑπὸ λυθρῳ πεπαλαγμένον ὄν χεραϊδῃ.
* relinquas

Parsq; tui latitat corpore clausa meo.
Accedet fatis matris miserabilis infans:
Et nondum nati funeris auctor eris.
Cumq; parente sua frater morietur Iuli:
Pœnaq; connexos auferet vna duos.
Sed iubet ire Deus: vellem vetuisset adire:
Punica nec Teucris pressa fuisset humus.
[a] *Hoc duce nempe Deo, ventis agitaris iniquis:*
Et teris in rapido tempora longa freto.
Pergama vix tanto tibi erant repetenda labore:
Hectore si viuo, quanta fuêre, forent.
[b] *Non patrium Simoënta petis, sed Tybridis vndas.*
Nempe vt peruenias quò cupis, hospes eris.
[*] *Vsq; latet, refugitq; tuas obstrusa carinas,*
Vix tibi continget terra petita seni.
Hos populos potius in dotem, ambage [*] remissa,
Accipe, & aduectas [c] Pygmalionis opes.
Ilion in Tyriam transfer felicius vrbem:
Inq; loco regis, [*] sceptraq; [d] sacra tene.
Si tibi mens auida est belli, si quærit Iulus
Vnde suo partus Marte triumphus eat:
Quem superet, ne quid desit, præbebimus hostem:
Hic pacis leges, hic locus arma capit.
[*] *Tu modò per patrem, fraternaq; tela sagittas,*
Perq; fugæ comites, Dardana sacra, Deos:
Sic [e] superent quoscunq; tua de gente reportas,
[f] *Mars ferus, & damni sit modus ille tui:*
Ascaniumq; suos feliciter impleat annos:
Et senis Anchisæ molliter ossa cubent:

[a] ἐφαπτικῶς Aeneæ discessum Mercurio imputat. Virg. — nunc & Ioue missus ab ipso Interpr. diûm.
[b] Ibid — quid si non arua aliena, domosq; Ignotas peteres? & Troia antiqua maneret? Troia per vnd.
[*] Vtq; lat. refug. tuis abstrusa carinis [*] remota
[c] Virg. 1. Aen. — portantur auari Pygmalionis opes pelago.
[*] sceptra sacrata.
[d] Quoniam sub Iouis tutela erant reges. Hesiod. ἐκ δ' ὃ διὸς βασιλῆες.
[*] Te
[e] Superstites sint, vel vincant.
[f] Bellum Troianum finis sit tuæ calamitatis.

Parce

Parce precor domui, quæ se tibi tradit habendam,
*Quod crimen dicus præter * amasse meum?*
Non ego sum Phthia, magnisq; oriunda Mycenis:
*Nec * steterant in te virq; paterq; meus.*
Si pudet vxoru, non nupta, sed hospita dicar:
Dum tua sit Dido, quidlibet esse feret.
*Nota mihi freta sunt Afrum * tangentia littus:*
Temporibus certis dantq; negantq; viam.
Cum dabit aura viam, præbebis carbasa ventis:
Nunc leuis electam continet alga ratem.
Tempus vt obseruem, manda mihi: certius ibis:
Nec te, si cupias, ipsa manere sinam.
Et socij requiem poscunt: laniataq; classis
Postulat exiguas semirefecta moras.
Pro meritis, & si qua tibi debebimus vltrà:
Pro spe coniugij [a] tempora parua peto.
Dum freta miteſcunt, et [b] amor dū temperat vsum,
Fortiter ediscam triſtia posse pati.
Sin minus, eſt animus nobis effundere vitam:
In me crudelis non potes esse diu.
Aspicias vtinam quæ sit scribentis imago:
Scribimus, & gremio Troicus ensis adest.
Perq; genas lacrymæ strictum labuntur in ensem,
Qui iam pro lacrymis sanguine tinctus erit.
Quam bene conueniunt fato tua munera nostro:
Instruis impensa nostra sepulcra breui.
Nec mea nunc primùm feriuntur pectora telo:
Ille locus sæui vulnus amoris habet.
[c] Anna soror, soror Anna mea malè conscia culpæ,

Iam

* amare.

Phthia vrbs Theſſaliæ, àqua Achilles Phthius dicitur: ſicut Agamemno, Mycenæus a Mycenis. Pelo ponesi vrbe. Virg. Non ego cum Danais Troianam excindere gentē Aulide iurauī, classemue ad Perg. miſi.

* ſteterunt * frangentia in alijs codicib. Scaligero placet mutantia: quod hoc Syrtium naturam melius exprimat.

a Virgil. Tempus mane peto, requiem, ſpatiumq; furori. Dum mea me vict. dō. erat fortu. dolere.

b Hypallage, dum vſus amorem me moderatius ferre dō cet.

c Apoſtrophe per commiſerationem.

Iam dabis in cineres vltima dona meos.
Nec consumta rogis inscribar Elisa Sichæi:
Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit:
Præbuit Aeneas & causam mortis, & ensem: Didonis epitaphium.
Ipsa sua Dido concidit vsa manu.

IN VIII. EPISTOLAM ARGVMENTVM.

Hermione Menelai & Helenæ filia, à Tyndaro auo materno, cui domum commendarat Menelaus, dum iret ad Troiam, Oresti Agamemnonis & Clytæmnestræ filio desponsata est. Quam etiam Menelaus huiusce rei inscius, Pyrrho Achillis filio ante Troiam promisit: qui tandem reuersus Hermionem rapuit. Sed cum Pyrrhi connubium maximo odio haberet, & Orestē adamaret, clam per nuncium monuit, facilè se posse à Pyrrhi vinculis liberari. Quod quidem est assecuta. Nam Orestes post Aegisthi matrisq; cædem furore purgatus, Pyrrho in templo Apollinis interfecto, eam recepit.

HERMIONE ORESTI.

ALloquor Hermione nuper fratremq;, virumq;:
Nunc fratrem: nomen coniugis alter habet.
*Pyrrhus * Achilleides, animosus [a] imagine patris*
Inclusam contra iusq;, piumq; tenet.
Quod potui, renui, ne non inuita tenerer:
[b] Cetera femineæ non valuere manus.
Quid facis Aeacide? non sum sine vindice, dixi:
*Hæc tibi sub domino * est Pyrrhe puella suo.*

* Achillides Micyll. sicut Thesides.
a Ad exemplū patris, vehementiam imitans animi paterni.
b Verba Hermionis ad Pyrrhum.
* τὸ est alij ad finem reiiciunt.

Surdior

Surdior ille freto clamantem nomen Oresti
Traxit inornatis in sua tecta comis.
Quid grauius capta Lacedæmone ferua tulissem,
Si raperet Graias barbara turba nurus?
Parcius Andromachen vexauit [a] Achaia victrix,
Cùm Danaus Phrygias vreret ignis opes.
At tu, cura mei si te [*] pia tangit, Oreste,
[b] Inijce non timidas in tua tura manus.
An, si quis rapiat stabulis armenta recluſis,
Arma feras? rapta coniuge, lentus eris?
Sit [c] socer exemplo nuptæ repetitor ademtæ:
Cui pia militiæ causa puella fuit:
Si socer ignauus vacua [*] stertisset in aula,
Nupta foret Paridi mater, vt ante fuit.
Non tu mille rates, sinuosaq; vela parabis,
Nec numerum Danai militis, ipse veni.
Sic quoq; eram repetenda tamen: nec turpe mari-
Aspera pro caro bella tulisse toro. (to est
Quid? quod auus nobis idem Pelopeius Atreus?
Et si non esses vir mihi, [d] frater eras.
Vir precor vxori, frater succurre sorori:
Instant officio nomina [e] bina tuo.
Me tibi [f] Tyndareus vita grauis auctor, & annis,
Tradidit: arbitrium neptis habebat auus.
At pater Aeacide promiserat inscius acti:
[g] Plus quoq;, qui prior est ordine, [*] posit auus:
Quum tibi nubebam, nulli mea teda nocebat:
Si iungar Pyrrho, tu mihi lasus eris.
Et pater ignoscet nostro Menelaus amori:

Succu-

[a] Victores Græci: μεταφορ.
[*] nunc
[b] Iniecta manu me tibi vendica. Iuris vocabulum est.
[c] Menelaus.
[*] sedisset
[d] Frater patruelis.
[e] Mariti & patruelis.
[f] Tyndarus auus maternus Hermiones, sicut Atreus paternus.
[g] Qui prior est tempore, potior est iure.
[*] posset.

Succubuit telis [a] *præpetis ipse Dei.*
Quem sibi permisit, genero * *concedet amorem,*
Proderit exemplo mater amata suo.
Tu mihi, quod matri pater, es: quas gesserit olim
Dardanius parteis aduena, Pyrrhus agit.
[b] *Ille licet patrijs sine fine superbiat actis:*
Et tu, quæ referas, facta parentis habes.
[c] *Tantalides omneis, ipsumq; regebat Achillem:*
Hic pars militiæ: dux erat ille ducum.
Tu quoq; habes proauum Pelopē, Pelopisq; parentem:
Si melius numeres, à Ioue quintus eris.
Nec virtute cares: arma inuidiosa tulisti:
*Sed tu quid faceres? induit illa * patrem.*
Materia vellem fortis meliore fuisses:
Non lecta est operi, sed data causa, tuo.
Hanc tamen [d] *implesti: iugulo q; Aegisthus aperto,*
Tecta cruentauit, quæ pater ante tuus.
Increpat Aeacides, laudemq; in crimina vertit:
Et tamen aspectus sustinet ille meos.
Rumpor: & [e] *ora mihi pariter cum mente tumescunt:*
Pectoraq; inclusis ignibus vsta dolent.
Hermione coram quisquam ne obiecit Oresti?
Nec mihi sunt vires: nec ferus ensis adest.
*Flere licet: * certè flendo diffundimus iram:*
Perq; sinus lacrymæ fluminis instar eunt.
Has semper solas habeo: semperq; profundo:
Hument incultæ [f] *fonte perenne genæ.*
Hoc generis fatum, quod nostros errat in annos:
Tantalides * *matres apta rapina sumus.*

a Cupidinis allati.
* permittet

b Generis nobilitate, Oreſtem Pyrrho præponit.
c Agamemnon à Tantalo proauo, Iuppiter Tantalum, Tantalus Pelopem, Pelops Pliſthenē, Pliſthenes Agamemnonem Oreſtis patrē, genuit.
* pater. Ita alibi: Induit arma tibi genitor, patriæque tuisq;.
d Perfeciſti, vindicata morte paterna.
e Ita alib. Ora tument ira.

* fiendo certè.

f Lacrymis perennibus.

* omnes

Non

Non ego flumineæ referam mendacia cygni:
Nec quærar in plumis delituisse Iouem.
Quæ duo porrectus longè freta distinet Isthmos,
Vecta peregrinis [a] Hippodameia rotis.
Castori Amycleo, & Amyclæo Polluci,
Reddita [b] Mopsopia Tyndarus vrbe soror.
Tyndarus Idæo trans æquora ab hospite rapta,
Argolicas pro se vertit in arma manus.
Vix equidem memini: memini tamẽ: omnia luctus,
Omnia sollicitæ plena timoris erant.
Flebat auus, flebatq́; soror, fratresq́; gemelli:
Orabat superos Leda, suumq́; Iouem.
*Ipsa ego non longos etiam * tunc scissa capillos,*
Clamabam, Sine me, me sine mater abis?
Nam [c] coniux aberat. ne non Pelopeia credar,
Ecce [d] Neoptolemo præda parata fui.
[e] Pelides vtinam vitasset Apollinis arcus:
*Damnaret nati facta proterua * parens.*
[f] Nec quondã placuit: nec nunc placuisset Achilli:
Abducta viduum coniuge flere virum.
Quæ mea cœlestes inuria fecit iniquos?
Quodue mihi misera sidus obesse querar?
*Parua mea sine matre fui: pater arma * gerebat:*
Et, duo cum viuant, orba duobus eram.
[g] Non tibi blanditias primis mea mater in annis
[h] Incerto dictas ore puella tuli.
Non ego captaui breuibus tua colla lacertis,
Non sedi gremio sarcina grata tuo.

[a] Pelops curruli certamine superato Oenomao Hippodamiam victoriæ præmium duxit. Vide Parthas. exposit.

[b] Athenienſi, à Mopſopo rege. Strab. lib. 9. Alij Aphidnam intelligũt Atticæ vrbem, vbi Helen a Theſeo raptam aſſeruatam dicunt

* nunc

[c] Menelaũ Cretam profectus.

[d] Neoptolemũ Pyrrhus, quaſi nouus pugnator.

[e] Achilles directa in pedem ipſius ſagitta à Paride in Apollinis templo interimitur.

* pater.

[f] Ita in Achill. ἰλ. ἰ. ἢ μὲν οἱ φίλεσσ' ἀλόχους μεμάτων αἰθωνίων Ατρεΐδαιο; ἐπεὶ οὐ τις ἀγαθὸς

* ferebat

[g] Ad matrem apoſtrophe.

[h] Balbutiente.

* Nec gremio ſedi

Non

Non cultus tibi cura mei: nec pacta marito
Intraui thalamos matre parante nouos.
Obuia prodieram reduci tibi: (vera fatebor)
Nec facies nobis nota parentis erat.
* Te tamen esse * Helenā, quod eras pulcerrima, * Et * Helenen
Ipsa requirebas, quæ tua nata foret. (sensi:
[a] Pars hæc vna mihi coniux bene cessit Oreſtes: [a] In hoc tanē felix, quòd Oreſtem maritū nacta sit.
* Hic quoq; ni pro se pugnet, ademtus erit. * Is
Pyrrhus habet captam, reduce & victore parente:
* Munus & hoc nobis diruta Troia dedit. * Et minus à nob. diruta Tr. fuit. alij Ah minus hoc nobis. alij: Et minus hoc nob. Sed Micyll. probat: Munus & hoc. quod Planud. quoq; secutus est.
Cum tamen altus equis Titan radiantibus instat,
Perfruor infelix liberiore malo.
Nox vbi me thalamis vlulantē, & acerba gementē
Condidit, in mœsto procubuiq; toro:
Pro somno, lacrymis oculi funguntur obortis:
Quaq; licet fugio, sicut ab hoste, viro.
Sæpe malis stupeo: rerumq; oblita, locisq;
Ignara tetigi [b] Scyria membra manu.
Vtq; nefas sensi, malè corpora tacta relinquo:
Et mihi pollutas credor habere manus.
Sæpe Neoptolemi pro nomine nomen Oreſtis
Exit, & errorem vocis, vt omen, amo.
Per genus infelix * oro, generisq; parentem, * iuro rectius fortass.
Qui freta, qui terras, & sua regna quatit:
Per patris ossa tui, patrui mihi, quæ tibi debent,
Quod se sub tumulo fortiter vlta iacent:
Aut ego præmoriar, primoq; extinguar in æuo:
Aut ego Tantalidæ Tantalis vxor ero.

[b] Pyrrhum, qui in Scyro Lyco Medis insula furtiuo concubitu natus est.

IN IX. EPISTOLAM ARGVMENTVM.

Herculē Iupiter ex Alcumena, sub forma Amphitryonis mariti oppressa, tribus noctibus in vnam iunctis, genuit: quem Eurystheus rex Mycenarum Iunonis astutia, vt sic ille periret, ad arduos labores incitauit. Sed cum robore corporeo atque ingenio valeret, semper victor euasit. Inter quos Acheloum, Aetoliæ fluuium, in varias sese vertentem figuras, ob Deianiræ coniugium, in taurum tandem conuersum debellauit. Et profectò, quamuis reliqua monstra viriliter superauerit, amori muliebri succubuit. Nam cum Eurytus rex Oechaliæ Iolen filiam sibi promissam denegasset, vrbe capta, & Euryto occiso, Iolen obtinuit: cuius amore ita cæcatus est, vt ea iubente, leonis spolium & clauam deposuerit: &, quod turpius est, inter Ioles pedissequas cultu femineo indutus, nere non erubuerit. Et deniq; quicquid prius sub Omphale Lydiæ regina, ex qua genuerat Lamum, tolerauerat, ea sub Iole perpessus est. Cum igitur Deianira Oenei regis Calidoniæ filia, eius vxor, illum tam illecebri amore captum resciuisset, ex voluntate aduersariorum factum vituperans, ad eum scripsit. Ponit autem illi ante oculos egregia illa sua priora facinora: vt comparatione infamiam apertiorem faciat. Sed cum inter scribendum accepisset nuncium de Herculis calamitate, ob vestem Nessi Centauri sanguine intoxicatam à se missam, in qua vim reuocandi ab alienis amoribus inesse credebat (id enim Nessus illi in traiectu Eueni fluuij suaserat, cum ab Herc-

cule sagitta Lernæo veneno infecta confossus esset) grauissimo dolore compressa, facinus suum purgando, vt non vltrò, sed vt illum in sui amore reti-

retineret, feciſſe videatur, de ſuſpendio deliberat.

DEIANIRA HERCVLI.

MIttor ad Alciden à coniuge conſcia mentis
Littera, ſi coniux Deianira tua eſt.
Gratulor Oechaliam titulis accedere noſtris:
Victorem victæ ſuccubuiſſe queror.
Fama Pelaſgiadas ſubitò peruenit in vrbes
[a] Decolor, & factis metianda tuis.
Quem nunquam Iunò, ſeriesq; immenſa laborum
Fregerit, huic Iolen impoſuiſſe iugum.
Hoc velit Euryſtheus: velit hoc germana tonantis:
Lætaq; ſit vitæ labe nouerca tuæ.
[b] At non ille venis, cui nox (ſi creditur) vna
Non [*] tanti, vt tanius conciperere, fuit.
Plus tibi, quam Iunò, nocuit Venus: illa premendo
Suſtulit: hæc humili ſub pede colla tenet.
Reſpice vindicibus pacatum viribus orbem,
Quà latam Nereus cærulus ambit humum.
Si tibi [*] pax terræ, tibi ſe tota æquora debent:
Impleſti meritis [c] Solis vtrang; domum.
Quod te laturum eſt, cœlum prius ipſe tuliſti:
Hercule ſuppoſito ſidera fulſit Atlas.
[d] Quid, niſi notitia eſt miſero quæſita pudori,
Si cumulas ſtupri facta priora nota?
Tene ferunt gemmos præbuiſſe tenaciter angues,
Cùm tener in cunis idem Ioue dignus eras?
Cœpiſti melius, quàm deſinis: victima primis
Cedum: diſſimiles, hic vir, & ille puer.

* Quidam hæc duo carmina ſuppoſititia reijciunt.

a Indecor, turpis.

b Taxat Herculem, quòd non reſpondeat ſpei.
* ſatis

* pars
c Orientem & Occidentem intelligit.
d Eurip. βασιλέων ἁμαρτήματα πάντες ἴσασι. Iuuenal. Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe Crimen habet, quanto maior qui peccat, habetur.

Quem non mille feræ, quẽ non [a] Stheneleïus hostis,
*Non potuit Iuno vincere, * vicit amor.*
At bene nupta feror, quia nominor Herculis vxor:
Sitq́; socer, [b] rapidis qui tonat altus equis.
Quàm malè inæquales veniunt ad aratra iuuenci:
Tam premitur magno coniuge nupta minor.
Non honor est, sed onus, [c] species læsura ferentes:
Si qua voles aptè nubere, nube pari.
Vir mihi semper abest, & coniuge notior hospes:
Monstraq́;, terribiles persequiturq́; feras.
Ipsa, domo vidua, votis operata pudicis,
Torqueor, infesto ne vir ab hoste cadat.
Inter serpentes, aprosq́;, auidosq́; leones
[d] Iactor: & hæsuros cerno per ossa canes.
[e] Me pecudum fibræ, simulacraq́; inania somni,
[*] Ominaq́; arcana nocte petita mouent.
Aucupor infelix incertæ murmura famæ:
Speq́; timor dubia, spesq́; timorè cadit.
[f] Mater abest: queriturq́; Deo placuisse potenti:
[g] Nec pater Amphitryon, nec puer Hyllus adest.
[h] Arbiter Eurystheus iræ Iunonis iniquæ
*Sentitur nobis: iraq́; * longa Deæ * est.*
*Hæc * mihi ferre parũ est: peregrinos addis amores:*
Et mater de te quælibet esse potest.
Non ego [i] Parthenijs temeratam vallibus Augen,
Nec referam partus Ormeni nympha tuos.
Nec tibi crimen erunt [k] Teuthrantia turba sorores:
Quarum de populo nulla relicta tibi est.
*[l] Vna recens crimen * defertur adultera nobis,*
* referetur libr. duo.

Vnde

[a] Eurysth. Stheneli F.
* vincit pleriq; libr.
[b] Periphr. Iouis, cui fulmen tribuitur. Vide Plin. lib. 2.
[c] ἰδέαι, siue τὸ ἀξίωμα.
[d] In somnis scilicet, vel cogitatione.
[e] Ab arte aruspicina pathos.
[*] Omniaque
[f] Alcumena.
[g] Quoniam illos Eurysth. in exiliũ miserat.
[h] Dispẽsator laborũ Herculis.
* lenta
* τὸ est libr. duo non hab.
* me lib. duo.
[i] Parthenius mons Arcadiæ, virginibus illic veneratus. Parthenice enim virgo dicitur.
[k] Filiæ Thespij a te cõpressæ, quas ab auo Teuthrante ita nominauit, κατ' ἀδηνομ. Vide Polit. Miscell. 29. & Parhas. expos.
[l] Omphalem Mæoniæ siue Lydiæ reginam intelligit.

Vnde ego sum Lydo facta nouerca Lamo.
Mæander, toties qui terris errat in ijsdem,
Qui lapsas in se sæpe retorquet aquas,
Vidit in Herculeo suspensa monilia collo:
Illo, cui cœlum sarcina parua fuit.
* *Non puduit sortis auro cohibere lacertos:*
Et solidis gemmas apposuisse toris.
Nempe sub hu animam [a] pestis Nemeæa lacertis
Edidit: vnde humerus tegmina læuus habet.
Ausus es hirsutos mitra redimire capillos:
Aptior Herculeæ populus alba comæ.
Nec te Mæonia lasciuæ more puellæ
Incingi zona dedecuisse pudet.
Non tibi succurrit [b] crudi Diomedis imago,
Efferus humana qui dape pauit equos.
Si te vidisset cultu Busiris in isto:
Huic victor victo nempe pudendus eras.
Detrahat Antæus duro redimicula collo:
Ne pigeat molli succubuisse viro.
* *Inter Ioniacas calathum tenuisse puellas*
Diceris, & dominæ pertimuisse minas.
*Non * pudet Alcide victricem mille laborum,*
Rasilibus calathus imposuisse manum.
Crassaq; robusto deducis pollice fila:
[c] *Aequaq; formosæ pensa rependis heræ.*
Ah quoties, digitis dum torques stamina duris,
Prælidæ fusos comminuere manus!
* *Diceris infelix [d] scuticæ tremefactus habenis,*
Ante pedes dominæ pertimuisse minas.

* Hoc distichō alij cum figura interrogationis legunt.
[a] Nemeæ pelleo.

[b] Diomedes Thrac. tyrann. poëtica periphr.
* Mæonias inter Micyll. vel inter Ionicas, vt est Fast. 6.
* fugis
c Aequa pensa rependebantur heræ. Proper. Et grauiora rependit iniquis pensa quasillis.
* Crederis
d Scutica flagellum ex corio, quo verberabantur serui. σκύτος enim corium vel pellis.

* Exuuijs positis meritarum femina laudū.
* nuda dilaceraſſe manu.

* *Eximijs pompis præconia ſumma triumphi,*
Factaq́ narrabas diſſimulanda tibi.
Scilicet immanes eliſos faucibus hydros
*Infantem * & caudis inuoluiſſe manum.*
Vt Tegeæus aper cupreſſifero Erymantho
** Incubat, & vaſto pondere * lædit humum.*
Non tibi Threicijs affixa penatibus ora,
Non hominum pingues cæde tacentur equæ:
Prodigiumq́ triplex armenti diues Iberi
Geryones: quamuis in tribus vnus erat.
Inq́ canes totidem trunco digeſtus ab vno
Cerberus, implicitis angue minante comis.
Quæq́ redundabat fœcundo vulnere [a] ſerpens
Fertilis, & damnis ditior ipſa ſuis.
** Quodq́ inter læuūq́ latus, * dextrumq́ lacertū*
** Prægraue [b] compreſſa fauce pependit onus.*
[c] Et male conſiſum pedibus, formaq́ bimembri,
Pulſum Theſſalicis agmen equeſtre iugis.
Hæc tu [d] Sidonio potes inſignitus amictu,
Dicere? num cultu lingua retenta ſilet?
*Se quoq́ nympha tuis * ornauit [e] Iardanis armis:*
Et tulit è capto nota trophæa viro.
[f] I nunc, tolle animos: & fortia facta recenſe.
Quod tu non eſſes iure, vir illa fuit.
Qua tanto minor es, quanto te maxime rerum,
Quàm quos vicisti, vincere maius erat.
[g] Illi procedit rerum menſura tuarum:
*Cede bonu, hæres laudis amica * tuæ eſt.*
[h] O pudor, hirſuti coſtis exuta leonis

Aſpera

a Hydra Lernæa.
* Quiq́; * læuumque * Pergraue
b Antæus.
c Centauri.
d Sidon vrbs Phœniciæ: vbi optima inficiebatur purpura.
* onerauit lib. duo.
e Omphale Iardani F.
f Ironica inſultatio.
g Illi accreſcit & velut in maius augetur. Micyll.
* tua eſt.
h Exclamatio παθητική.

Aspera texerunt vellera molle latus.
Falleris: & nescis: non sunt spolia ista leonis:
Sed tua: tuq; fera victor es, illa tui.
Femina tela tulit Lernæus atra venenis,
Ferre grauem lana vix satis apta colum.
Instruxitq; manum claua domitrice ferarum:
Vidit & in speculo coniugis arma sui.
*Hæc * tamen audieram: licuit non credere famæ:*
[a] En venit ad sensus mollis ab aure dolor.
Ante meos oculos adducitur [b] aduena pellex:
Nec mihi, quæ patior, dissimulare licet.
Non sinus auerti: mediam captiua [c] per vrbem
Inuitis oculis aspicienda venit.
** Non venit incultis captarum more capillis,*
Fortunam vultus fassa tegendo suos.
Ingreditur latè multo spectabilis auro,
Qualiter in Phrygia tu quoq; cultus eras.
Dat vultum populo sublimis, vt Hercule victo
Oechaliam viuo stare parente putes.
Forsitan expulsa [d] Aetolide Deianira,
Nomine depositio pellicis, vxor erit.
** Eurytidosq; Ioles, atq; insani Alcidæ*
*Turpia famosus corpora * iungit Hymen.*
Mens fugit admonitu: frigusq; perambulat artus:
Et iacet in gremio languida facta manus.
Me quoq; cum multis, sed me sine crimine amasti:
Ne pigeat, pugnæ bis tibi causa fui.
Cornua flens legit rapidis Achelous in vndis,
Truncaq; limosa tempora mersit aqua.

* tantum

a Cicc. lib. 6. epist. ad famil. 1. Oculi ducer dolorem. Horat. Segnius irritant animos demissa per aures Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus.
b Iolē intelligit.
c Trachynem, vbi Deianira degebat.
* Nec

d Aetolia: patronymicum pro posses.
* Eurytidos Iol. plerique libri.
* iunget libr. duo.

Semiuir occubuit vi, * Lerniferoq; veneno
Neſſus, & infecit ſanguis equinus aquas.
Sed quid ego hæc refero? ſcribenti nuncia venit
Fama, virum tunicæ labe perire meæ.
Hei mihi quid feci? quò me furor egit amantem!
Impia quid dubitas Deïanira mori?
An tuus in media coniux lacerabitur Oeta?
Tu ſceleris tanti cauſa ſuperſtes eris?
Et quid adhuc habeo facti, cur Herculis vxor
Credar? coniugij mors mea pignus erit.
Tu quoq; cognoſces in me Meleagre ſororem:
Impia quid dubitas Deïanira mori?
Heu deuota domus! ſolio ſedet * acrior alto:
Oenea deſertum * nuda ſenecta premit.
a Exulat ignotis Tydeus germanus in oris:
b Alter fatali viuus in igne ſuis.
Exegit ferrum ſua per præcordia mater:
Impia quid dubitas Deïanira mori?
Deprecor hoc vnum per iura ſacerrima lecti,
Ne videar thalamis inſidiata tuis.
Neſſus, vt eſt auidum percuſſus arundine pectus,
Hic, dixit, vires ſanguis amoris habet.
Illita Neſſæo miſi tibi texta veneno:
Impia quid dubitas Deïanira mori?
c Iamq; vale ſenior cq; pater, germanaq; Gorge,
Et patria, & patriæ frater ademte * meæ.
* Et tu lux oculis hodierna nouiſſima noſtris,
Virq; (ſed ô poſtu) & puer Hylle vale.

* letiferoque, quod melius putatur.

* Agrius, qui poſt diſperſam Oenei domum Aetoliæ regnũ occupauit. Micylli.

a Exulat ignotis Tydeus germanus in oris: * longa libr. duo.

a Ob interfectũ Menalipp. fratrem in venatione.

b Alter fatali viuus in igne ſuis.

b Meleager: de quo vide lib. 8. Metam.

c Laqueo ſibi mortem allatura ſuos ſalutat.

* tuæ. & fortaſſe rectius.

* Tu quoque lux oc.

In X.

IN X. EPISTOLAM
ARGVMENTVM.

Minos Iouis & Europæ filius Cretensis rex, ob Androgeum filium ab Athenienſibus doloſe occiſum, illos tandem poſt acria bella coëgit, vt ſibi pœnas penderent quotannis pueros ſeptem, & totidem virgines mittere, vt Minotauro, quem arte *Dædali Paſiphaë* ex tauro genuerat, dum eius maritus Minos cum Athenienſibus bellum gereret, deuorandi traderentur. Cum verò ſors Theſeo contigiſſet, ab Ariadne edoctus eſt, quonam pacto, interfecto Minotauro ex labyrintheis ambagibus egrederetur, Errabunda regens tenui veſtigia filo, vt ait Catullus. Theſeus autem Creta cum Ariadne & Phædra diſcedens, in Naxon inſulam delatus eſt, vbi à Baccho monitus eſt, vt Ariadnen relinqueret. qui Dei timore perculſus, *dum altiſſimo ſomno preſsã animaduerteret, puellam dimiſit. Quamprimum igitur expergefacta* eſt, hanc epiſtolam ſcripſit, in qua de crudelitate & duritia Theſei, ac beneficiorum ingratitudine conqueritur, eum poſt multas lamentationes & querelas rogando, vt nauem ad eam flectat.

ARIADNE THESEO.

*ILla relicta feris etiam nunc improbe Theſeu
Viuit, & hæc aqua mente tuliſſe velis.
Mitius inueni, quàm te, genus omne ferarum:
Credita non vlli, quam tibi, peius eram.
Quæ legis, ex illo Theſeu tibi littore mitto:
Vnde tuam ſine me vela tulêre ratem.
In quo me ſomnusq; meus malè prodidit, & tu,*

* Multi hæc duo carmina non habent, quæ omnino videntur notha.

Prò facinus, somnis insidiate meis.
a Tempus erat, vitrea quo primum terra pruina
Spargitur: & tectæ fronde queruntur aues.
Incertum vigilans, an somno languida, moui
Theseа prensuras * semisepulta manus.
Nullus erat: referoq́ manus, iterumq́ retento,
Perq́ torum mouео brachia: nullus erat.
Excussere metus somnum: conterrita surgo:
Membraq́ sunt b viduo præcipitata toro.
Protinus adductis sonuerunt pectora palmis:
Vtq́ erat è somno turbida, * rapta coma est.
Luna fuit: specto, si quid, nisi littora, cernam:
Quod videant oculi, nil, nisi littus, habent.
Nunc huc, nunc illuc, & c vtroq́ sine ordine curro:
Alta puellares tardat arena pedes.
Interea toto clamanti littore, Theseu,
Reddebant nomen concaua saxa tuum.
Et quoties ego te, toties locus ipse vocabat:
* Ille locus miseræ ferre volebat opem.
d Mons fuit: apparent frutices in vertice rari:
Nunc scopulus raucis pendet adesus aquis.
Ascendo: vires animus dabat: atq́ ita latè
Aequora prospectu metior alta meo.
Inde ego (nam ventis quoq́ sum * crudelibus vsa)
Vidi præcipiti carbasa tensa Noto.
Aut vidi: aut certè * cum me vidisse putarem,
Frigidior glacie, semanimuq́ fui.
Nec languere diu patitur dolor: excitor illo:
Excitor: & summa Theseа voce voco.

a πάλαι à tẽpore.

* semisopita plerique libr. & Micyll. rectè.

b Deserto à marito. Metaph.

* rupta

c In vtranque part. Aduerbialiter.

* Ipse lib. plerique.

d Videtur Dryonem montem significare, in quem à Bacchо delata Ariadne nunquã deinceps comparuit.

* crudelius

* quia me vid, putaui: libri tres.

Quò

Quò fugis? exclamo: scelerate reuertere Theseu:
Flecte ratem: numerum non habet illa suum.
Hoc ego, quod voci deerat, plangore replebam:
*Verbera cum verbis * mixta fuêre meis.* * mista
Si non audires, vt saltem cernere posses,
Iactatæ latè signa dedêre manus.
Candidaq; impositu longæ velamina virgæ,
Scilicet oblitos admonitura mei.
Iamq; oculis ereptus eras: tunc deniq; fleui:
Torpuerant molles antè dolore genæ.
Quid potius facerent, quàm me mea lumina flerẽt:
Postquam desierant vela videre tua?
Aut ego diffusis errauì sola capillis,
Qualis ab [a] Ogygio concita Baccha Deo: a Periphr. Bacchi, quem Ogyg. appellat, vtpote Thebanum, ab Ogygo antiquis Bœotiæ rege.
Aut mare prospiciens in saxo frigida sedi:
Quamq; lapis sedes, tam lapis ipsa fui.
Sæpe torum repeto, qui nos acceperat ambos:
Sed non acceptos exhibiturus erat.
Et tua, quæ possum, pro te vestigia tango:
Stratæq;, quæ membris intepuêre tuis.
Incumbo: lacrymisq; toro manante profusis,
[b] Prœssimus, exclamo, te duo: redde duos. b Ad lectum apostrophe.
Venimus huc ambo: cur non discedimus ambo?
Perfide pars nostri lectule maior vbi est?
Quid faciam? quò sola ferar? vacat insula cultu:* * quà
Non hominum video, non ego facta boum.
Omne latus terræ cingit mare: nauita nusquã est:
Nulla per ambiguas puppis itura vias.
Finge dari comites q; mihi, ventosq; ratemq;:

Quid

Quid sequar? accessus terra paterna negat.
Vt rate felici pacata per æquora labar:
Temperet * & ventos Aeolus: exul ero.
Non ego te Crete [a] centum digesta per vrbes
Aspiciam, puero cognita terra Ioui.
Nam pater, & tellus iusto regnata * parente,
Prodita sunt facto nomina cara meo.
Cùm tibi, ne * victus [b] tecto morerêre recuruo,
Quæ regerent passus, pro duce fila dedi.
* Cùm mihi dicebas, Per ego ipsa pericula iuro,
Te fore, dum nostrum viuet vterq;, meam.
Viuimus: & non sum, Theseu, tua: si modò viuit
Femina periuri fraude sepulta viri.
[c] Me quoq;, qua [d] fratrẽ, mactasses improbe claua:
Esset, quam dederas, morte * sepulta fides.
Nunc ego non tantum, quæ sum passura, recordor:
Sed quæcunq; potest vlla relicta pati.
Occurrunt animo pereundi mille figuræ:
Morsq; minus pœna, quàm mora mortis, habet.
Iam iam venturos aut hâc, aut suspicor illâc,
Qui lanient auido viscera dente, lupos.
[e] Forsitan & fuluos tellus alit ista leones:
Quis scit, an hæc sæuas * insula Tygres habet?
Et freta dicuntur * magnos expellere phocas.
Quis vetat & gladios per latus ire meum?
Tantum ne religer dura captiua catena,
Néue traham seruia grandia pensa manu:
Cui pater est Minos: cui mater filia Phœbi:
Quodq; magis memini, quæ tibi pacta fui.

Si

* vt libr. tres.
a ἑκατόμπτολις.
* parenti
* victor libr. duo.
b Periphrasis Labyrinthi.
* Tu mih. libri duo. & vn. Tum mihi
c Vtinam mactasses Ellipſ.
d Minotauri.
* soluta libr. pleriq.
Non mors misera, sed mortis ademta copia.
e Quamuis nec leones, nec tigres habeat insula Naxos, aptè tamen, vt femina, dubitat.
* Tygridas insula hab.
* magnas

Si mare, si terras, porrectaq; littora vidi:
Multa mihi terra, multa minantur aquæ.
Cœlum restabat: timeo simulacra Deorum.
Destituor rapidis præda cibusq; feris.
Sine colunt, habitantq; viri, diffidimus illis:
Externos didici læsa timere viros.
*Viueret Androgeus vtinam, nec * fata luissent,*
Impia funeribus [a] Cecropi terra tuis.
Nec tua mactasset nodoso stipite Theseu,
Ardua parte [b] virum dextera, parte bouem.
Nec tibi, quæ reditus monstrarent, fila dedissem:
Fila per adductas sæpe recepta manus.
Non equidem miror, si stat victoria tecum:
Strataq; Cretæam belua strauit humum.
Non poterant figi præcordia ferrea [c] cornu:
Vt te non tegeres, pectore tutus eras.
Illuc tu silices, illuc adamanta tulisti:
Illic, qui silices Thesea vincat, habes.
*[d] Crudeles somni * quid me tenuistis inertem?*
At semel æterna nocte premenda fui.
Vos quoq; crudeles venti, nimiumq; parati:
Flaminaq; in lacrymas officiosa meas.
Dextera crudelis, quæ me fratremq; necauit:
Et data poscenti nomen inane fides.
In me iurarunt somnus, ventusq;, fidesq;:
Prodita sum causis vna puella tribus.
*Ergo ego * nec lacrymas matris moritura videbo:*
Nec, mea qui digitis lumina condat, erit.
Spiritus infelix peregrinas ibit in auras:

* facta lib. duo.

a A Cecrope primo Athenarũ rege Cecropidæ vocantur Athenienses.

b Minotaurũ.

c Minotauri cornibus: vel quolibet telo aut hasta.

d Ad somnos & ventos apostrophe.

* qui. & fortasse melius, vt sit exclamantis.

* nec matris lacrym.

Nec

Nec positos artus vnget amica manus.
Ossa * superstabunt volucres inhumata marinæ.
Hæc sunt officijs digna sepulcra meis.
Ibis Cecropios portus: patriaq; receptus,
Cùm steteris turbæ celsus honore tuæ:
Et bene * narrabis letum tauriq; viriq;,
Sectaq; per dubias saxea tecta vias:
Me quoq; narrato * solam tellure relictam:
Non ego sum titulis surripienda tuis.
Nec pater est Aegeus: nec tu [a] Pittheidos Aethræ
Filius, [b] auctores saxa fretumq; tui.
Dij facerent, vt me summa de puppe videres:
Mouisset vultus mœsta figura tuos.
Nunc quoq; nō oculis, sed, qua potes, aspice mente
Hærentem scopulo, quem vaga pulsat aqua.
Aspice demissos lugentis more capillos:
Et tunicas lacrymis, sicut ab imbre, grauis.
Corpus, vt impulsæ segetes [c] Aquilonibus, horret:
Litteraq; [d] articulo pressa tremente labat.
Non te per meritum, quoniam male cessit, adoro:
Debita sit facto gratia nulla meo.
Sed nec pœna quidem, si non ego causa salutis:
Non tamen est, cur tu sis mihi causa necis.
Has tibi, plangendo lugubria pectora lassas,
Infelix tendo trans freta longa manus.
Hos tibi, qui superant, ostendo mœsta capillos:
Per lacrymas oro, quas tua facta mouent:
Flecte ratem Theseu: versoq; relabere vento:
Si prius occidero, tu tamen ossa feres.

In XI.

* super stab.

* narraris libr. tres.

* sola, h. e solitaria Micyll.

a Ex Aethra Pittheï filia natus es.
b Parentes.

c Ventis species pro genere.
d Digitis trementibus. Syneed.

Solita deprecatione epistolam claudit.

IN XI. EPISTOLAM
ARGVMENTVM.

Macareus & Canace, Aeoli regis ventorum filij, cum turpiter se amarent, & consanguinitatis prætextu culpam tegentes concumberent, Canace filium peperit: quem dum clam è regia per nutricem emitteret, vt aleretur, infelix infans suo vagitu se auo prodidit. qui filiorum incensus scelere, innocuum infantem iussit canibus exponi: & per satellitem Canacæ gladium misit, quo illa pro meritis vteretur: quo se interfeciſſe creditur. Sed prius, quàm moreretur, Macareo, qui iam in templum Apollinis Delphici aufugerat, hac epistola casum suum narrauit, illum precando, vt expositi infantis ossa legat, & vna cum suis vrna cõponat.

CANACE MACAREO.

Aeolis Aeolidæ, quam non habet ipsa salutem
Mittit, & armata verba notata manu.
Si qua tamen cæcis errabunt scripta lituris,
Oblitus à dominæ cæde [a] libellus erit.
Dextra tenet calamũ: strictum tenet altera ferrũ:
*Et iacet in gremio charta * notata meo.*
Hæc est [b] Aeolidos fratri scribentis imago:
Sic videor duro posse placere patri.
Ipse necis cuperem nostræ spectator adesset,
Auctoriq́; oculis exigeretur opus.
Vt ferus est, multoq́; suis truculentior Euris:
** Spectasset siccus vulnera nostra [c] genis.*
[d] Scilicet est aliquid cum sæuis viuere ventis:

* Aliqui hos duos versus inter nothos referunt.
a Epistola.

* soluta libr. duo.
b Canaces, Aeoli filiæ.

* Spectaret
c Oculis. Synecdoc.
d Acerba irrisio.

Inge-

Ingenio populi conuenit ille sui.

[a] Thracico à Sithone Thraciæ monte. *Ille Noto, Zephyroq3, & [a] Sithonio Aquiloni*
Imperat, & pennis Eure proterue tuis.
Imperat heu ventis, tumidæ non imperat iræ:
[b] Affectibus vitiosis. *Possidet & [b] vitijs regna minora suis.*
[c] Cognatam cœlestibus. *Quid iuuat [c] admotam* per auorum nomina cœlo,*
* prosapiæ tum nomine. *Inter cognatos posse referre Iouem?*
Iuppiter auus Canaces. *Num minus infestum funebria munera ferrum*
* commisit libri tres. *Feminea teneo non mea tela manu?*
Pathos à facti pœnitentia. *O vtinam Macareu, quæ nos* coniunxit in vnum,*
Venisset leto serior hora meo.
Cur vnquam plus me frater, quàm frater, amasti?
Et tibi, non debet quod soror esse, fui?
Ipsa quoq3 incalui: qualemq3 audire solebam,
[d] Cupidinem significat. *Nescio quem sensi corde tepente [d] Deum.*
* maciesq3 adduxerat, h. e. contraxerat & corrugarat. *Fugerat ore color: * macies obduxerat artus:*
Sumebant minimos ora coacta cibos.
[e] Anni iustar. *Nec somni faciles, & nox erat [e] annua nobis:*
Et gemitum nullo læsa dolore dabam.
Nec, cur hoc facerē, poterā mihi reddere causam:
Nec noram, quid amans esset, at illud eram.
[f] Prouerbiali figura, pro callido & versuto. *Prima malum nutrix animo præsensis [f] anili:*
Prima mihi nutrix, Aeoli, dixit, amas.
Erubui: gremioq3 pudor deiecit ocellos:
Hæc satis in tacita signa fatentis erant.
[g] τὸ ἔμβρυον. *Iamq3 tumescebant vitiati [g] pondera ventris:*
[h] Furto, h. e. clàdestino coitu conceptum. *Aegraq3 [h] furtiuum membra grauabat onus.*
Quas mihi non herbas, quæ nō medicamina nutrix
Attulit! audaci suppositq3 manu!

Vt

Vt penitus noſtris (hoc te celauimus vnum)
Viſceribus creſcens excuteretur onus.
* *Ah nimium viuax admotis reſtitit infans*
Artibus, & [a] tectus tutus ab hoſte fuit.
Iam nouies erat orta ſoror pulcerrima Phœbi:
*[b] Denaq́ luciferos Luna * vehebat equos:*
Neſcia quæ faceret ſubitos mihi cauſa dolores,
Et rudis ad partus, & [c] noua miles eram.
Nec tenui vocem: quid (ait) tua[d] crimina prodis?
Oraq́ clamantis conſcia preſſit anus.
Quid faciam infelix? gemitus dolor edere cogit:
Sed timor, & nutrix, & pudor ipſe vetant.
* *Continuo gemitus, elapſaq́ verba reprendo:*
Et cogor lacrymas combibere ipſa meas.
Mors erat ante oculos, & opem Lucina negabat:
Et graue, ſi morerer, mors quoq́ crimen erat:
Quum ſuper incumbens ſciſſa tunicaq́, comaq́,
Preſſa refouiſti pectora noſtra tuis.
Et mihi, viue ſoror, ſoror ô cariſſima, dixti,
Viue: nec vnius corpore perde duos.
Spes bona det vires: fratri nam nupta futura es:
*Illius, de quo mater * es, vxor eris.*
Mortua (crede mihi) tamen ad tua verba reuixi:
Et poſitum eſt vteri crimen, onusq́ mei.
Quid tibi grataris? media ſedet Aeolus aula:
Crimina ſunt oculis ſurripienda patris.
Frondibus infantem, ramiq́ albentis oliuæ,
Et leuibus vittis ſedula celat anus.
Fictaq́ ſacra facit, dicitq́ precantia verba:

* At nim.

a Occultatus in vtero, ſiue vteri præſidio tutus fuit à me dicamentis.
b Decima κατ' ἐξοχήν.
* premebat. al. mouebat.
c Alluſit ad illud Ennij Med. —ter ſub armis malim vitam cernere. Quàm ſemel modò parere.
d Ineeſtum.
* Contineo Lucina Dea part⁹ ſiue ὠδίνων ἐπαοιδός. Orph.

* &

Dat populus sacris, dat pater ipse viam.
Iam prope limen erat: patrias vagitus ad aures
Venit: & indicio proditur ille suo.
Eripit infantem, [a] mentitaq́ sacra reuelat
Aeolus: insana regia voce sonat.
[b] Vt mare sit tremulum, tenui cum stringitur aura:
Vt quatitur tepido [c] fraxina virga Noto:
Sic mea vibrari pallentia membra videres:
Quassus ab imposito corpore lectus erat.
Irruit: & nostrum vulgat clamore [d] pudorem:
Et vix à misero continet ore manus.
Ipsa nihil, præter lacrymas, pudibunda profudit:
Torpuerat gelido lingua retenta metu.
Iamq́ dari paruum canibusq́ auibusq́ nepotem
Iusserat, in solis destituiq́ locis.
Vagitus dedit ille miser: sensisse putares:
Quaq́ suum poterat voce, rogabat auum.
Quid mihi tunc animi credis, germane, fuisse?
*(*Nam potes ex animo colligere ipse tuo)*
[e] Cum mea me coram syluas inimicus in altas
Viscera montanis ferret edenda lupis.
Exierat thalamo: tunc demum pectora planxi:
Contigit inq́ meas vnguibus ire genas.
Interea patrius vultu mœrente satelles
Venit: & indignos edidit ore sonos:
Aeolus hunc ensem mittit tibi (tradidit ensem)
Et iubet [f] ex merito scire, quid iste velit:
Scimus: & vtemur violento fortiter ense:
Pectoribus condam [g] dona paterna meis.

[a] Ficta; simulata.
[b] Comparatio hyperbolica.
[c] Fraxinea: ἀπὸ τῆς φραξίνου.
[d] Dedecus & infamiam.
* Tu
[e] ἔμφασις.
[f] Ex admisso tuo.
[g] Gladium à parente traditum.

His

[a] His mea muneribus genitor connubia donas?
Hac tua dote pater filia diues erit?
[b] Tolle procul decepte faces Hymenæe maritas:
Et fuge turbato tecta nefanda pede.
Ferte faces in me, quas fertis, [c] Erinnyes atræ:
Vt meus ex isto luceat igne rogus.
Nubite felices [d] Parca meliore sorores:
Admissi memores sed tamen este mei.
Quid puer admisit tam paucis editus horis?
Quo lasit facto vix bene natus auum?
Si potuit meruisse necem, meruisse putetur:
Ah miser admisso plectitur alle meo.
[e] Nate dolor matris, rapidarum præda ferarum,
Hei mihi natali dilacerate tuo:
Nate parum fausti miserabile pignus amoris:
Hæc tibi prima dies, hæc tibi summa fuit.
Non mihi te licuit lacrymis perfundere iustis,
In tua * nec [f] tonsas ferre sepulcra comas.
Non superincubui: non oscula frigida carpsi:
Diripiunt auidæ viscera nostra feræ.
Ipsa quoq; infantis cũ vulnere persequar vmbras:
Nec mater fuero dicta, nec orba diu.
[g] Tu tamen ô frustra miseræ sperate sorori,
Sparsa precor nati collige membra tui:
Et refer ad matrem, [h] socioq; impone sepulcro:
Vnaq; nos habeat quamlibet arcta duos.
Viue memor nostri: lacrymasq; in * funere funde:
Nec le reformida corpus amantis amans.
Tu (rogo) [i] proiectæ nimium mandata sororis

a Ad patrem ἀποτροφή.
b Auser faces nuptiales, cum quib. tanquam ad felices nuptias veneras.
c Eumenides μελάμπεπλοι Antip.
d μοίραι ἀμείνονι, fortunatiori augurio.
e ἀποτροφὴ πάθητικὴ ad infantem.
* non
f Alludit ad morem funeralem, quo comas resecabãt & in rogum ardentis aut sepulcrum mittebant.
g Apostrophe ad fratrem.
h Infer matri no tumulo.
* funera
i Abiectæ & contemtæ. Metaph.

*Perfer: * mandatis perfruar ipsa patris.*

* mandatum prosequar Planud. & vet. quid.

IN XII. EPISTOLAM ARGVMENTVM.

Cùm florida iuuentute & formositate valeret Iason, quamprimum Colchon attigit, à Medea Aeëtæ Colchorum regis & Hecates filia receptus est, & amatus: quæ accepta coniugij sponsione, illum edocuit, quonam pacto in optatam deueniret prædam. Aureo igitur vellere rapto, clam cum Medea fugam arripuit. Quos cum insequeretur Aeëta, illa Absyrti fratris, quem secum ducebat, membra disperſit: vt ita patrem ossa filij legentem remoraretur: & sic incolumes in Thessaliam tandem deuenerunt. Vbi Aesonem Iasonis patrem annis iam decrepitum, in robustiorem ætatem reduxit. Medea præterea in Peliæ mortem filias ipsius armauit, fingens enim ei iuuentutem restituere velle, quemadmodum Aesoni fecerat, filiabus persuasit, vt omnem sanguinem frigidum atq; veterem cultris exhaurirent, vt nouum atq; floridum posset infundere. Quod cùm feciſſent puellæ, statim expirauit Pelias. Iason verò, seu criminis enormitate, seu ex alia causa Medeam repudiauit: & Creusam Creontis regis Corinthiorum filiam in vxorem assumsit. Furibunda igitur Medea ad Iasonem scripsit, ingratitudinem in eo exposturando, præsentemq; vltionem, nisi recipiatur, minitando.

MEDEA IASONI.

* Hoc distichon adulterinum putatur.

* Exul inops, contemta nouo Medea marito
Dicit, & an regni tempora nulla vacant?

* an à reg.

At

* An tibi Colchorum (memini) regina vacaui,
Ars mea, cùm peteres, vt tibi ferret opem:
Tunc, [a] quæ dispensant mortalia fata sorores,
Debuerant fusos euoluisse * suos.
Tunc potui Medea mori bene. quicquid ab illo
Produxi vitæ tempore, pœna fuit.
Hei mihi, cur vnquam iuuenilibus acta lacertis
Phryxæam petijt [b] Pelias arbor ouem?
Cur vnquam Colchi Magnetida vidimus Argo?
Turbaq; Phasiacam Graia bibistis aquam?
Cur mihi plus æquo flaui placuêre capilli?
Et decor, & linguæ gratia ficta tuæ?
* Aut saltem (in nostras quoniam noua puppis aret-
Venerat, audaces attuleratq; viros) (nas
Isset anhelatos non * præmeditatus in ignes
Immemor Aesonides, oraq; adunca boum.
Semina iecisset, totidem sumsisset & hostes:
Vt caderet cultu cultor ab ipse suo.
Quantum perfidiæ tecum scelerate perisset!
Demta forent capiti quam mala multa meo!
[c] Est aliqua ingrato meritũ exprobrare voluptas:
Hac fruar: hac de te gaudia sola feram.
Iussus inexpertam Colchos aduertere puppim,
Intrasti patriæ regna beata meæ.
Hoc * illi Medea fui, noua nupta quod hîc est:
Quàm pater est illi, tàm mihi diues erat.
Hic [d] Ephyren bimarẽ, * Scythiã tenet ille niuosam,
Omne tenet, Ponti quà plaga læua iacet.
* Excipit hospitio iuuenes * Aeëta Pelasgos:

* Vt Micyll. h. e. quum vel quando: vt sit, χρονικὸν ἐπίρρημα.

a Parcæ fatorũ arbitræ.

* Meos libr. duo.

b Argo nauis in Pelio Thessaliæ monte nata & in Magnetida regione Thessaliæ proxima fabricata. Enn. Med. Vti. nam ne in nemore Pelio securibus Cæsa cecidisset abiegna ad terr. trabes.

* At (semel * præmedicatus. libr. plerique & rectè, h. e. medicamentis munitus.

c Officia sua commendando Creusam Creontis filiam secum confert.

* illic

d Corinthũ, ab Ephyre Oceani filia inter Ioniũ & Aegæum mare sita. Horat. bimarisue Corinthi Mœnia.

* Scythia tenus ille niuosa libr. pleriq;

* Pater Aeeta

* Accipit lib. 2.

Et premitis * pictos corpora Graia toros.
* dictos
Tunc ego te vidi: tunc cœpi scire, quis esses:
Illa fuit mentis prima ruina meæ.
*Vt vidi, vt perij, nec notis ignibus arsi:
* Et vidi, & perij. Theocr. ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην.
Ardet vt ad magnos pinea teda deos.
Et formosus eras: & me mea fata trahebant.
Abstulerant oculi lumina nostra tui.
Perfide sensisti: quis enim bene celat amorem?
*Enitet indicio prodita flamma suo.
* Eminet libr. pleriq.
Dixerat interea tibi "rex, vt dura ferorum
a Aeëtes pater meus.
Insolito premeres vomere colla boum.
Martis erant tauri plus quàm per cornua sæui:
Quorum terribilis spiritus ignis erat.
b Qui pro flatu oris ignem expirabant terribilem. Apoll.
Aere pedes solidi: prætentaq; naribus æra:
Nigra per afflatus hæc quoq; facta suos.
σώμασι φλόγα φυσιόωντε.
Semina præterea populos genitura iuberis
Spargere deuota lata per arua manu.
Qui peterent natis secum tua corpora telis:
Illa erat agricolæ messis iniqua suo.
Lumina custodis succumbere nescia somno,
Vltimus est aliqua decipere arte labor.
Dixerat Aeëtes: mœsti consurgitis omnes:
Mensaq; purpureos deserit alta toros.
Quàm tibi tunc longè regnum dotale Creusæ,
Et socer, & magni nata Creontis erat!
Tristis abis: oculis abeuntem prosequor vdis:
Et dixit tenui murmure lingua, Vale.
Vt positum * tetigi thalamo malè saucia lectum,
* thalamo tetigi.
Acta est per lacrymas nox mihi, quanta fuit.

Ante

Ante oculos tauriq; meos, segetesq; nefandæ:
Ante meos oculos [a] *perrigil anguis erat. (rem.*
Hinc amor, hinc timor est: ipsum timor auget amo-
Manè erat, & thalamo cara recepta [b] *soror,*
Disiectamq; comas, auersaq; in ora iacentem
Inuenit: & lacrymis omnia plena meis.
Orat opem Minyis: petit altera: & altera habebit:
Aesonio iuueni, quod rogat illa, damus.
'Est nemus, & piceis, & frondibus ilicis atrum,
Vix illuc radijs Solis adire licet.
Sunt in eo (fuerant certè) delubra Dianæ:
Aurea barbarica stat Dea facta manu.
** Nescio an exciderint mecũ loca: venimus* illuc:*
** Ausus es infido sic prior ore loqui:*
[d] *Ius tibi & arbitrium nostræ fortuna salutis*
Tradidit: inq; tua est vitaq; morsq; manu.
Perdere posse satis est, si quem iuuat ista potestas:
Sed tibi seruatus gloria maior ero.
Per mala nostra precor, quorum potes esse leuamẽ:
Per genus, & numen cuncta videntis [e] *aui.*
Per [f] *triplices vultus, arcanaq; sacra Dianæ:*
*Et si forte * aliquos gens habet ista Deos:*
O virgo miserere mei: miserere meorum:
Effice me meritis tempus in omne tuum.
Quòd si fortè virum non dedignare Pelasgum,
*(Sed mihi tam facileis vnde * meosq; Deos?)*
Spiritus ante meus tenueis vanescat in auras,
Quàm thalamo, nisi tu, nupta sit vlla meo.
Conscia sit Iuno & sacris præfecta maritis,

[a] Draco perui-gil.
[b] Chalciope vi de Orph. argo-naut. & Apol-lon.
Synecdoche, h.e. comas ha-bentem disie-ctas.
[c] Topogra-phia.
Templum Dia-næ.
* Nostin? an exciderunt me-cum loca? non malè.
* ambo libr. pleriq.
* Orsus libr. duo.
[d] Potestatem.
[e] Solis περιπόλου.
[f] Virg. tria virg. ora Dianæ. Est enim eadẽ Hecate, Luna, & Diana.
* alios recti⁹.
* deosque meos? libr. pler. melius.
[g] Matrimonio-rum præses, vn de & pronuba dicta. Virg. Iu-noni ante om-nes cui vincla iugalia curæ.

Et Dea, marmorea cuius in æde sumus.

* pars horum mou. probè. * detera

Hæc animum, & quota* pars, etiam mouêre puellæ
Simplicis, & dextræ * dextraq; iuncta meæ.
Vidi etiam lacrymas: an & est pars fraudis in illis?
Sic citò sum verbis capta puella tuis.

a χαλκόπους Apollon. * scindis

Iungis & [a] æripedes in adusto corpore tauros:
Et solidam iusso vomere * findis humum.
Arua venenatis pro semine dentibus imples:
Nascitur & gladios scutaq; miles habens.
Ipsa ego, quæ dederam medicamina, pallida sedi,
Cùm vidi subitos arma tenere viros.

b γηγενὴς Apollon.

Donec [b] terrigenæ (facinus miserabile) fratres
In se constrictas conseruere manus.
Peruigil ecce draco squamis crepitantibus horrens
Sibilat, & torto pectore verrit humum.

* tunc lib. duo non malè.

Dotis opes vbi erant? vbi erat* tua regia coniux?

c Corinthus in Isthmo sita.

Quiq; maris gemini distinet [c] Isthmos aquas?

Continens pro cont.

Illa ego, quæ tibi sum nunc deniq; barbara facta,
Nunc tibi sum pauper, nunc tibi visa nocens:

d Quem medicamentis ὑπναωτικοῖς conciliaui.

Flammea subduxi [d] medicato lumina somno:
Et tibi, quæ raperes, vellera tuta dedi.

* quod licet esse, tuli. melius.

Proditus est genitor: regnum patriamq; reliqui,
Munus in exilio * quodlibet esse tuli.

e ἀποφροὴ ad Absyrtum fratrem.

Virginitas facta est peregrini præda latronis:
Optima cum cara matre relicta soror.

* non te fug. libr. pler.

At * te non fugiens sine me germane reliqui:
Deficit hoc vno littera nostra loco.

A maiori ad minus.

Quod facere ausa mea est, non audet scribere, dex-

* sed libr. duo.

Sic ego, * sic tecum, dilaceranda fui. (tra,

Nec

Nec tamen extimui (quid enim post illa timerē?)
Credere me pelago femina, iamq; nocens.
Numen vbi est? vbi Dij? meritas subeamus in alto,
Tu fraudis pœnas, credulitatis ego.
[a] Compressos vtinam Symplegades elisissent:
Nostraq; adhærerent ossibus ossa tuis.
Aut nos Scylla rapax canibus misisset edendos.
Debuit ingratis Scylla nocere viris.
[b] Quaq; vomit totidem fluctus, totidemq; resorbet,
Nos quoq; Trinacriæ supposuisset aquæ.
Sospes ad Aemonias, victorq; reuerterus vrbes:
Ponitur ad patrios [c] aurea lana Deos.
Quid referam Peliæ natas [d] pietate nocentes?
Cæsaq; virginea membra paterna manu?
Vt culpent alij, tibi me Laudare necesse est,
Pro quo sum toties esse coacta nocens.
Ausus es ô (iusto desunt sua verba dolori)
Ausus es, Aesonia, dicere, cede domo.
Iussa domo cessi, natis comitata duobus,
Et, qui me sequitur semper, amore tui.
At subitò nostras vt [e] Hymen cantatus ad aures
Venit, & accenso lampades igne micant:
Tibiaq; effudit socialia carmina vobis,
At mihi [f] funesta flebiliora tuba:
Pertimui: nec adhuc tantum scelus esse putabam:
Sed tamen in toto pectore [g] frigus erat. (tant:
Turba ruūt: & Hymē clamant, Hymenæe frequen-
Quo propior vox est, hoc mihi peius erat.
Diuersi flebant serui: lacrymasq; tegebant.

a Alludit ad ἔτυμον τὸ συμπληγάδων, ἢ παρὰ τὸ συμπλήττειν est, h. e. à comprimendo seu collidendo.
b Charybdis.
c Vellus aureum. Ita in Penel. Ponitur ad patrios barbara præda deos. Indicantur autem anathemata.
d Nimio erga patrem amore. Vide libr. 7. Met.
e Carmen nuptiale. Quinque lampades siue faces in nuptijs accendebantur. Alij leg. Vt subito nostras.
f Funerib. adhiberi solita. Prop. Tibia funesta tristior illa tuba. Vide Victor. lib. 9. cap. 14. Varietat.
g Horror: φρίκη.

Quis vellet tanti nuncius esse mali?
Me quoq;, quicquid erat, potius nescire iuuabat:
Sed, tanquam scirem, mens mea tristis erat.
Cùm minor è pueris iussus, studioq; videndi
Constitit ad [a] geminæ limina prima foris.
Hinc, mihi, mater abi, pompã pater, inquit, Iason*
Ducit, & aduunctos aureus vrget equos.
Protinus abscissa planxi mea pectora veste:
Tuta nec à digitis ora fuêre meis.
Ire animus mediæ suadebat in agmina turbæ,
**Sertaq; compositis demere rapta comis.*
Vix me continui, quin sic lamiata capillos
Clamarem, meus est, inijceremq; manus.
Læse pater gaude: Colchi gaudete relicti:
[b] Inferias vmbræ fratris habete mei.
Deseror amissus, regno, patriaq;, domoq;,
Coniuge, qui nobis omnia solus erat.
*Serpentes igitur * potui, tauroq; furentes,*
Vnum non potui perdomuisse virum.
Quæq; feros repuli doctis medicatibus ignes,
Non valeo flammas effugere ipsa meas.
*Ipsi me cantus, * artes, herbæq; reliquunt:*
[c] Nil Dea, nil Hecates sacra potentis agunt.
Non mihi grata dies: noctes vigilantur amaræ:
Nec tener in misero pectore somnus adest.
Quæ me non possum, potui sopire draconem:
Vtilior cuiuis, quàm mihi, [d] cura mea est.
Quos ego seruaui, pellex amplectitur artes:
Et nostri fructus illa laboris habet.

[a] Biforis, bipatentis, quæ sunt δύρεα συμβόμαθες. Indicat πρόθυρον siue πρόπυλαιον ἀμφίθυρον.
* puer inquit, Iaſ.
* Raptaque compoſ. dem. ſerta.
[b] Manes frater ni habete vob. has inferias, placatis ſcilic. mea calamitate, qua vobis ſoluo inferias pœne emortua.
* domui
* artesq; her. al. herbæque artesq;.
[c] Nihil neque Hecate ipſa, neq; ſacra eius proficiunt.
[d] Artis meæ induſtria.

Forſi-

Forsitan & stultæ dum te iactare maritæ
Quæris, & inuſtis auribus apta loqui:
In faciem moresq; meos noua crimina fingis.
Rideat: & vitijs læta ſit illa meis.
Rideat: & Tyrio * iaceat ſublimis in oſtro: * ſedeat
Flebit, & ardores vincet [a] aduſta meos. [a] Medea enim Creuſam cum patre & domo exuſſit.
Dum ferrum, flammæq; aderunt, ſuccusq; veneni,
Hoſtis Medeæ nullus inultus erit.
Quòd ſi fortè preces præcordia ferrea tangunt,
Nunc [b] animus audi verba minora meus. [b] Humilia, & ſupplicia, qualia non decent animoſitatem meam.
Nam tibi ſum ſupplex, quod tu mihi ſæpe fuiſti:
Nec moror ante tuos procubuiſſe pedes.
Si tibi ſum vilus, communeis reſpice natos:
Sæuiet in partus dira nouerca meos.
Et nimium ſimiles tibi ſunt: & imagine tangor:
Et quoties video, lumina noſtra madent.
Per ſuperos oro, per auitæ * numina flammæ, * lumina libri plerique. h. e. per radios aui mei Solis.
Per meritum, & natos pignora noſtra * tuos. * duos probè. Ita ſupra: natis comitata duobus.
Redde torum, pro quo tot res inſana reliqui:
Adde fidem dictis, auxiliumq; refer.
Non ego te imploro contra tauroſq;, viroſq;:
Vtq; tua ſerpens victa quieſcat ope.
Te peto, quem merui: quem nobis ipſe dediſti:
Cum quo ſum pariter facta parente parens.
Dos vbi ſit, quæris? campo numerauimus illo:
Quid tibi [c] laturo vellus arandus erat. [c] Ablaturo.
Aureus ille aries villo ſpectabilis aureo,
Dos mea: quam, dicam ſi tibi, redde, neges.
Dos mea, tu ſoſpes: dos eſt mea Graia iuuentus:

I nunc,

I nunc, [a] *Sisyphias improbe confer opes.*
Quòd viuis, quòd habes nuptã, socerũq; potentẽ:
Hoc ipsum, ingratus quòd potes esse, meum est.
Quos equidem [c] *actutum. sed q̃d* [d] *prædicere* [*] *pœnæ.*
Attinet? ingentes parturit ira minas. (*nam*
Quo feret ira, sequar: facti fortasse pigebit:
Et piget infido consuluisse viro.
Viderit ista [e] *Deus, qui nunc mea pectora versat:*
Nescio quid certè mens mea maius agit.

[a] Creontis Sisyphi F. h. e. Corinthũ. Antipat. σισυφίαν κατὰ γᾶν.
[b] ἀποστύπησις indignationi ac commodata. Virgil. Quos ego. sed motos præst.
[c] Confestim, statim. scil. vlciscar.
[d] Pub. Syr. De inimico ne loquare malum, si cogites.
[*] causam
[e] Cupido.

IN XIII. EPISTOLAM ARGVMENTVM.

Protesilaus Iphicli filius ad Troiam quadraginta nauibus, vt ait Homerus, nauigans, cùm ceteris Græcis Aulide portu Bœotiæ ob tempestatem clausus est. Quod dum intellexisset Laodameia Acasti ex Laodathea filia, atque eius vxor sincerè maritum amans, multis somnijs solicitata, hanc epistolam ad eum scripsit: qua suadet, vt oraculi memor, à belli periculis abstineat. Datum enim Græcis fuerat responsum, eum qui primus ex classe in terram Troianorum descendisset, periturum. At Protesilaus magnanimus, primus in terram descendit, & ab Hectore occisus est.

LAODAMEIA PROTESILAO.

[f] *Mittit, et optat amãs, quò mittitur, ire salutẽ,*
Hæmonis Hæmonio Laodameia viro.
Aulide te fama est vento retinente morari,
Ah, me cum fugeres, hic vbi ventus erat!
Tunc freta debuerant vestris obsistere remis:

[f] Hyperb. Amans Hæmon. Laod. mittit salut. viro Hæmon. & optat ire eo quo mittitur salus. Aulide pro Aulidi, Seruio teste.

Illud

Illud erat ſæuis [a]*vtile tempus aquis.*
Oſcula plura viro, mandataq; plura dediſſem:
Et ſunt quæ volui dicere * *plura tibi.*
Raptus es hinc præceps: &, qui tua vela vocaret,
Quem cuperent nautæ, non ego, ventus erat.
Ventus erat nautis aptus, non aptus amanti:
Soluor ab amplexu Proteſilaë tuo.
*Linguaq; * mandantis verba imperfecta reliquit:*
Vix illud potui dicere triſte, Vale.
Incubuit Boreas: arreptaq; vela tetendit:
Iamq; meus longè Proteſilaus erat.
Dum potui ſpectare virum, ſpectare iuuabat:
Sumq; tuos oculos vſq; ſecuta meis.
Vt te non poteram, poteram tua vela videre:
Vela diu vultus detinuêre meos.
At poſtquam nec te nec vela fugacia vidi,
Et, quod ſpectarem, nil niſi pontus erat:
Lux quoq; tecum abiit: tenebrisq; exanguis obor-
Succiduo dicor procubuiſſe genu. (tis [b]
Vix ſocer Iphiclus, vix me grandæuus Acaſtus,
Vix mater gelida mœſta refecit aqua.
Officium fecêre pium, ſed inutile nobis:
Indignor miſeræ non licuiſſe mori.
Vtq; animus rediit, pariter redière dolores:
Pectora legitimus caſta momordit amor.
[c]*Nec mihi pectendos cura eſt præbere capillos:*
Nec libet aurata corpora veſte tegi.
Vt quas pampinea tetigiſſe [d] *bicorniger haſta*
Creditur, huc illuc, qua furor egit, eo.

[a] Aptũ & commodum maris & ventorum ſæuitiæ.
* multa
* mandatis
[b] Inflexo, inclinato.
[c] A cultus negligentia pathos.
[d] Bacchus cornib. effigiatur, ob elationem quam feruor vini inducit.

Conue-

Conueniunt matres [a] Phylaceides, & mihi clamãt,
Indue regales Laodameia sinus.
*Scilicet ipsa * feram saturatas murice vestes?*
*Bella sub Iliacis mœnibus ille * geret?*
*Ipsa comas pectam? galea caput ille * premetur?*
*Ipsa nouas vestes, dura vir arma * ferat?*
** Quo possum squalore tuos imitata labores*
Dicar: & hæc belli tempora tristis agam.
[b] Dux Pari Priamide damno formose tuorum,
Tam sis hostis iners, quàm malus hospes eras.
Aut te [c] Tænariæ faciem culpasse maritæ,
Aut illi vellem displicuisse tuam.
Tu, qui pro rapta nimium Menelaë laborat,
Hei mihi quàm multis flebilis vltor eris!
Dij, precor, à nobis [d] omen remouete sinistrum:
Et sua det [e] reduci vir meus arma Ioui.
*Sed timeo: * & quoties subijt miserabile bellum,*
More niuis lacryma Solè madentis eunt.
*Ilion, & Tenedos, Simoisq3, & Xanthus, & * Ide,*
[f] Nomina sunt ipso pœne timenda sono.
Nec rapere ausurus, nisi se defendere posset,
*Hospes erat: vires nouerat * ille suas.*
Venerat, vt fama est, multo spectabilis auro:
Quiq3 suo & Phrygias corpore ferret opes:
Classe viruq3 potens: per quæ fera bella geruntur:
Et sequitur regni [h] pars quota quenq3 sui.
His ego te victam [i] consors Ledæa gemellis
Suspicor: hæc Danais posse nocere puto.
Hectora nescio quem timeo: Paris Hectora dixit

Ferrea

a Ex Phylace vrbe, non procul à Thebis Phthioticis. Il. β. εἰ δ' ἔ-χον φυλάκλω.
* geram libr. pier.
* gerat.
* prematur
* feret.
* Quà
b Ad Paridem apostrophe.
c Laconicæ, à Tænaro Lacon. promontorio.
d Quod Protesilaus pede in limine offenso omen dederat.
e Reducenti ipsum κατ' αὖτιμείφαν: vel, ipse redux καθ' ὑπερβολήν.
* quotiesq3 subit mis.
* Ida
f Homer. ὀνομαστὸν. τ. & ψ. κακοίλιον οὐκ ὀνομαστὸν.
* ipse
g Barbaricas.
h q. d. pars minima.
i Δίπτροφή ad Helenam, fororem geminor. Cast. & Pollux.

Ferrea sanguinea bella mouere manu.
Hectora, quisquis is est, si sum tibi cara, caueto:
Signatum * hoc memori pectore nomen habe. * τὸ hoc plerique libr. non habent.
Hunc vbi vitaris, alios vitare memento:
Et multos illic [a] Hectoras esse puta. a Hectoris similes, viros fortes. Antonomas.
Et facito, vt dicas, quoties pugnare parabis,
Parcere me iussit Laodameia sibi.
Si cadere Argolico fas est sub milite Troiam,
Te quoq; non vllum vulnus habente cadat.
Puguet, & aduersos tendat Menelaus in hostes,
Vt rapiat Paridi, quam Paris antè sibi.
Irruat: &, causa quem vincit, vincat & armis.
Hostibus è medijs nupta petenda viro est.
Causa * tibi est dispar: tu tantum viuere pugna, * tua est libri duo.
Inq; pios domina posse redire sinus.
[b] Parcite Dardanidæ de tot, precor, hostibus vni: βάτε τροφὴ ad hostes pathos augetur.
Ne meus ex illo corpore sanguis eat.
Non est, quem deceat nudo concurrere ferro,
[c] Sauaq; in oppositos pectora ferre viros. c Cum hostib. congredi.
Fortius ille potest, [d] multo qui pugnat amore: d Menelaus, q bellum gerit pro erepta cõiuge.
Bella gerant alij, Protesilaus amet.
Hunc, fateor, volui reuocare, animusq; ferebat: e Pedum offensiones semper infausti ominis fuerunt. Vide Alex. lib. 2. genial. cap. 26.
Substitit auspicij lingua timore mali.
Cùm foribus velles ad Troiam exire paternis,
[e] Pes tuus offenso limine signa dedit.
Vt vidi, ingemui: tacitoq; in pectore dixi,
Signa reuersuri sint precor ista viri.
Hæc tibi nunc refero, ne sis animosus in armis:
*Fac meus in ventos hic timor omnis eat. * Irritus

Sors

[a] Sors quoq; neſcio quem fato deſignat iniquo,
Qui primus Danaûm Troada tanget humum.
Infelix, quæ prima virum lugebit ademtum.
Dij faciant, ne tu ſtrenuus eſſe velis.
Inter mille rates tua ſit milleſima puppis:
Iamq; fatigatas vltima verſet aquas.
Hoc quoq; præmoneo, de naue nouiſſimus exi:
Non eſt, quò properes, terra paterna tibi.
Cùm venies, * remoq; moue, veloq; carinam,
Inq; tuo celerem littore ſiſte gradum.
Siue [b] latet Phœbus, ſeu terris altior extat,
Tu mihi luce dolor, tu mihi nocte venis.
Nocte tamen quàm luce magis: nox grata puellis,
Quarum ſuppoſitus colla lacertus habet.
Aucupor in lecto mendaces [c] cœlibe ſomnos:
Dum careo veris, gaudia falſa iuuant.
[d] Sed tua cur nobis pallens occurrit imago?
Cur venit à verbis multa querela tuis?
Excutior ſomno: [e] ſimulacraq; noctis adoro:
Nulla caret fumo Theſſalis ara meo.
Thura damus, lacrymasq; ſuper: quæ [f] ſparſa reluent,
Vt ſolet * à fuſo ſurgere flamma mero. (cent,
Quando ego te reducem cupidis amplexa lacertis,
[g] Languida lætitia ſoluar ab ipſa mea?
Quando erit, vt lecto mecum bene iunctus in vno
Militiæ referas ſplendida facta tuæ?
Quæ mihi dum referes, quamuis audire iuuabit,
Multa tamen rapies oſcula, multa dabis.
Semper in his aptè narrantis verba reſiſtunt:

Promtior

[a] Oraculum. ἰλ. ε. νηὸς ἀπ' Ἐρεσσικόωο πολὺ πρώτιστον Ἀχαιῶν.

* veloq; moue remoq; car.

[b] Sub terris eſt. Tibull. Siue ſupra terras Phœbus, ſeu curreret infra.

[c] Viduo: κατ' ἀναφρόδιτον.

[d] Proteſilai interitum prælagit.

[e] Somnos.

[f] Lacrymis aſperſa. * affuſo

[g] Langueſcam nimio gaudio, & emoriar.

Promtior est dulci lingua * referre mora.
Sed cùm Troia subit, subeunt ventiq3, fretumq3:
Spes bona sollicito victa timore cadit.
Hoc quoq3, quod venti prohibent exire carinas,
Me mouet: inuitis ire paratis aquis.
Quis velit in patriam vento prohibente reuerti?
A patria pelago vela vetante datis.
Ipse suam non præbet iter Neptunus ad vrbem:
Quò ruitis? vestras quisq3 redite domos.
Quò ruitis Danai? ventos audite vetantes.
Non subiti casus, numinis ista mora est.
Quid petitur tanto, nisi turpis adultera, bello?
Dum licet, [a] Inachiæ vertite vela rates.
Sed quid ego* hæc reuoco? omen reuocantis abesto:
Blandaq3 compositas aura secundet aquas.
[b]Troadas inuideo, quæ sic lacrymosa suorum
Funera conspicient: nec procul hostis erit.
Ipsa suis manibus forti noua nupta marito
Imponet galeam, barbaraq3 arma dabit.
Arma dabit: dumq3 arma dabit, simul oscula su-
Hoc genus officij dulce duobus erit. (met:
Producetq3 virum: dabit & mandata reuerti:
Et dicet, Referas * arma fac ista Ioui.
Ille ferens dominæ mandata recentia secum,
Pugnabit cautè, respicietq3 domum.
Exuet & reduci* galeam, clypeumq3 resoluet,
Excipietq3 suo corpora lassa sinu.
Nos sumus incertæ: nos anxius omnia cogit,
Quæ possunt fieri, facta putare, timor.

* retenta minus bene. Lingua recreata hac oculorum intercapedine promtior est ad narrandum.

a Græcx. Synecd. Ab Inacho vetustissimo Argiuorũ rege.

* reuoco hæc Micyll.

b Inuideo cum accusatiuo. Accius. Vnde aut quis mortalis florem liberûm inuidit meum?

* ista face arma Ioui.

* clypeum, galeamq;

Dum tamen arma geris [a] *diuerso miles in orbe:*
Quæ referat vultus, est mihi [b] *cera, tuos.*
Illi blanditiæ, illi tibi debita verba
Dicimus: amplexus accipit illa meos.
Crede mihi, plus est, quam quod videatur, imago.
Adde sonum ceræ, Protesilaus erit.
Hanc spectо, teneoq́, sinu pro coniuge vero:
Et, tanquam possit verba referre, queror.
Per reditus corpusq́, tuum, mea numina, iuro:
Per[c] *q́ pares animi, coniugiiq́, faces.*
Per q́, quod [d] *vt videam canis albere capillis,*
Quod tecum possis ipse referre, caput:
Me tibi venturam comitem, quocunq́, vocaris:
Siue, [e] *quod heu timeo, siue superstes eris.*
Vltima mandato * *claudatur epistola paruo:*
Sit tibi cura mei, sit tibi cura tui.

a Asiam significat, quæ ab Europa diuersa est.
b Imago cerea. Iuu. Tota licet veteres exornent vndique ceræ Atria.
c Per amorem mutuum & cõiugium.
d Vtinam: sicut ὡς apud Græc.
e Suppressit mortuus.
* claudetur vet. lect.
* Si tib.

IN XIIII. EPISTOLAM ARGVMENTVM.

Danaus Beli prisci filius, ex pluribus coniugibus quinquaginta filias suscepit: quas dum Aegyptus eius frater, cui totidem erant filij, postulasset in nurus, Danaus oraculi responso compertо, se manibus generi moriturum, volens periculum euitare, conscensis nauibus Argos venit. Indignatus autem Aegyptus, eò quod spretus esset, filios cum exercitu ad illum oppugnandum misit, hac lege, vt non, nisi interemto Danao, ad se redirent, aut filiarum connubia inissent. Ille autem obsidione coactus, filias se daturum spopondit. Sed puellæ, accepto à patre *gladio*, v

iussum

iussum erat, prima nocte cum vino lætitiaque calentes iuuenes in profundissimum soporem descendissent, vnaquæq; suum iugulauit, sola Hypermnestra excepta, quæ Lino, quem Eusebius Lynceum appellat, marito suo miserta pepercit, suasitq; vt ad patrem Aegyptum detecto facinore quamprimum fugeret. Sed cum pater Danaus ab omnibus perfectum facinus intellexisset, præterquam ab Hypermnestra, eam crudelissimè vinctam in carcere seruandam tradidit. Quare Linum patruelem eundemq; maritum, quem seruauerat, hac epistola rogat, vt vel opem ferat, captiuitateq; liberet: vel, si mori contingat, vt sepulturæ honore non careat. A Lino tandem, Danao trucidato, fuit liberata.

HYPERMNESTRA *LINO.

* Lynceo. ita legend. non Lino auctore Pausan.

Mittit Hypermnestra de tot modò fratrib. vni:
Cetera nuptarum crimine turba iacet.
Clausa domo teneor, grauibusq; coërcita vinclis:
Est mihi supplicij causa, fuisse piam.
[a]*Quòd manus extimuit iugulo * demittere ferrũ,*
Sum rea: laudarer, si scelus ausa forem.
Esse ream præstat, quam sic placuisse parenti:
Non piget immunes cædis habere manus.
Me pater [b]igne licet, quem non violauimus, vrat:
Quæq; aderant [c]sacris, tendat in ora faces:
Aut illo iugulet, quem non bene tradidit, ense:
*Vt, qua non cecidit vir nece, nupta * cadam.*
Non tamen, vt dicant morientia, pœnitet, ora,
Efficiet: non est, quam piget esse piam.

[a] Horat. 3. Carm. Quod viro clemens misero pepci. * dimittere.
[b] Quem in limine positũ vna cum aqua sponsus & sponsa tangebant. Plutarch. probl.
[c] Nuptialibus scil.
* cadat libr. pleriq;.

Pœniteat sceleris Danaum, sauasq́ sorores:
Hic solet euentus facta nefanda sequi.
Cor pauet admonitu [a] temerata sanguine noctis:
*Et subitus dextræ * præpedit * ossa tremor.*
Quam tu cæde putes fungi potuisse mariti,
Scribere de facta non sibi cæde timet.
Sed tamen experiar. Modò facta crepuscula terrib
*Vltima pars * lucis, primaq́ noctis erat:*
Ducimur [b] Inachides sub magni tecta [c] Pelasgi:*
Et socer armatas accipit ipse nurus.
Vndiq́ collucent præcinctæ lampades auro:
Dantur in inuitos impia thura focos.
Vulgus Hymen Hymenæe vocant: fugit ille vocan
Ipsa Iouis coniux cessit ab [d] vrbe sua. (tes:
Ecce [e] mero dubij comitum clamore frequentes,
Flore nouo madidas impediente comas,
In thalamos læti, thalamos sua busta, feruntur:
Stratáq́ corporibus funere digna premunt.
Iamq́ cibo, vinoq́ graues, somnoq́ iacebant:
Securumq́ quies alta per Argos erat.
Circum me gemitus morientum audire videbar:
Et tamen audieram, quodq́ verebar, erat.
Sanguis abit: mentemq́ calor corpusq́ reliquit:
Inq́ nouo iacui frigida facta toro.
Vtq́ leui Zephyro graciles vibrantur ariſtæ:
Frigida [f] populeas vt quatit aura comas:
Aut sic, aut etiam tremui magis. ipse iacebas:
*Quæq́ tibi * dederam vina, [g] soporis erant.*
Excussêre metum violenti iussa parentis:

Erigor:

[a] Pollutę maritorum cæde.
* præcidit male.
* orsa, h. e. incepta. non male.
* noctis prim. lucis perper.
[b] Proneptes Inachi.
* magni sub
[c] Danaus arcę à Pelasgo Iouis & Niobes filio prius inhabitatā incoluit.
[d] Argis vbi Iunonem natam scribit Strabo.
[e] Ebrietate titubantes. Idem lib. 3. Met. Ille mero somnoq; grauis titubare videtur.
[f] Populi arboris folia.
* dederant
[g] Soporifica.

Erigor: & capio tela tremente manu.
Non ego falsa loquor: ter acutum sustulit ensem:
Ter malè sublato decidit ense manus.
At rursus monitu iussuq; coacta parentis,
Admoui iugulo [a] tela paterna tuo.
Sed timor & pietas crudelibus obstitit ausis:
Castaq; mandatum dextra refugit opus.
Purpureos laniata sinus, laniata capillos,
Exiguo dixi talia verba sono:
Saeuus Hypermnestra pater est tibi: iussa parentis
Effice: germanis sit comes iste suis.
Femina sum, & virgo, natura mitis & annis:
*Non faciunt molles ad fera * tela manus.*
*Quin age, dumq; *licet forteis imitare sorores:*
Credibile est cæsos omnibus esse viros.
Si manus hæc aliquam posset committere cædem,
Morte foret dominæ sanguinolenta suæ.
**Quid meruêre necem patruelia regna tenendo?*
Quæ tamen externis danda forent generis.
Finge viros meruisse mori: quid fecimus ipsæ?
Quo mihi commisso, non licet esse piam?
Quid mihi cum ferro? quid bellica tela puellæ?
[b] Aptior est digitis lana colusq; meis.
Hæc ego: dumq; queror, lacrymæ sua verba sequũntur:
Deq; meis oculis in tua membra cadunt.
Dum petis amplexus, sopitaq; brachia iactas,
Pænè manus telo saucia facta tua est.
**Dumq; patrem, famulosq; patris, lucẽq; timebã:*
*Expulerant somnos hæc mea * verba tuos.*

[a] Ensem à patre traditum.

* bella
* iacet libr. duo.

* Haud

[b] Alludere videtur ad illud Hector. ix. ζ. iubentis vxorem telam columq; curare, quæ propria ipsius sint opera: quod item matrem suam iubet Telemachus od. a.

* Iamque libr. pler.
* dicta

[a] Horat. Surge, quæ dixit iuueni marito: Surge: ne longus tibi somnus, vnde Non times, detur.

[a] *Surge age Belide de tot modò fratribus vnus:*
Nox tibi, ni properes, ista perennis erit.
Territus exurgis: fugit omnis inertia somni:
Aspicis in timida sortia tela manu.
Quærenti causſam, dum nox finit, effuge, dixi:
Dum nox atra ſinit, tu fugis, ipſa moror.
Mane erat: & Danaus generos ex cæde iacentes*
Dinumerat: [b] ſummæ criminis vnus abes.
Fert malè cognatæ iacturam mortis in vno:
Et queritur ſactum ſanguinis eſſe parum.

[b] Numero cædis generorum quinquaginta.

*pedibus libr. duo.

Abſtrahor à patrijs manibus: raptamq; capillis*
(Hæc meruit pietas præmia) carcer habet.
Scilicet ex illo Iunonia permanet ira,
[c] Quo bos ex homine eſt, ex boue facta Dea.
Ah ſatis eſt pœnæ teneram mugiſſe puellam:
Nec modò formoſam poſſe placere Ioui.
[d] Aſtitit in ripa [d] liquidi noua vacca parentis,
Cornuaq; in patrijs non ſua vidit aquis.
*Et conata * loqui mugitus edidit ore:*
Territaq; eſt forma, territa voce ſua.
Quid fugis infelix? quid te miraris in vnda?
Quid numeras factos ad noua membra pedes?
Ipſa Iouis magni pellex metuenda ſorori
Fronde leuas nimiam ceſpitibusq; famem.
Fonte bibis, ſpectasq; tuam ſtupefacta figuram:
*Et, * te ne feriant, quæ geris, [e] arma times.*
Quæq; modò, vt poſſes etiam Ioue digna videri,
Diues eras, [f] nuda nuda recumbis humo.
Per mare, per terras, cognataq; flumina curris:

[c] Io Inachi F. lib. 1. Metam.

[d] Inachi amnis.

* queri libr. duo.

* ne te libr. duo.

[e] Cornua.

[f] παρήχησις παθητική.

Dat

Dat mare, dant amnes, dat tibi terra viam.
Quæ tibi causa fugæ? quid Io freta longa pererras?
Non poteris vultus effugere ipsa tuos.
Inachi quò properas? eadem sequeriscq; fugiscq;:
Tu tibi dux comiti, tu comes ipsa duci.
Per septem Nilus [a] *portus emissus in æquor*
Exuit insanæ pellicis ora bovis.
Vltima quid referam, [b] *quorum mihi cana senectus*
Auctor? dant anni, quod querar, ecce mei.
Bella pater, patruusq; gerunt: regnoq; domoq;
Pellimur: ejectas vltimus orbis habet.
Ille ferox solus solio sceptrisq; potitur:
Cùm sene nos inopi turba vagamur inops.
De fratrum [c] * *turba pars exiguissima restat:*
Quiq; dati leto, quæq; dedêre fleo.
Nam mihi quot fratres, totidem periêre sorores:
Accipiat lacrymas vtraq; turba meas.
Eu ego, quòd viuis, pœnæ crucianda reseruor:
Quid fiet sonti, cum rea * *laudis agar?*
Et consanguineæ quondam centesima turbæ
Infelix vno fratre manente cadam.
At tu, si qua piæ * *Line est tibi cura sororis,*
Quæq; tibi tribui [d] *munera, dignus habes:*
Vel fer opem: vel dede neci: defunctaq; vita
Corpora [e] *furtiuis insuper adde rogis.*
Et sepeli lacrymis perfusa fidelibus ossa:
Sculptaq; sint * *tituli nostra sepulcra breui:*
[f] *Exul Hypermnestra, precium pietatis iniquum,*
Quam mortem fratri depulit, ipsa tulit.

[a] Ostia septem, Virgil. Et septem gemini turbant trepida ostia Nili. vide Strabon. lib. 17.
[b] Quæ à senib. & maioribus fando accepi.
[c] Ex 50. patruelibus.
* populo libr. duo.
* mortis malè. cum insimuler de eo, in quo laudem mereor.
* Lynceu tib. probè. al. remanet tib.
[d] Vitam, quam tibi dedi.
[e] Rogo clam injice.
* Scriptaque Horat. — & nostri memorē sepulcro Scalpe querelam.
[f] Hypermnestræ epitaphiū.

Scribere plura libet, sed pondere lassa catenæ
Est manus: & vires subtrahit ipse timor.

IN XV. EPISTOLAM ARGVMENTVM.

Paris, qui alio nomine Alexander dictus est, ob Helenam sibi à Venere promissam, Lacedæmonem navigans, à Menelao honorificentissimè susceptus est, & honoratus. Sed cum per id tempus oportuisset Menelaum, omneisq; Minois pronepotes ad diuidendas Atrei opes Cretam adire, Paridem domi dimittens, Helenæ mandauit, vt non minorem hospitis, quàm suijpsius, curam gereret. Verùm Paris dum datam sibi oportunitatem videret, Helenam in amorem sui, quantum potuit, sollicitare conatus est. Hæc autem artificiosa epistola detegit, quanto amoris æstu ardeat, se ab omnibus commendando, quibus amatores laudari solent. Et quia nouerat muliebrem sexum esse fragilem, & gloriæ, & laudis à forma atq; genere cupidissimum, omnia affert Paris, quæ sibi Helenes animum conciliare possunt, & quæ odium mariti atq; contemtum excitent. Fugam itaque suadet, quam Troianis viribus tueri posse asserit.

PARIS HELENAE.

HAnc tibi Priamides mitto Ledæa salutem,
Quæ tribui, sola te mihi dante, potest.
**Eloquar? an flammæ non est opus indice notæ!* * πάλιν ab addubitatione.
Et plus, quàm vellem, iam meus extat amor!
Ille quidem lateat malim, dum tempora dentur
Lætitiæ mixtos non habitura metus.

Sed

Sed malè dissimulo : quis enim celauerit ignem,
Lumine qui semper proditur ipse suo ?
Si tamen expectas, vocem quoq; [a] rebus vt addam:
Vror : habes animi nuncia verba mei.
Parce precor [b] fasso : nec duro cetera vultu
Perlege, sed formæ conueniente tuæ.
Iamdudum gratũ est quod epistola nostra recepta
Spem facit hoc recipi me quoq; posse modo.
Quæ rata sit : nec te frustra promiserit, opto
Hoc mihi quæ suasit mater Amoris iter.
Nanq; ego diuino monitu, ne nescia pecces,
Aduehor : & cœpto non leue numen adest.
Præmia magna quidem, sed non indebita posco :
Pollicita est thalamo te Cytherea meo.
Hac duce Sigæo dubias à littore feci
Longa [c] Phereclea per freta puppe vias.
Illa dedit facileis auras, ventosq; secundos :
*In mare, * nil mirum, ius habet [d] orta mari.*
Perstet : &, vt pelagi, sic pectoris aduuet æstus :
Deferat in portus & mea vota suos.
Attulimus flammas : non hîc inuenimus illas :
Hæ mihi tam longæ causa fuêre viæ.
Nã nec tristis hyems, * nec nos huc appulit error :*
'Tænaris est classi terra petita meæ.
Nec me crede fretum merces portante carina
**Findere : quas habeo, dij tueantur opes.*
*Nec * venio Graias veluti spectator ad vrbes :*
Oppida sunt regni diuitiora mei.
Te peto, quam pepigit lecto Venus aurea nostro :

[a] Factis: vt verbis exprimam quod res est.
[b] Mihi amorẽ suum confesso.
[c] Fabricata à Phereclo : de quo vide il. ẽ.
* nimirum
[d] Musæ. ἀγνώστος ὅτι κύπρις ἐπίστατο ἐς ἅλα σὴν κραταιὴν πόντιον.
* neq;
* neq;
[e] Laconiam intelligit à Tænaro promontorio.
* Scindere
* veni libr. duo.

Te prius optaui, quàm mihi nota fores.
Ante tuos animo vidi, quàm lumine, vultus:
Prima fuit vultus nuntia fama tui.
Nec tamen est mirum, si sicut oportuit, arcu
Missilibus telis eminus ictus, amo.
Sic placuit fatis: quæ ne conuellere tentes,
Accipe cum vera dicta relata fide.
Matris adhuc vtero, partu remorante, tenebar,
Iam grauidus iusto pondere venter erat.
Illa sibi ingentem visa est sub imagine somni
Flammiferam pleno reddere ventre facem.
Territa consurgit: metuendaq; noctis opacæ
Visa seni Priamo, vatibus ille refert.
Arsurum Paridis vates canit Ilion igni:
Pectoris, vt nunc est, fax fuit illa mei.
Forma, vigorq; animi, quamuis de plebe videbar,
Indicium tectæ nobilitatis erat.
Est locus in mediæ nemorosis vallibus Idæ
Deuius, & piceis ilicibusq; frequens.
Qui nec ouis placidæ, nec amantis saxa capellæ,
Nec patulo tardæ carpitur ore bouis.
Hinc ego Dardaniæ muros, excelsaq; tecta,
Et freta prospiciens, arbore nixus eram.
Ecce pedum pulsu visa est mihi terra moueri:
Vera loquar: vero vix habitura fidem.
Constitit ante oculos actus velocibus alis.
Atlantis magni Pleïonesq; nepos.
Fas vidisse fuit: fas sit mihi visa referre:
Iuq; Dei digitis aurea virga fuit.

*Notarunt autem aliqui, qui deinceps sequuntur versus 104. abesse à libris veteribus & Planudis conuersione: quos tamē Ouidij esse Scalig. putat.

*Scalig. hic desiderari putat aliquot versus, quib. declararetur, quomodo patrorib. adalendum traditus fatum vitauerit.

a Mercurius Maiæ F. Atlantis & Pleiones N.

Tresq;

Tresq; simul diuæ, Venus, & cum Pallade Iuno
Graminibus teneros imposuêre pedes.
Obstupui: gelidusq; comas erexerat horror:
Cum mihi, Pone metum, [a] nuncius ales ait:
Arbiter es formæ: certamina siste Dearum,
Vincere quæ forma digna sit vna duas.
Néue recusarem, verbis Iouis imperat: & se
Protinus aetheria tollit in astra via.
Mens mea conualuit: subitoq; audacia venit:
Nec timui vultu quanq; notare meo.
Vincere erant omnes dignæ: iudexq; verebar
Non omneis causam [b] vincere posse suam.
Sed tamen ex illis iam tunc magis vna placebat:
[c] Hanc esse vt scires vnde mouetur amor.
Tantaq; vincendi cura est: ingentibus ardent
Iudicium [d] donis sollicitare meum.
Regna Iouis coniux, virtutem filia iactat:
Ipse potens, dubito, fortis an esse velim.
[e] Dulce Venus risit: nec te, Pari, munera tangãt,
Vtraq; suspensi plena timoris, ait.
Nos dabimus quod ames: & pulcræ filia Ledæ
Ibit in amplexus pulcrior * illa tuos.
Dixit: & [f] ex æquo donis formaq; probata,
[g] Victorem cœlo rettulit illa pedem.
Interea (credo versis ad prospera fatis)
Regius agnoscor [h] per rata signa puer.
Lata domus * nato per tempora longa recepto:
*Addit & ad festos hunc quoq; Troia diem.
Vtq; ego te cupio, sic me cupiêre puellæ:

a Ἀγγελος Hom.

b Tenere, infr.
c Vt facile cognosceres hãc esse Venerem.
d Hesiod. δῶρα θεὸς πάθεϊ μὲν ἀιδοίους βασιλῆας.
e Suauiter: φιλομμειδὴς. Homero est φιλομμειδὴς.
* ipsa
f Cum pariter dona sua mihi & formam probasset.
g Ipsa victrix in cœlum redijt. Hypallag.
h Certis indicijs.
* nato est
* Addidit ad

Multa-

[a] Multarum votum sola tenere potes.
Nec tantùm regum natæ petiêre, ducumq́;:
Sed [b] nymphis etiam curaq́; amorq́; fui.
At mihi cunctarum subeunt fastidia, postquam
Coniugij spes est Tyndari facta tui.
Te vigilans oculis, animo te nocte videbam,
Lumina cùm placido victa sopore iacent.
Quid facies præsens, quæ nondum visa placebas?
Ardebam, quamuis hic procul ignis erat.
Nec potui [c] debere mihi spem longius istam,
[d] Cærulea peterem quin mea vota via.
Troia cæduntur Phrygia pineta securi,
Quæq́; erat [e] æquoreis vtilis arbor aquis.
Ardua proceris spoliantur Gargara syluis:
Innumeraq́; mihi longa dat Ida trabes.
Fundatura citas flectuntur robora naues:
[f] Texitur & costis panda carina suis.
Addimus antennas, & vela sequentia malos:
Accipit & [g] pictos puppis adunca Deos.
Quæ tamen ipse vehor, comitata Cupidine paruo,
[h] Sponsor coniugij stat Dea picta* sui.
Imposita est facta postquam manus vltima classi,
Protinus Aegæis ire iubebar aquis.
Et pater & genitrix inhibent mea vota rogando:
Propositumq́; via voce morantur iter:
Et soror effusis, vt erat, Cassandra capillis,
Cùm vellent nostra iam dare vela rates:
Quò ruis? exclamat: referes incendia tecum:
Quanta per has, nescis, flamma petatur aquas.

a Quod multæ in votis habuerunt.
b Oenone.
c Differendo scilicet longiùs.
d Per mare te, quam cupiebam, peterem.
e Idonea fabricandis nauib.
f Propriè: vnde & textrinũ dictũ τὸ ναυπηγιον.
g Imagines deorum depictas.
h Sponsor gener. communis sicut auctor & alia pleraque omn. verbalia.
* tui.

Vera

Vera fuit vates: [a] dictos inuenimus ignes:
Et ferus in molli pectore flagrat amor.
Portubus egredior: ventisq; ferentibus vsus
Applicor in terras [b] Oebali nympha tuas.
Excipit hospitio vir me tuus: hoc quoq; factum
Non sine consilio numinibusq; Deum.
Ille quidem ostendit, quicquid Lacedæmone tota
Ostendi dignum, conspicuumq; fuit.
Sed mihi laudatam cupienti cernere formam,
Lumina, nil aliud, quo caperentur, erat.
Vt vidi, obstupui: præcordiaq; intima sensi
Attonitus curis intonuisse nouis.
Hîs similes vultus, quantum reminiscor, habebat,
Venit in arbitrium cum Cytherea meum.
Si tu veniſſes pariter certamen in illud,
In [*] dubium Veneris palma futura fuit.
Magna quidem de te rumor præconia fecit,
Nullaq; de facie nescia terra tua est.
Nec tibi par [c] vsquam Phrygiæ, nec Solis ab ortu,
Inter formosas altera nomen habet.
Credis & hæc nobis? minor est tua gloria vero:
Famaq; de forma pæne maligna tua est.
Plus hîc inuenio, quàm quod promiserat illa:
Et tua [d] materia gloria victa sua est.
Ergo arsit meritò, qui nouerat omnia, Theseus:
Et visa est tanto digna rapina viro.
More [e] tuæ gentis nitida dum nuda palæstra,
Ludis, & es [f] nudis femina mixta viris.
Quòd rapuit, laudo: miror, quòd reddidit vnquã:

[a] Prædictos à Cass.

Ἐλένη τροφὴ ad Helenam Oebali neptem, patris Tyndari.

[*] dubio

[c] Vsquam in Phrygia: sicut vsquam locorum, gentium. Alij mendosè per vsquam Phrygiam.

[d] Pulcritudine, cuius illa quasi præco est.

[e] Vide Plutarc. Lycurgo. Palæstra autem luctandi certamen dicitur, cuius inuentores Lacedæmonij. Prop. lib. 3. Multa tuæ Sparte miramur iura palæstræ.

[f] Eurip. Andron γυμνὰς, sed γυμνοῖσι μηροῖς: id q δωριάζων dicebant.

Tam

Tam bona constanter præda tenenda fuit.
Ante recessisset caput hoc ceruice cruenta,
Quàm tu de thalamis abstraherêre meis.
Téne manus vnquam nostræ dimittere vellent?
Téne meo paterer viuus abire sinu?
Si reddenda fores, [a] aliquid tamen ante tulissem:
Nec Venus ex toto nostra fuisset iners.
Vel tua virginitas esset lubata: vel illud,
Quod poterat salua virginitate rapi.
*[b] Da modò te * Paridi, quæ sit constantia nosces:*
Flamma rogi flammas siniet vna meas.
Præposui regnis ego te, quæ maxima quondam
Pollicita est nobis nupta sororq; Iouis.
Dumq; tuo possem circundare brachia collo,
Contemta est virtus, Pallade dante, mihi:
**Cùm Venus, & Iuno, Pallasq; in * montibus Idæ*
Corpora iudicio supposuêre meo.
*Nec piget: * haud vnquam stultè elegisse videbor:*
Permanet in voto mens mea firma suo.
Spem modò ne nostram fieri patiare caducam,
Deprecor, ô tanto digna labore peti!
Non ego coniugium generosæ degener opto:
Nec mea, crede mihi, turpiter vxor eris.
[c] Pleiada, si quæras, in nostra gente, Iouemq;
Inuenies: medios vt taceamus auos.
*Sceptra [d] parens Asiæ, qua nulla beatior ora * est*
Finibus immensis vix obeunda tenet.
Innumeras vrbes atq; aurea tecta videbis:
Quæq; suos dicas templa decere Deos.

Ilion

[a] Non te intáctam dimisissem.

[b] Græci similiter τὸ παρίσχειν vsurpat. Catull. Quod nec das, & fers sæpe, facis facinus.
* quæ sit Paridis const.
* Hoc distich. redundare putat Scalig. in hypercrit.
* vallibus lib. tres.
* aut

[c] Propter Electram Atlantis ex Pleione nympha filiam, ex qua Iupiter genuit Dardanum Troianorum progenitorem.

[d] Priamus.
* τὸ est quidam omittunt.

Ilion aspicies, firmataq; turribus altis
Mœnia Phœbeæ structa [a] canore lyræ.
Quid tibi de turba narrem numeroq; virorum?
Vix populum tellus sustinet illa suum.
Occurrent denso tibi Troades agmine matres:
Nec capient Phrygias atria nostra nurus.
O quoties dices, quam pauper Achaïa nostra est!
Vna domus quæuis vrbis habebit opes.
Nec mihi fas fuerit Sparten contemnere vestram:
In qua tu nata es, terra beata mihi est.
Parca sed est Sparte: tu cultu diuite digna:
Ad talem formam non facit iste locus.
Hanc faciem largis sine fine [b] paratibus vti,
Delicijsq; decet [c] luxuriare nouis.
Cùm videas cultus nostra de gente virorum,
Qualeis Dardanias credis habere nurus?
Da modò te facilem: nec dedignare maritum,
Rure * Therapnæo nata puella, Phrygem.
Phryx erat, et nostro genitus de sanguine: [d] q nunc
Cùm Dijs potando nectare miscet aquas.
Phryx erat [e] Auroræ coniux: tamen abstulit illum
Extremum noctis quæ Dea finit iter.
Phryx * etiam Anchises, volucrum cui mater amo-
Gaudet in Idæis concubuisse iugis. (rum
Nec puto collatis forma Menelaus, & * arma,
Iudice te nobis anteferendus erit.
Non dabimus certè [f] socerum tibi clara fugantem
Lumina, qui trepidos à dape vertat equos.
Nec * pater est Priamo [g] soceri de cæde cruentus,

Et qui

a Modulamine, cantu.

b Ornatu, cultu.

c Abundare, affluere. Metaph. à segete.

* Theramnæo malè. Therapnæ Laconiæ oppidum Pomp. Melæ.

d Ganymedes, e Tithonj Laomedontis fratter & Memnonis pater.

* erat lib. duo, * annis

f Atreum qui Thyesti fratri filios epulandos apposuit, à quo facinore sol abhorrens radios abscondit.

* Priamo pater est lib. plerique.

g Pelops, qui Oenomaum socerum trucidauit, & Myrtilum aurigam in mare præcipitauit, à quo mare Myrtoum.

Et qui Myrtoas crimine signet aquas.

Nec [a] *proauo Stygia nostro captantur in vnda*
Poma: nec in medijs quæritur humor aquis.
Quid tamen hoc refert? si te tenet ortus ab illis:
Cogitur huic domui Iuppiter esse socer.
Heu facinus, totis indignus noctibus ille
Te tenet, amplexu perfruiturq; tuo.
At mihi conspiceris posita vix deniq; mensa:
Multaq;, quæ lædant, hoc quoq; tempus habet.
Hostibus eueniant conuiuia talia nostris,
Experior posito qualia sæpe mero.
Pœnitet hospitij, cùm me spectante lacertos
Imponit collo rusticus ille tuo. (rem?)
Rumpor: & inuideo, (quid nunc tamẽ omnia nar-
Membra superiecta cum tua veste fouet.
Oscula cùm verò coram non dura daretis,
Ante oculos posui pocula sumta meos.
Lumina demitto, cùm te tenet arctius ille:
Cresçit & inuito lentus in ore cibus.
Sæpe dedi gemitus, & te, lasciua, notaui
In gemitu risum non tenuisse meo.
Sæpe * *meam volui flammam compescere: at illa*
Creuit: & [b] *ebrietas ignis in igne fuit.*
Multaq; ne videam, [c] *versa ceruice recumbo:*
Sed reuocas oculos protinus ipsa meos.
Quid faciam dubito: dolor est meus * *ista videre:*
Sed dolor à facie maior abesse tua est.
Qua licet, & possum, * *nitor celare furorem:*
Sed tamen apparet dissimulatus amor.

[a] Innuit Tantalum Pelop. patrem, proauũ Menelai.

* mero lib. pleriq. & rectè.

[b] Plat. ὁ γὰρ πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχετεύων. Vini calore accedente ad amoris incendium. Idem de art. Cum Veneris puero non malè Bacche facis

[c] Capite auerso. Syneed.

* illa

* luctor libr. pler.

Nec

Nec tibi verba damus: sentis mea vulnera, sentis:
Atq; vtinam soli sint ea nota tibi.
Ah quoties lacrymis venientibus ora reflexi,
Ne causam fletus quæreret [a] ille mei!
[b] Ah quoties aliquem narraui potus amorem,
Ad vultus referens singula verba tuos!
Indiciumq; mei ficto sub nomine feci:
Ille ego, si nescis, verus amator eram.
Quinetiam vt possem verbis * petulantius vti,
Non semel ebrietas est simulata mihi.
Prodita sunt, memini, tunica tua pectora laxa,
Atq; oculis aditum nuda dedêre meis:
Pectora vel * niuibus puris, vel lacte, tuamq;
Complexo matrem [c] candidiora loue.
Dum stupeo visis (nam pocula fortè tenebam)
Tortilis à digitis excidit ansa meis.
Oscula si natæ dederas, ego protinus illa
Hermiones tenero latus ab ore tuli.
Et modò cantabam veteres resupinus amores:
Et modò per nutum signa tegenda dabam.
Et comitum primas, Clymenenq;, Aethramq;, tuarum,
Ausus sum blandis nuper [d] adire sonis.
Quæ mihi * non aliud, quàm [e] formidare, locutæ,
Orantis medias deseruêre preces.
Dij facerent precium magni certaminis esses:
Teq; suo posset victor habere toro.
Vt tulit Hippomenes [f] Schœneida præmia cursus,
* Quæ propero cursu vicerat antè procos:
*Sic & tu Phrygias venies regina per vrbes,

a Menelaus.

b Hæc omnia amatori esse facienda ostendit in 2. de Arte.

* petulantibus libr. duo.

* puris niuib.

c Alludit ad cygnum in quē Iupiter versus cum Leda concubuit.

d Compellare.
* nil lib. pler.
e Se timere.
f Atalantam Schœnei filiā, de qua vide 10. Metam.
* Hic versus cum sequenti in plerisq; lib. non legitur: & videntur ambo subdititi.

Venit vt in [a] Phrygios Hippodamia sinus:
Vt ferus Alcides Acheloïa cornua fregit,
Dum petit amplexus Deïanira tuos.
Nostra [b] per has leges audacia fortiter isset:
Teq; mei scires esse laboris opus.
Nunc mihi nil superest, nisi te formosa precari:
Amplectiq; tuos, si patiare, pedes.
O decus, ô præsens geminorum gloria fratrum!
O Ioue digna viro, ni Ioue nata fores[c]!
Aut ego Sigæos repetam te coniuge portus:
Aut hîc [d] Tænaria contegar exul humo.
[*] Non mea sunt summa leuiter districta sagitta
Pectora: descendit vulnus ad ossa meum.
Hoc mihi (nam[*] recolo) fore vt à [d] cœleste sagitta
Figar, erat verax vaticinata soror.
Parce datum fatis Helenæ contemnere amorem:
Sic habeas facileis in tua vota Deos.
Multa quidem subeunt: sed coram vt plura loquamur,
Excipe me lecto nocte silente tuo.
An pudet? [*] & metuis Venerem temerare maritã,
Castaq; legitimi fallere iura tori?
Ah nimium simplex Helene, ne rustica dicam,
Hanc faciem culpa posse carere putas?
Aut faciem mutes, aut sis non dura, necesse est:
[e] Lis est cum forma magna pudicitiæ.
Iuppiter his gaudet, gaudet Venus aurea furtis:
Hæc tibi nempe patrem furta dedêre Iouem.
[f] Vix fieri, si sint vires in femine amorum,
Et Iouis & Ledæ filia, casta potes.

Casta

[a] Pelopis.

[b] Per hanc cõditionem, vt tu esses præmium certaminis, sicut Atalanta, Hippod. Deian.

[c] Laconica.

[*] Nec

[*] repeto libr. pler.

[d] Cœleste, pro cœlesti: more antiquo.

[*] an libr. duo.

[e] Iuuenalis: Rara est adeò concordia formæ Atq; pudicitiæ.

[f] Natos à suis parentibus mores trahere ostendit.

*Casta tamen * tunc sis, cùm te mea Troia tenebit:* * tum
Et tua sim, quæso, crimina solus ego.
Nunc ea peccemus, quæ corriget [a] hora iugalis: a Subsequens matrimonium.
Si modò promisit non mihi vana Venus.
Sed tibi & hoc suadet rebus, non voce, maritus:
Neue sui furtis hospitis obstet, abest.
[b] Non habuit tempus, quo Cressia regna videret, b Per Ironiam probat Menelaum indignũ tam formosa coniuge.
Aptius: ô mira calliditate virum!
**Ille abit, Idæi mando tibi, dixit iturus,* * Exit, & Idæi Nanger.
Curam pro nobis hospitis vxor agas.
*Negligis absentis (testor) mandata * mariti:* * tyranni, h.e. regis.
Cura tibi non est hospitis vlla tui.
Hunccine tu speras [c] hominem sine pectore, dotes c Fatuum, & insulsum.
Posse satis formæ, Tyndari, nosse tuæ?
*Falleris: ignorat: * nec si bona magna putaret,* * nam
Quæ tenet, externo crederet illa viro?
Vt te nec mea vox, nec te meus incitet ardor,
Cogimur ipsius [d] commoditate frui. d Facilitate, εὐκαιρίᾳ.
Aut erimus stulti, sic, vt superemus & ipsum:
Si tam securum tempus abibit iners.
Pænè suis manibus ad te deduxit amantem:
Vtere mandantis simplicitate viri.
Sola iaces viduo tam longa nocte cubili:
In viduo iaceo solus & ipse toro.
Te mihi, meq; tibi communia gaudia iungant:
Candidior medio nox erit illa die.
Tunc ego iurabo quæuis tibi numina: meq;
Astringam verbis in sacra iura meis.
Tunc ego, si non est fallax fiducia nostri,

Efficiam præsens vt mea regna petas.
*Si pudet: * aut metuis, ne me videare secuta:*
Ipse reus, sine te, criminis huius ero.
Nam sequar Aegidæ factum, fratrumq; tuorum:
Exemplo tangi non propiore potes.
Te rapuit Theseus: [a] geminas Leucippidas illi:
Quartus in exemplis annumerabor ego.
Troica classis adest armis instructa, virisq;:
Iam facient celeres remus & aura vias.
Ibis Dardanias ingens regina per vrbes:
Teq; nouam credet vulgus adesse Deam.
Quaq; feres gressus, adolebunt [b] cinnama flammæ:
Cæsaq; sanguineam victima planget humum.
Dona pater, fratresq;, & cum genitrice sorores,
Iliadesq; omnes totaq; Troia dabit.
Hei mihi vix à me pars dicitur vlla futuri:
Plura feres, quàm quæ littera nostra refert.
Nec tu rapta time, ne nos fera bella sequantur:
*Concitet & vires Græcia * tota suas.*
*Tot prius abductis, * quænam est repetita per arma?*
Crede mihi, vanos res habet ista metus.
Nomine ceperunt Aquilonis [c] Erechthida Thraces:
** Tuta tamen bello Bistonis ora fuit.*
Phasida puppe noua vexit Pagasæus Iason:
Læsa nec est Colcha Thessala terra manu.
Te quoq; qui rapuit, rapuit [d] Minoida Theseus:
Nulla tamen Minos Cretas ad arma vocat.
Terror in his ipso maior solet esse periclo:
Quæq; timere libet, pertimuisse pudet.

Finge

* &

[a] Phœben & Elairam sorores. Propert. lib. 1. eleg. 2.

[b] Cinnamum idemq; cinnamomum. Plinius lib. 12. cap. 19.

* magna

* ecquæ est

[c] Orithyiam Erechthei regis Athenienſ. F. de quo vide lib. 6. Metam.

* Et tuta à bel. libr. duo.

[d] Phædram & Ariadnam.

Finge tamen, si vis, ingens consurgere bellum:
Et mihi sunt vires, & mea tela nocent.
Nec minor est Asiæ, quam vestræ copia terræ:
Illa viris dives, dives abundat equis.
Nec plus Atrides animi Menelaus habebit,
Quàm Paris, aut armis anteferendus erit.
Pæne puer cæsis abducta armenta recepi
Hostibus: & [a] causam nominis inde tuli.
Pæne puer iuuenes vario certamine vici:
In quibus Ilioneus, Deiphobusq; fuit.
Neue putes, nō me nisi comminus esse timendum:
Figitur in iusso nostra sagitta loco.
[b] Non potes hæc illi primæ dare facta iuuentæ:
Instruere Atriden non potes arte mea.
Omnia si dederis, nunquam dabis Hectora fratrē:
Vnus ex innumeris militis instar erit.
Quid valeam, nescis: & te mea robora fallunt:
Ignoras cui sis nupta futura viro.
Aut igitur nullo belli repetēre tumultu:
Aut cedent Marti [c] Dorica castra meo.
*Nec tamen * indigner pro tanta sumere bellum*
Coniuge: certamen præmia magna mouent.
*Tu quoq;, si * totus de te contenderit orbis,*
Nomen ab æterna posteritate feres.
Spe modò non timida Dijs hinc egressa secundis,
Exige cum plena [d] munera pacta fide.

[a] Αλέξανδρος cognominat⁹, cum Paris dict⁹ esset, quod mortem intentatam effugerit cum esset expositus.

[b] Non potes Menelao tribuere facta primæ iuuentutis meæ.

[c] Græcorū exercitus.

* indignor

* de te totus

[d] Coniugium & regni partē tibi promissam.

IN XVI. EPISTOLAM ARGVMENTVM.

Contrarium asserit Scalig. in hypocr. aliquot rationib. probans eam esse Ouidij.

Multi hanc epistolam non esse Ouidij contendunt, asserentes Sabinum omnes responsales literas confinxisse. Quod ipsius Ouidij testimonio comprobare nituntur, cùm in secundo Elegiarum ita ad Marcum scribat:

Quàm citò de toto rediit meus orbe Sabinus,
Scriptaq; diuersis rettulit ille locis!
Candida Penelope signum cognouit Vlyssis:
Legit ab Hippolyto scripta nouerca suo.
Iam pius Aeneas miseræ rescripsit Elissæ:
Quodq; legat Phyllis, si modò viuit, habet.
Tristis ad Hypsipylen ab Iasone littera venit:
*Dat * notam Phœbo * Lesbia amica lyram.*

* votam
* Lesbis

Quod quidem nihil ad rem facere videtur: cum nullam interim de Helena mentionem faciat. Verum statim subiungit hos duos versus:

Et Paris est illic, & adulterâ nobile crimen:
Et comes extincto Laodameia viro.

Quibus facilè conuincuntur, nisi ad Sabinum referre malint. Sed cùm Ouidianis epistolis respondeat, quomodo possunt esse Sabini? Non enim Paris, nec Laodameia respondent, sed scribunt. Nimirum hæ quoq; Ouidianæ sunt, & eodem pænè stylo scriptæ, quo reliquæ. Helena autem, lecta Paridis Epistola, quasi offensa, primùm respondens obiurgat. Deinde vt pudorem tutetur, Paridis suasiones infringere conatur, quædam semina spargendo, ne omninò illius amorem negligere videatur. Et sic apertè ostendit, muliebre ingenium varium esse, atque mutabile: iuxta illud Ouidianum in arte amandi: Forsitan & primo veniet tibi littera tristis: Quæq; roget, ne se sollicitare velis. Quod rogat illa, timet: quod nó rogat, optat vt instes. Postremò Paridis voluntatem impletura, vt honestius, ita tutius visum est, si

quid

quid in desiderio erit, non literis mandare, sed vt Clymene & Aethra comites fidissimæ exponerent: idq; cùm fecissent, cum Paride & Helena ad Troiam aduectæ sunt.

HELENA PARIDI respondet.

NVnc oculos tua cùm violarit epistola nostros,
Non rescribendi gloria visa leuis.
*Ausus es hospitij * temeratis aduena sacris,*
Legitimam nuptæ sollicitare fidem?
Scilicet idcircò ventosa per æquora vectum
Excepit portu Tænaris ora suo?
Nec tibi, diuersa quanuis à gente venires,
Oppositas habuit regia nostra fores?
*Esset vt * officij merces iniuria tanti?*
Qui sic intrabas, hospes, an hostis eras?
Nec dubito, quin hæc, cùm sit tam iusta, vocetur
Rustica iudicio nostra querela tuo.
Rustica sim sanè, dum non oblita pudoris,
Dumq; tenor vitæ sit sine labe meæ.
*Si non est ficto * vultus mihi tristis in ore:*
Nec sedeo duris torua supercilijs:
*Fama tamẽ clara est: & adhuc sine crimine * vixi:*
Et laudem de me nullus adulter habet.
Quò magis admiror quæ sit fiducia cœpto:
Spemq; tori dederit quæ tibi causa mei.
*An, quia vim nobis Neptunius * attulit heros,*
Rapta semel, videor bis quoq; digna rapi?
Crimen erat nostrum, si [b] delinita fuissem:

a Violato iure hospitij, quod sub tutela erat Iouis τῶ ξενίου.

* hospitij minus bene.

* tristis mihi vultus

* Iusi lib. duo: non inscitè.

* intulit libr. duo. Intelligit autem Theseum: de quo vi de Isocr. Helen. encom.

b Blanditijs captata & illecta.

Cum sim rapta, meum quid nisi nolle fuit?
Non tamen ex facto fructum tulit ille petitum:
Excepto redij pauor timore nihil.
Oscula luctando tantummodò pauca proteruus
Abstulit: vlterius nil habet ille mei.
Quæ tua nequitia est, non his contenta fuisset:
Dij melius: simulis non fuit ille tui.
Reddidit intactam: minuitq; modestia crimen:
Et iuuenem facti pœnituisse patet.
Theseа pœnituit, Paris vt succederet illi:
Ne quando nomen non sit in ore meum.
Nec tamen irascor: quis enim succenset amanti?
Si modò, quem præfers, non simulatur amor.
Hoc quoq; enim dubito: non quòd fiducia desit:
Aut mea sit facies non bene nota mihi.
Sed quia credulitas damno solet esse puellis:
Verbaq; dicuntur vestra carere fide.
At peccant aliæ, matronaq; rara pudica est:
Quis prohibet raris nomen inesse meum?
Nam mea quòd visa est tibi mater idonea, cuius
Exemplo flecti me quoq; posse putes:
Matris in admisso falsa sub imagine lusæ
Error inest: pluma tectus adulter erat.
Nil ego, si peccem, possum nescisse: nec vllus
Error, qui facti crimen obumbret, erit.
Illa bene errauit, vitiumq; auctore redemit.
Felix in culpa quo Ioue dicar ego?
Et genus, & proauos, & regia nomina iactas,
Clara domus satis hæc nobilitate sua est.

Iuppiter

a Nec tamen è fact.
* luctanti, h.e. reluctanti.
a Rapinæ culpam.
b εἰρωνικῶς.
c Sub cycni imagine.
* leuauit, h.e. facti culpam minuit, vel cõpensauit.
d Quem ego Iouem, si peccem, culpæ meæ possim prætendere?
* Quod gen.

Iuppiter vt ſoceri proauus taceatur, & omne
Tantalidæ Pelopis, Tyndareiq; genus:
Dat mihi Leda Iouem cycno decepta parentem:
Quæ falſam gremio credula fouit auem.
I nunc: & Phrygiæ claræ primordia gentis,*
Cumq; ſuo Priamo Laomedonta refer.
Quos ego [a]ſuſpicio: ſed, qui tibi gloria magna eſt
[b]Quintus, is à noſtro ſanguine primus erit.
Sceptra tua quanuis rear eſſe potentia Troiæ:
Non tamen hæc illis eſſe minora puto.
Si iam duitijs locus hic, numeroq; virorum
Vincitur: at certè barbara terra tua eſt.
Munera tanta quidem promittit epiſtola diues,
Vt poſſint ipſas illa mouere Deas.
Sed ſi iam vellem [c]fines tranſire pudoris:
Tu maior culpæ cauſa futurus eras.
Aut ego perpetuò famam ſine labe tenebo:
Aut ego te potius, quàm tua dona, ſequar.
Vtq; ea non ſperno, ſic acceptiſſima ſemper
Munera ſunt, auctor quæ preciosa facit. (boris:
Plus multò eſt, quòd amas, quòd ſum tibi cauſa la-
Quòd tam per longas ſpes tua venit aquas.
Illa quoq;, appoſita quæ nunc facis improbe menſa,
Quanuis experiar diſſimulare, noto.
Tu modò me ſpectas oculis laſciue proteruis,
Quos vix inſtantes lumina noſtra ferunt.
Et modò ſuſpiras: modò pocula proxima nobis
Sumis: quaq; bibi, tu quoq; parte bibis.
Ah quoties dixi tis, quoties ego tecta notaui

* latæ

a Veneror, admiror.

b Quintus à Ioue Priamo: Nam Iup. Dardanum. Dard. Erichthoniũ, Erichthonius Troen, Tros Laomedonta Priami patrem genuit.

c Cic. Qui ſemel verecundiæ fines tranſierit.

Signa supercilio parè loquente dari!
Et sæpe extinui, ne vir meus illa videret:
Non satis occultis erubuiq; notis.
Sæpe vel exiguo, vel longo murmure dixi:
Nil pudet hunc: nec vox hæc mea falsa fuit.
[a] Orbe quoq; in mensæ legi sub nomine nostro,
Quod deducta mero littera fecit AMO.
Credere me tamen hæc oculo renuente negaui.
Hei mihi, iam didici [b] sic quoq; posse loqui.
Hu ego blanditijs, si peccatura fuissem,
Flecterer: hu poterant pectora uostra capi:
Est quoq;, confiteor, facies tibi rara: potestq;
Velle sub amplexus ire puella tuos.
Altera sed potius felix sine crimine fiat,
*Quam cadat * extremo noster amore pudor.*
Discè meo exemplo formosis posse carere:
Est virtus placidis abstinuisse bonis.
*Quam multos credis iuuenes * optare, quod optas?*
*Qui * sapiunt, oculos an Paris unus habes?*
Non tu plus cernis: sed plus temerarius audes:
*Non tibi plus cordis, sed minus [c] oris * inest.*
Tunc ego te vellem celeri venisse carina,
Cùm mea virginitas mille petita procis.
Si te vidissem, primus de mille fuisses:
Iudicio veniam vir dabit ipse meo.
Ad possessa venis, præreptaq; gaudia ferus:
Spes tua lenta fuit: quod petis, alter habet.
[d] Vt tamen optarem fieri tua Troica coniux:
Inuitam sic me non Menelaus habet.

Desine

[a] Romæ pretiosioris mensæ rotundæ fuerunt, ex citro arbore nobilissima, in Mauritania apud Atlantem monte sola nascente.
[b] Oculorū nutibus. Tibull. Neu te decipiat nutu, digitoq; liquorem Ne trahat, & mensę ducat in orbe notas.
* externo libr. pler. & recte.
* optasse
* sapiant libr. duo.
* Nec
[c] Verecundiæ, cuius os testis est. Terent. Os durum.
* adest libr. duo.
[d] Vt cupere de beam.

Desine [a] *molle precor verbis conuellere pectus :*
Néue mihi, quam te dicis amare, noce.
Sed sine, quam tribuit sortem fortuna, tueri :
Nec spolium nostri turpe pudoris habe.
At Venus hoc pacta est, & in altæ vallibus Idæ
Tres tibi se nudas exhibuêre Deæ.
Vnaq́ cum regnum, belli daret altera laudem :
Tyndaridis coniux, tertia dixit, eris.
Credere vix equidem cœlestia numina possum
Arbitrio formam supposuisse tuo.
Vtq́ sit hoc verum : certè pars altera ficta est :
[b] *Iudicij precium qua data dicar ego.*
Non est tanta mei fiducia corporis, vt me
Maxima, teste Dea, dona fuisse putem.
Contenta est oculis hominum mea forma probari :
*Laudatrix Venus est * insidiosa mihi.*
*Sed nihil * infirmo : faueo quoq́ laudibus istis :*
Nam mea vox quare, quod cupit, esse neget ?
Nec tu succense [c] *nimium mihi creditus ægrè :*
Tarda solet magnis rebus inesse fides.
[d] *Prima mea est igitur Veneri placuisse voluptas :*
Proxima, me visam præmia summa tibi.
Nec te Palladios, nec te Iunonis honores
Auditis Helenes præposuisse bonis.
Ergo ego sum virtus, ego sum tibi nobile regnum :
*Ferrea * sim, si non hoc ego pectus amem.*
Ferrea, crede mihi, non sum : sed amare recuso
Illum, quem fieri vix puto posse meum.
[e] *Quid bibulum curuo proscindere littus aratro,*

Spemq́

[a] Femineum, & varium & mutabile semper.

[b] Merces sententiæ pro Venere latæ in formę iudicio.

* inuidiosa

* insinuo, malè.

[c] Quod ægrè admodum verbis tuis fidem habuerim.

[d] Hac diuisione, quicquid insinuauerit detegit.

* sum Naug.

[e] Idem Oenon quid arenæ semina mandas ?

Spemq; sequi coner, quam locus ipse negat?
Sum rudis ad Veneris furtum: nullaq; fidelem
(Dij mihi sunt testes) lusimus arte virum.
Nūc quoq;, quòd [a] *tacito mando mea verba libello,*
Fungitur officio littera nostra nouo.
Felices, quibus [b] *vsus adest: ego nescia rerum*
Difficilem culpæ suspicor esse viam.
Ipse [c] *malo metus est: iam nūc confundor: & omnes*
In nostris oculos vultibus esse reor.
Nec reor hoc falsò: sensi mala murmura vulgi:
Et quasdam voces rettulit Aethra mihi.
At tu dissimula, nisi * *tu desistere mauis:*
*Sed cur desistas? dissimulare * licet.*
Lude: sed occultè: maior, non maximus nobis
Est data libertas, quòd Menelaus abest.
[d] *Ille quidem procul est, ita re cogente, profectus:*
Magna fuit subita iustaq; causa via.
At mihi sic * *visum est. ego cum dubitaret an iret,*
Quàm primum, dixi, fac redituru eas.
Omine lætatus dedit oscula: resq;, domusq;
Et tibi sit curæ Troicus hospes, ait.
Vix tenui risum: quem dum compescere luctor,
Nil illi potui dicere, præter erit.
*Vela quidem * ventis Creten dedit ille secundis:*
Sed tu non ideò cuncta licere puta.
Sic meus hinc vir abest, vt me custodiat absens:
An nescis longas regibus esse manus?
Fama quoq; est oneri: nam [e] *quo constantius ore*
Laudamur vestro: iustius ille timet.

Que

[a] Literis occultis.

[b] Experientia & exercitatio.

[c] Metus mihi nocet. Ita contrà bono esse dicunt.

* si libr. duo.

* potes libr. pler.

[d] Menelai discessum à necessitate tuetur, quem Patris simplicitate damnauerat.

* iussum non malè, vt referatur ad illud: Exit: & Idæi mando tibi, dixit itur.

* Creten ventis ded.

[e] Quanto formæ nostræ gloria maior est, tanto iustiorē ille timendi causam habet.

Quæ iuuat, vt nũc est, eadẽ mihi gloria damno est: a Fama honesta mihi obstat, ne pereem.
Et melius famæ verba dedisse fuit.
Nec quod abest, hic me tecum mirare * relictam: * relicta libr. duo, rectius.
Moribus & vitæ credidit ille meæ.
De facie metuit: vitæ confidit: & illum
Securum probitas, forma timere facit.
b Tempora ne pereant vltro data præcipis: vtq́ Simplicis vtamur commoditate viri. b Temporis opportunitas, ὁ καιρός.
c Et libet: & timeo: nec adhuc exacta voluntas, Est satis: in dubio pectora nostra labant. c Suasionem concedit, factum differendo.
Et vir abest nobis: & tu sine coniuge dormis:
Inq́ vicem tua me, te mea forma capit.
Et longæ noctes: & iam d sermone coimus: d Colloquio literarum coniungimur.
Et tu (me miseram) blandus: & vna domus.
Et peream, si non inuitent omnia culpam:
Nescio quo tardor sed tamen ipsa metu.
Quod male persuades, vtinam bene cogere posses:
Sic mea rusticitas excutienda foret.
Vtilis interdum est ipsis iniuria e passis: e Qui ea affecti sunt.
Sic certe felix ipsa coacta forem.
Dum nouus est, cœpto potius pugnemus amori:
Flamma recens parua sparsa resedit aqua.
Certus in hospitibus non est amor: errat, vt ipsi:
Cumq́ nihil speres firmius esse, fugit.
Hypsipyle testis: testis f Mineia virgo: f Ariadne.
In non exhibitis vtraq́ iuncta toris.
Tu quoq́ dilectam multos infide per annos
Dicere Oenonen deseruisse tuam.
Nec tamen ipse negas: & nobis omnia de te

Quærere,

Quærere, si nescis, maxima cura fuit.
Adde, quod, vt cupias, constans in amore manere
Non potes: expedient iam tua vela Phryges.
Dum loqueris mecum, dum nox sperata paratur,
Qui ferat in patriam iam tibi ventus erit.
Cursibus in medijs nouitatis plena relinques
Gaudia: [a] cum ventis noster abibit amor.
An sequar, vt suades, laudataq; Pergama visam?
Pronurus & magni Laomedontis ero?
Non ita contemno volucris præconia famæ,
Vt [b] probris terras impleat illa meis.
Quid de me [c] poterit Sparte? quid Achaia tota?
Quid gentes Asiæ? quid tua Troia loqui?
Quid Priamus de me? Priami quid sentiet vxor?
Totaq; tui fratres? Dardaniaq; nurus?
Tu quoq; qui poteris fore me sperare fidelem?
[d] Et non exemplis anxius esse tuis?
Quicunq; Iliacos intrauerit aduena portus,
Is tibi solliciti causa timoris erit.
Ipse mihi quoties iratus, adultera, dices,
Oblitus nostro crimen inesse tuum?
Delicti fies idem reprehensor, & auctor.
Terreat, precor, vultus obruat ante meos.
At fruar Iliacis opibus, cultuq; [e] beato:
Donaq; promissis vberiora feram.
Purpura nempe mihi, pretiosaq; texta dabuntur:
Congestoq; auri pondere dives ero.
Da veniam fassæ: non sunt tua munera tanti:
[f] Nescio quo tellus me tenet ista modo.

a Proper. Quantum oculis, animo tam procul ibit amor.
b Adulterij infamia.
c Poterit loqui h. e. loquetur peculiari quadam elegantia Verbi Possum. Vide Canter. lib. 2. cap. 2. Nouar. lect.
d Ita alib. Multa miser timeo, quia feci multa proterue: Exemplisq; metu. torqueor ipse mei.
e Diuite: Græcorum more qui εὐδαίμονας vocant aliquando opibus abundantes, Catull. ego, vt puellæ Vnum me facerem beatiorũ.
f Idẽ de Ponto: Nescio qua natale solum dulcedine cũctos Ducit, & immemores non sinit esse sui.

Quis

Quis mihi, si lædar, Phrygijs succurret in oris?
Vndè petam fratris? vnde parentis opem?
Omnia Medeæ fallax promisit Iason:
Pulsa est Aesonia non minus illa domo.
*Non erat Aeëtes, ad quem despecta * veniret,*
Non Ipsea parens, Chalciopeq; soror.
Tale nihil timeo: sed nec Medea timebat.
Fallitur [a] augurio spes bona sæpe suo.
Omnibus inuentes, quæ nunc iactantur in alto,
*Nauibus * à portu lene fuisse fretum.*
[b] Fax quoq; me terret, quam se peperisse cruentam
Ante diem partus est tua visa parens.
Et [c] vatum timeo monitus, quos igne Pelasgo
Ilion arsurum præmonuisse ferunt.
Vtq; fauet Cytherea tibi, quia vicit, habetq;
Parta per arbitrium [d] bina trophæa tuum:
*Sic illas * vereor, quæ, [e] si tua gloria vera est,*
Iudice te [f] causam non tenuere duæ.
Nec dubito quin, te si persequar, arma parentur,
Ibit per gladios, hei mihi, noster amor.
An fera Centaurus indicere bella coëgit
[g] Atracis Hæmonios Hippodamia viros?
Tu fore tam lentum iusta Menelaon in ira,
Et geminos fratres, Tyndareumq; putas?
*Quod bene te * iactes, & fortia facta * loquaris:*
*A verbis facies * dissidet ista tuis.*
Apta magis Veneri, quam sunt tua corpora Marti.
*Bella gerant * fortes, tu Pari semper ama.*
Hectora, quem laudas, pro te pugnare iubeto:

* rediret libr. pleriq.

[a] Eo quod euenturum sibi boni pollicetur. Eurip. τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη, * in libr. duo. non malè.

[b] Virgil. X. —& face prægnans Cisseis regina Paris creat.

[c] Cassandræ: ἐγὼ λέγω.

[d] A Iunone & Pallade. * timeo libr. pleriq. probè.

[e] Si verum est quod tu gloriose iactas. Actiuè.

[f] Causa cecidere. [g] Thessalica: ab Atrace Thessaliæ vrbe. * iactas * recenses * decidet * alij

Militia

*Militia est operis [a] altera digna * tuis.*
His ego, si saperem, paulò q̃ audacior essem,
Vterer: vtetur, si qua puella sapit.
*Aut ego depositò faciam fortasse * pudore,*
Et dabo conuictas tempore victa manus.
Quod petis, vt furtim præsentes ista loquamur:
Scimus, quid captes, colloquiumq̃ voces.
Sed nimiũ properas: & adhuc [b] tua messis in herba
*Hæc mora * sit voto forsan amica tuo.*
Hactenus arcanum furtiuæ conscia mentis
Littera, iam lasso pollice, sistat opus.
*Cetera per socias Clymenen Aethrãq̃ * loquamur,*
Quæ mihi sunt comites consiliumq̃ duæ.

[a] Amoris & Veneris non Martis.
* tui
* timore
[b] Spes tua immatura est, sumta tralatione à segetib. Vide adag. In herba esse.
* sit
* loquemur.

IN XVII. EPISTOLAM ARGVMENTVM.

Hellespontiacum mare septem tantùm stadijs teste Plinio, Europam ab Asia diuidens, Sestos in Europa, Herus patriam, & Abydon in Asia, ex qua fuit Leander, aduersas vrbes habet. Cùm autem Leander Abydenus Sestiam puellam Herò miserè deperiret, per Hellespontum noctu ad eã natare consueuerat. Sed maris tempestate interclusus, iam præteritis septem diebus, ad amicam Herò, per audacem nautam, ea tempestate Sestion nauigantem, hanc epistolam misit: in qua primùm amorem suum firmum & stabilem esse ostendit. Deinde queritur quòd natandi facultas, ob feruentissimum maris æstum, sibi sit ablata. Demùm verò pollicetur se breui iturum: et, quamuis mare non fuerit tranquillum, se tamen periculis potius commissurum, quàm illius iucundissimo con-

mo conſpectu atque colloquio cariturum. Vnde de eo ſic cecinit Martialis :

Cùm peteret dulces audax Leander amores,
Et feſſus tumidis iam premeretur aquis :
Sic miſer inſtantes effatus dicitur vndas,
Parcite, dum propero : mergite, dum redeo.

LEANDER HERONI.

Mittit Abydenus, quam mallet ferre, ſalutem,
*Si cadat * vnda maris, [a] Seſta puella, tibi.*
[b] Si mihi Dij faciles & ſunt in amore ſecundi,
Inuitis oculis hæc mea verba leges.
Sed non ſunt faciles. nam cur mea vota morantur?
Currere me nota non patiuntur aqua?
Ipſa vides cœlum pice nigrius, & freta ventis
Turbida, perq; cauas vix adeunda rates.
Vnus, & hic audax, à quo tibi littera noſtra
*Redditur, à portu nauita * mouit iter.*
[c] Aſcenſurus eram, niſi quod dum vincula proræ
Solueret, in ſpeculis [d] omnis Abydos erat.
Non poteram celare meos, velut antè, parentes :
Quemq; tegi volumus, non latuiſſet amor.
Protinus hæc ſcribens, felix ì litera, dixi :
Iam tibi formoſam porriget illa manum.
Forſitan admotis etiam tangêre labellis,
Rumpere dum niueo vincula dente volet.
Talibus exiguo dictis mihi murmure verbis,
Cetera cum charta dextra locuta mea eſt.
Ah quanto mallem, quàm ſcriberet, illa natares :

* ira lib. pler. probè.
a Seſtia, inuſitatè.
b A dubitatione pathos.
* fecit libr. pler.
c Nauem cum illo conſcenſurus.
d Omnes Abydeni.

Meq; per assuetas sedula ferret aquas!
Aptior illa quidem placido dare verbera ponto:
Est tamen & sensus apta ministra mei.
Septima nox agitur, [a] *spacium mihi longius annu*
*Sollicitum raucis * quòd mare feruet aquis.*
His ego si vidi mulcentem pectora somnum
Noctibus, insani sit mora longa freti.
Rupe sedens aliqua specto tua littora tristis:
Et, quòd non possum corpore, mente feror.
[b] *Lumina quinetiam summa vigilantia turre*
Aut videt, aut [c] *acies nostra videre putat.*
Ter mihi deposita est in sicca vestis arena:
Ter graue tentaui carpere nudus iter.
Obstitit inceptis tumidum iuuenilibus æquor:
Mersit & aduersis ora natantis aquis.
[d] *At tu de rapidis immansuetissime ventis*
Quid mecum certa prœlia mente geris?
*In me, si nescis Borea, * non æquora sæuis:*
Quid faceres, esset ni tibi notus amor?
Tam gelidus cùm sis, nõ te tamen improbe quon
[e] *Ignibus Actæis incaluisse * negas.*
Gaudia rapturo si quis tibi claudere vellet
[f] *Aërios aditus, quo paterêre modo?*
*Parce precor: facilemq; move * moderantius aur*
Imperet & Hippotades sic tibi triste nihil.
Vana peto, precibusq; meis obmurmurat ipse:
Quasq; quatit, nulla parte coërcet aquas.
Nunc daret audaces vtinam mihi Dædalus alas,
*Icarium quanuis * hîc prope littus adest.*

[a] Hyperbole. * vt Nauger. probè.
[b] Facem ardentem in summa turri.
[c] Oculorum acies.
[d] Ad Boream apostrophe. * nec in
[e] Orithyiæ Athenienſis amore. * neges.
[f] Iter per aëra. * moderatius.
[g] Aeolus Hippotæ F. Mimante genitus.
* hoc

Quis

Quicquid erit, patiar: liceat modò corpus in auras
Tollere, quod dubia ſæpe pependit aqua.
Intereà dum cuncta negant ventiq́, fretumq́:
Mente agito furti tempora prima mei.
Nox erat incipiens (nanq́ eſt meminiſſe voluptas)
Cum foribus patrijs egrediebar amans.
Nec mora: depoſito pariter cum veſte timore,
Iactabam liquido brachia lenta mari.
Luna mihi tremulum lumen præbebat eunti,
Vt comes in noſtras officioſa vias.
Hanc ego ſuſpiciens, faueas ô candida, dixi:
Et ſubeant animo [a] Latmia ſaxa tuo.
Non ſinit Endymion te pectoris eſſe ſeueri:
Flecte precor vultus ad mea [b] furta tuos.
Tu Dea mortalem cœlo delapſa petebas,
(Vera loqui liceat) quam ſequor, ipſa Dea eſt.
Neu referam mores cœleſti pectore dignos:
Forma niſi in veras non cadit illa Deas.
[c] A Veneris facie non eſt prior vlla, tuaq́:
Neue meis credas vocibus, ipſa vide.
**Quantò, cum radijs fulges [d] argentea puris,*
Concedunt flammis ſidera cuncta tuis:
Tantò formoſis formoſior omnibus illa eſt.
Si dubitas, cæcum Cynthia lumen habes.
Hæc ego, vel certè non his diuerſa locutus,
Per mihi cedentes nocte ferebar aquas.
Vnda repercuſſæ radiabat imagine lunæ:
Et nitor in tacita nocte diurnus erat.
Nullaq́ vox vnquam noſtras veniebat ad aures,

a Latmius Cariæ mons, vbi Lun. cum Endym. concubuiſſe in fabulis eſt. Catull. Vt Triuiam furtim ſub Latmia ſaxa relegans. Dulcis amor gyro deuocet aerio.

b Amores furtiuos. Muſæus κρυφίους ἔρωτας appellat.

c Proximè & ſecundum Venerem non eſt vlla forma præſtantior. Muſæ. κύπρις φίλη μετὰ κύπριν.

* Quantum Fabr. pler. bene.

d Colore argenteo, qui eſt Lunæ ſerenæ.

Præter dimotæ corpore murmur aquæ.

a Alludit ad fabulam Alcyones.

a Alcyones solæ, memores Ceycis amati,
Nescio quid vitæ sunt mihi dulce queri.
Iamq; fatigatis humero sub vtroq; lacertis,
Fortiter in summas erigor altus aquas.
Vt procul aspexi lumen: meus ignis in illo est:
Illa meum, dixi, littora * lumen habent.
Et subitò lassis vires redière lacertis:
Visaq;, quàm fuerat, mollior vnda mihi.
Frigora ne possim gelidi sentire profundi,
Qui calet in cupido pectore, præstat amor.
Quò magis accedo, propioraq; littora fiunt,
Quòq; minus restat: plus libet ire mihi.
Cùm verò possum cerni quoq;: protinus addis
Spectatrix animos: vt valeamq;, facis.
Tunc etiam nando dominæ placuisse laboro:
Atq; oculis iacto brachia nostra tuis.
Te tua vix prohibet nutrix descendere in altum:
Hoc * quoq; enim vidi: nec mihi verba dabat.
Nec tamen effecit, quamuis retinebat euntem,
Ne fieret prima pes tuus vdus aqua.
Excipis amplexu, feliciaq; oscula iungis:
Oscula dijs magnis trans mare digna peti.
Deq; tuis demtos humeris mihi tradis amictus:
Et madidam siccas aquoris imbre comam.
Cetera nox, & nos, & turris conscia nouit:
Quodq; mihi monstrat ver vada, lumen, iter.
Non magis illius numerari gaudia noctis,
b Hellespontiaci quàm maris * alga potest.

* numen

* etenim

b Sic dicti ab Helle Phryxi sorore istic sub mersa.

* vnda

Qui

Quo breuius ſpacium nobis ad furta dabatur,
Hoc magis eſt cautum, ne foret illud iners.
*Iamq; fugatura * Tithoni coniuge noctem,* a Aurora.
Præuius Aurora Lucifer ortus erat.
Oſcula congerimus properata ſine ordine raptim:
Et queritur paruas noctibus eſſe moras.
*Atq; ita * contactus, monitu nutricis amaro* * cunctatus al. contactus malè.
Frigida deſerta littora turre peto.
Digredimur flentes: repetoq; ego b virginis æquor, b Helles pontum.
Reſpiciens dominam, dum licet, vſq; meam.
Si qua fides vero eſt, veniens huc, eſſe natator:
Cum redeo, videor naufragus eſſe mihi.
Hoc quoq; ſi credis, ad te via prona videtur:
A te cum redeo c cliuus inertis aquæ. c Aſcenſus, ſeu monticulus: & eſt Metapho ra ab aurigis.
Inuitus patriam repeto, quis credere poſſet?
Inuitus certè nunc moror vrbe mea.
Hei mihi, cur animis iuncti, ſecernimur vndis?
Vnaq; mens, tellus non habet vna duos?
Vel tua me Seſtos, vel te mea ſumat Abydos:
Tam tua terra mihi, quàm tibi noſtra placet.
Cur ego confundor, quoties confunditur æquor?
Cur mihi cauſa leuis ventus obeſſe poteſt? d Hyperbolè augens πάθος.
d Iam noſtros curui norunt Delphines amores:
Ignotum nec me piſcibus eſſe reor. e Quod non liceret mihi ad te redire niſi nando.
Iam patet attritus ſolitarum limes aquarum,
Non aliter multa quam via preſſa rota.
e Quod mihi non eſſet, niſi ſic, iterare, querebar: f Ventis prohibentibus.
At nunc f per ventos hoc quoq; deeſſe queror.* * id
Fluctibus immodicis g Athamantidos æquora canet: g Helles Athamantis F.

Vixq; manet portu tuta carina suo.
Hoc mare, cum primum de virgine nomina mersa,
Quæ tenet, est nactum, tale fuisse puto.
Est satis amussa locus hic infamis ab Helle:
*Vtq; mihi parcat, * crimine nomen habet.*
Inuideo Phrixo: quem per freta tristia tutum
Aurea lanigero vellere vexit ouis.
Nec tamen officium [a] pecoris, nauisq; requiro:
Dummodo, quas findam corpore, dentur aquæ.
*Arte egeo nulla: * detur modò copia nandi:*
Idem nauigium, nauita, vector ero.
Nec sequar aut Helicē, aut, quæ Tyrus vtitur, [b] Arcton
[c] Publica non curat sidera noster amor.
Andromeden alius spectet, claramq; Coronam,
Quæq; micat gelido Parrhasis vrsa polo.
At mihi [d] quæ Perseus, et [e] cum Ioue [f] Liber amarunt
Indicium dubiæ non placet esse viæ.
*Est aliud * lumen multò mihi certius istis:*
Non erit in tenebris quo duce noster amor.
Hoc ego dum spectem, Colchos atq; vltima ponti
Quaq; viam fecit Thessala puppis, eam.
Et iuuenem possim superare Palæmona nando:
[g] Miraq; quem subitò redidit herba Deum.
Sæpe per assiduos languent mea brachia motus:
Vixq; per immensas fessa trahuntur aquas.
His ego cum dixi, [h] præcium non vile laboru,
Iam dominæ vobis colla tenenda dabo:
Protinus illa valent: atq; ad sua præmia tendunt
Vt celer [i] Eleo carcere missus equus.

* nomine crimen hab. libr. pler. & rectè. h. e. malè audit propter nomen suum.
a Arietis, quo vectus est Phrixus.
* fiat
b Cynosuram. Cic. Hac duce nocturna fidūt Phœnices in alto. Musæ.
καί μιν ὀπιπλόων ἐκ νύκτα φυλάσσει ἄμμορον ἄστρων, Οὐ θρασυὸ ἐείσατο, ἢ ἄδεχον ἁλὸς ἀμάξης.
c Quib. omnes vulgo vtuntur.
d Andromedæ Sidus.
e Arctos siue Callisto.
f Ariadnæ corona.
* numen malè.
g Notat. Glauci: de quo vide 13. Metamorph.
h σωθέντις ἐπεξηγητικά.
i In Olympiaco certamine prope Elidem.

Ipse meos igitur seruo, quibus vror, amores:
Teq́ magis cœlo digna puella sequor.
*Digna quidem cœlo, sed adhuc tellure * morare.*
Aut dic, ad superos hinc mihi quâ sit iter.
**Hinc est quòd raro misero contingit amanti:*
Cumq́ mea fiunt turbida mente freta.
Quid mihi, quòd lato non separor æquore, prodest?
Non minus hæc nobis tam breuis obstat aqua.
Num malim, dubito, toto procul orbe remotus
Cum domina longè spem quoq́ habere meam.
*Quò propius nunc * est, flamma propiore calesco:*
Et res non semper, spes mihi semper adest.
Pæne manu quod amo, tanta est vicinia, tango:
Sæpe sed, heu, lacrymas [a] hoc mihi pæne mouet.
[b] Velle quid est aliud fugientia prendere poma?
Spemq́ suo refugi fluminis ore sequi?
Ergo ego te nunquā, nisi cùm volet vnda, tenebo?
Et me felicem nulla videbit [c] hyems?
Cumq́ minus firmum nil sit, quam vētus & vnda,
In ventis, & aqua spes mea semper erit?
Æstus adhuc tamē est: qd cùm mihi læserit æquor,
[d] Pleias, & Arctophylax, Oleniumq́ pecus?
Aut ego non noui, quàm sim temerarius: aut me
In freta [e] non cautus tunc quoq́ mittet amor.
Neue putes id me quod abest promittere tempus:
Pignora polliciti non tibi tarda dabo.
Sit tumidum paucis etiam nunc noctibus æquor:
Ire per inuitas experiemur aquas.
Aut mihi continget felix audacia saluo:

* moraris

* Hìc es, & exiguum mis. contingis am. pler. rectius.

* es

[a] Quod pæne manu nos tangimus, nec tamē vnâ esse nob. licet.
[b] Alludit ad Tantali fabulā, de quo alib. Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat Tantal.
[c] Tempestas.
[d] Pleiades ortu, & occasu tempestates cient, sicut & Bootes, & Capella.
[e] Incautus, ἰσοδυναμία.

[a] Obitum sibi præsagit: natando .n. submersus est.

[a] *Aut mors solliciti finis amoris erit.*
Optabo tamen, vt partes expellar in illas:
Et teneant portus naufraga membra tuos.
Flebis enim: tactuq́ meum dignabere corpus:
Et mortis, dices, huic ego causa fui.
Scilicet interitus offenderis omine nostri:
Litteraq́ inuisa est hac mea parte tibi.
Desine parte queri: sed, vt & mare finiat iram,
[b] Vota tua cũ meis cõiunge.
[b] *Accedant quaeso fac tua vota meis.*
* transfretor minus bene.
*Pace breui nobis opus est, dum * transferor istuc:*
Cum tua contigero littora, perstet hyems,
* Illic, Naug.
**Istic est aptum nostræ nauale carinæ,*
Et melius nulla stat mea puppis aqua.
[c] Illic
[c] Istic me claudat Boreas, vbi dulce morari est:
Tunc piger ad nandum, tunc ego cautus ero.
Nec faciam surdis conuicia fluctibus vlla:
Triste natanturo nec querar esse fretum.
Me pariter venti teneant, teneriq́ lacerti:
Per causas istic impediarq́ duas.
Cum patietur hyems, remis ego corporis vtar:
Lumen in aspectu tu modò semper habe.
Interea pro me pernoctet epistola tecum:
Quàm, precor, vt minima persequar ipse mora.

IN XIIX. EPISTOLAM ARGVMENTVM.

Non satis constat, cuius hæc sit epistola cum præcedente, duabusque sequentibus. Nam neq; quæ legitur Leandri ad Heronem, nec quæ Hero ad Leandrum, nec quæ Acontij ad Cydippen, ne-

qua

quæ Cydippes ad Acontium, ab Ouidio vnquam scriptas fuisse, aut à Sabino, ipsemet comprobat in secundo Elegiarum, sic scribens ad Marcum:

Et quod Penelopes verbis reddatur Vlyssi
Scribimus, & lacrymas Phylli relicta tuas.
Quod Paris, & Macareus, & quod malè gratus Iasō,
Hippolytiq; parens, Hippolytusq; legant, &c.

Reliqua studiosis illic legenda relinquimus: satis est admonuisse. Hero accepta Leandri epistola respondet, id agens, vt se ardenter redamare significet, & ad mutuos amplexus amatorem aduocet. Desidiam verò interdum accusat, vt ostendat, quàm syncero & continuo amore semper amet. Aliquando in mare inuehitur. Nonnunquam timet, ne ob aliam fuerit destituta. Verùm statim amoris suspicionem in amantium consuetudinē, qui omnia timent, transferendo, coniecturam imminuit. Demùm suadet, vt non nisi tranquillo *freto* se committat.

HERO LEANDRO.

QVam mihi misisti verbis Leandre salutem,
Vt possim missam rebus habere, veni.
Longa mora est nobis omnis, quæ gaudia differt:
Da veniam fassæ: non patienter amo.
Vrimur igne pari: sed sum tibi viribus impar:
[a]Fortius ingenium suspicor esse viris.
Vt corpus teneris, sic mens infirma puellis:
Deficiam, parui temporis adde moram.
Vos modò venando, modò rus [b] geniale colendo,
[c]Ponitis in varia tempora longa mora.

[a] Fortiore animo viros esse præditos ad resistendū amori.
[b] Gignēdis frugib. vel etiam gerendis idoneum.
[c] Varijs rebus ac studijs immorando tempus collocatis.

a Distributio.

a *Aut fora vos retinent, aut vncta dona palæstræ:*
Flectitis aut fræno colla fugacis equi.
Nunc volucrem laqueo, nunc pisce ducitis hamo:
Diluitur posito serior hora mero.
His mihi submotis, vel si minus acriter vrar,
* Quid faciam? superest, præter amare, nihil.
Quod superest, facio: teq3, ô mea sola voluptas,
Plus quoq3, quàm credi quod mihi posit, amo.
Aut ego cum cara de te nutrice susurro:
Quæq3 tuum, miror, causa moretur iter.
Aut mare prospiciens, odioso concita vento
Corripio verbis æquora sæpe tuis.
Aut vbi sæuitiam paulum grauis vnda remisit,
Posse quidem, sed te nolle venire, queror.
Dũq3 queror, lacryma per amantia lumina manãt:
Pollice quas tremulo conscia siccat anus.
Sæpe tui, specto, si sint in littore passus:
Impositas tanquam seruet arena notas.
Vtq3 rogem de te, & scribam tibi, si quis Abydo
Venerit, aut, quæro, si quis Abydon eat.
Quid referam, quoties do vestibus oscula, quas tu
Hellespontiaca ponis iturus aqua?
b *Sic vbi lux acta est, & noctis amicior hora*
Exhibuit pulsa sidera clara die:
Protinus in summa c vigilantia lumina turre
Ponimus, assuetæ signa notamq3 viæ.
Tortaq3 versato ducentes stamina fuso,
Feminea tardas fallimus arte moras.
Quid loquar interea tam longo tempore, quæris:

* semotis
* Quod faciã, sup. Nauger. probè.
* pænè libr. duo.
* sæuitiæ Nau. probè.
b A tempore ἀπὸ τοῦ.
c Facem accensam.
* notasq;

Nil,

Nil, nisi Leandri nomen, in ore meo est,
Iam ne putas exisse domo mea gaudia nutrix?
*An vigilant omnes, & timet ille * suos?*
*Iam'ne * suas humeris illum deponere vestes?*
Tingere iam [b] pingui Pallade membra putas?
*Annuit illa * ferè: non nostra quòd oscula curet:*
Sed mouet obrepens somnus anile caput.
*Postq; morae * nimium, iam certè nauigat, inquã:*
Lentaq; dimotis brachia iactat aquis.
Paucaq; cùm [c] tacta perfeci stamina terra,
An medio possis quærimus esse freto.
Et modò prospicimus: timida modò voce precamur:
Vt tibi det faciles vtilis aura vias.
Auribus interdum voces captamus, & omnem
Aduentus strepitum credimus esse tui.
Sic vbi deceptæ pars est mihi maxima noctis
Acta, subit furtim lumina fessa sopor.
Forsitan inuitus, mecum tamen, improbe, dormis:
Et quanuis non vis ipse venire, venis.
Nam modò te videor propè iam spectare natantẽ:
Brachia nunc humeris humida ferre meis.
Nunc dare, quæ soleo, madidis velamina membris:
Pectora nunc iuncto nostra fouere sinu.
Multaq; præterea lingua reticenda modesta:
Quæ fecisse iuuat, facta referre pudet.
Me miseram, breuis est hæc, & non vera voluptas:
Nam tu cum somno semper abire soles.
Firmius ô cupidi tandem coëamus amantes:
**Nec careant vera gaudia nostra fide.*

a Ad nutricem apostrophe μεμητικὴ.
* patrem? * suis
b Oleo, cuius inuentrix fuit Pallas. Musæ. δέμας δ' ἔχρισεν ἐλαίῳ.
* fore, minus scitè: dicit .n. plerunque fœu ferè semper. * minimum probè.
c Producendo fila vsque ad terram.

* Ne lib. duo: sed illud fortasse rectius.

Cur

Cur ego tot viduas exegi frigida noctes?
Cur toties à me lente natator abes?
Est mare, confiteor, nondum tractabile nauti:
Nocte sed hesterna lenior aura fuit.
Cur ea praterita est? cur non ventura timebas?
*Tam bona cur periit? nec tibi * rapta via est?*
Protinus vt similis detur tibi copia cursus:
Hoc melior certè, quò prior, illa [a] fuit.
[b] At citò mutata est iactati forma profundi.
Tempore, cùm properas, sæpe minore venis.
Hîc (puto) deprensus, nil quod quereris haberes:
Meq; tibi amplexo nulla noceret hyems.
Certè ego tunc ventos audirem læta sonantes:
Et nunquam placidas esse precarer aquas.
[c] Quid tamen euenit, cur sis metuentior vndæ?
Contemtumq; prius, nunc vereare fretum?
Nam memini, cùm te sæuum veniente minaxq;
Non minus, aut multò non minus, æquor erat.
*Cùm tibi clamabam, * sic tu temerarius esto,*
Ne miseræ [d] virtus sit tua flenda mihi.
*Vnde nouus timor hic? * quoq; illa audacia fugit?*
Magnus vbi est spretis ille natator aquis?
Sis tamen hoc potius, quam quod prius esse solebas:
Et facias placidum per mare tutus iter.
Dum modò sis idem: dum sic, vt scribis, amemur:
Flammaq; non fiat frigidus illa cinis.
[e] Non ego tam ventos timeo mea vota morantes:
Quam similis vento ne tuus erret amor.
Et ne sim tanti, superentq; pericula causam:

Et vide-

* capta.

a Fuerit συνλαγμένως: hoc sensu: si detur tibi similis natandi opportunitas, quo citior illa fuerit, eo fuerit eadem melior.

b μεθυποφορὰ ex persona Leandri.

c Pellicis suspicionem ingerit.

* non perper.

d Animositas, natandi audacia.

* quoue

e Quicquid in occulta suspicione erat, aperit.

* Ne non sim Naug. non malè.

Et videar merces esse labore minor.
Interdum metuo, [a] patria ne lædar : & impar
Dicar Abydeno Sesta puella * viro.
Ferre tamen possum patientius omnia, quàm si
Ocia nescio qua pellice captus agas.
In tua si veniant alieni colla lacerti,
Sitq́; nouus nostri finis amoris amor :
Ah potius peream, quàm crimine vulnerer isto :
[b] Fataq́; sint culpa nostra priora tua.
Nec, quia venturi dederis mihi signa doloris,
Hæc loquor, aut fama sollicitata noua.
Omnia sed vereor, (quis enim securus amauit ?)
Cogit & absentes * multa timere locus.
Felices illas, [c] sua quas præsentia nosse
Crimina vera iuuat, falsa timere vetat.
Nos tam vana mouet, quàm facta [d] iniuria fallit :
Incitat & [e] morsus error vterq; pares.
O vtinam venias : aut hic ventusue, paterue,
*Causaq; sit tantæ femina nulla moræ.
Quòd si quam sciero : moriar, mihi crede, dolendo.
Iam dudum peccas, si mea fata petis.
Sed neq; peccabis : frustraq; ego terreor istis :
Quoq; minus venias, inuida pugnat hyems.
Me miseram, quanto planguntur littora fluctu !
* Et latet obscura condita nube dies !
Forsitan ad * pontum [e] mater pia venerit Helles :
Mersaq; * roratis nata fleatur aquis.
Aut mare ab inuiso priuignæ nomine dictum
Vexat in æquoream versa [f] nouerca Deam.

a Ne patriæ humilitas mihi fraudi sit.
* toro.

b Mors mea ab teuertat hoc tuum facinus.

* plura
c Quibus præsentibus amatorum suorum culpam licet cognoscere, ne suspicione falsa crucientur.
d Alieni amoris suspicio.
e Pares curas.
* Causa sit, aut certè.

* Vt
* portum
e Nephele mater Helles & maris nympha.
* turbatis
f Ino Athamant. vxor, Helles nouerca.

Non

Non fauet, vt nunc est, teneris locus iste puellis:
Hac Helle periit, hac ego ladar aqua.

a Pulcre Neptunum incusat, quod in amantes sæuiat, qui tot amoribus olim arserit.

a At tibi flammarum memori, Neptune, tuarum
Nullus erat ventis impediendus amor.

* Si lib. tres.

**Sed neq; Amymone, nec laudatissima forma*

b Concubitus, stupri. Proper. lib. 2. vtriusq; meminit.

b Criminis est Tyro fabula vana tui.
Lucidaq; Alcyone, Circeq;, & Alymone nata,
Et nondum nexis angue Medusa comis:
Flauaq; Laodice, cœloq; recepta Celæno,
Et quarum memini nomina lecta mihi.

* Ceyceque & Antone libr. tres.

**Has certè, pluresq;, canunt, Neptune, Poëtæ*
Molle latus lateri conseruisse tuo.
Cur igitur toties vires expertus amoris,
*Assetum nobis * turbine claudus iter?*

* turbide

Parce ferox: latoq; mari tua prælia misce:
Seducit terras hac breuis vnda c duas.

c Asiam & Europam.

Te decet aut magnas magnum iactare carinas:
Aut etiam totis classibus esse trucem.
Turpe Deo pelagi iuuenem terrere natantem:
Gloriaq; est stagno quolibet ista minor.
Nobilis ille quidem est, & clarus origine: sed nil

* despecto. Ita alib. & sis suspecta Dianæ, h. e. inuisa.

**A tibi* suspecto duxit Vlysse genus.*
Da veniam, seruaq; duos: natat ille: sed ijsdem
Corpus Leandri, spes mea, pendet aquis.*

* & spes mea.

Interea lumen (posito nam scribimus illo)

* Stertuit libr. pler.

**Perstrepit, & nobis prospera signa dedit.*

* instillat libr. duo.

*Ecce merum nutrix faustos * distillat in ignes,*
Cras erimus plures, inquit, & ipsa bibit.

* vectus

*Effice nos plures euicta per æquora * lapsus,*

O peni-

O penitus toto corde recepte mihi.
In tua castra redi socij desertor amoris:
Ponuntur * medio cur mea membra toro? * viduo libr. duo.
Quod timeas, non est: auso Venus ipsa fauebit:
Sternet & æquoreas æquore nata vias.
[a] Ire libet medias ipsi mihi sæpe per vndas: [a] Ingeniosa inuentio exemplo corroborata.
Sed solet hoc maribus tutius esse fretum.
Nam cur * hoc vectis Phrixo, Phrixiq; sorore, * huc
Sola dedit vastis femina nomen aquis?
Forsitan ad reditum metuis ne robora desint,
* Aut nequeas gemini ferre laboris onus. * Ac libr. tres.
* Aut nos diuersi medium coëamus in æquor: * At libr. tres.
Obuiaq; in summis oscula demus aquis.
Atq; ita quisq; suas iterum redeamus * ad vrbes: * in
Exiguum, sed plus quàm nihil, illud erit.
Vel pudor hic vtinam, qui nos clam cogit amare,
Vel timidus famæ cedere vellet amor.
[b] Nũc malè res iunctæ, calor & reuerẽtia, pugnãt: [b] Idem alibi; Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur Maiestas & amor.
Quid sequar in dubio est: hæc decet, ille iuuat.
Vt semel intrauit Colchos Pagasæus Iason,
Impositam celeri Phasida puppe tulit.
Vt semel [c] Idæus Lacedæmona venit adulter, [c] Paris.
Cum præda rediit protinus ille sua.
Tu quàm sæpe petis quod amas, tam sæpe relinquis:
Et, quoties graue sit puppibus ire, natas.
Sic tamen, ô iuuenis tumidarum victor aquarum,
Sic facito spernas, vt vereare, fretum.
Arte laborata * merguntur in æquore puppes: * vincuntur ab æq. libr. duo.
Tu tua plus remis brachia posse putas?

Quod

Quod cupis, hoc nautæ metuunt Leandre, natare:
Exitus hic fractis puppibus esse solet.
Me miseram, cupio non persuadere, quod hortor:
Sus̄q̄, precor, monitis fortior ipse meis.
Dummodò peruenias, excussaq̄ sæpe per vndas
[a] *Injictas humeris brachia lassa meus.*
Sed mihi cæruleas quoties obuertor ad vndas,
**Nescio quid pauidum frigore pectus habet.*
Nec minus hesternæ confundor imagine noctis:
Quanuis est sacris illa piata meus.
Nanq̄ sub aurora, iam [b] *dormitante lucerna,*
Tempore quo cerni somnia vera solent:
Stamina de digitis cecidêre sopore remissis:
Collaq̄ puluino nostra ferenda dedi.
**Hac ego ventosas nantem delphina per vndas*
Cernere non dubia sum mihi visa fide.
Quem postquam bibulus * *iniecit fluctus arenis,*
Vnda simul miserum vitaq̄ deseruit.
Quicquid id est, timeo: nec tu mea somnia ride
Nec nisi tranquillo brachia crede mari.
Si tibi non parcis, dilecta parce puellæ:
Quæ nunquam, nisi te sospite, sospes erit.
Spes tamen est fractis [c] *vicinæ pacis in vndis:*
Tu placidas * *tuto pectore* * *finde vias.*
Interea, quoniam nanti freta peruia non sunt,
Leniat inuisas littera * *missa moras.*

a Mus. δεῦρο τοὺς ἰδρῶτας ἐμοῖς ἐνικάτθεο κόλποις.
* Micyll. Nescio quod pauidum pectora frigus habet. probè. al. Nescio quæ pau. frigora pect. habent.
b Mus. λύχνου σβεννυμένοιο.
* Hic libr. plerique rectè. Rectè à Delphino præsagit: quoniam homini amicus est, teste Plinio.
* illisit Naug.
c Proximę tranquillitatis.
* toto libr. tres.
* scinde
* nostra

IN XIX. EPISTOLAM ARGVMENTVM.

Profe-

Profectus ad sacra Dianæ Acontius, quæ in Delo insula maris Aegæi omnium Cycladum clarissima, ex frequenti virginum conuentu celebrabantur, in amorem visæ Cydippes puellæ nobilis excaluit. Sed cùm illam ob generis imparitatem non auderet in suum amorem solicitare, nouam commentus fraudem, in pulcerrimo pomo scripsit duos hosce versus:

Iuro tibi sanè per mystica sacra Dianæ,
Me tibi venturam comitem, sponsamq; futuram.

Atque illud ad pedes puellæ proiecit. quæ fraudis insciа, cum imprudens legeret, visa est se vxorem Acontio pacisci. Nam, quæ ante Deos in templo Deliæ Dianæ dicerentur, rata esse debere, lex erat. Cùm autem paulò post pater, huiusce rei inscius, illâ alij desponderet, subita febre correpta est. Quare hac epistola Acontius conatur persuadere, hunc morbum à Diana immissum esse, eò quòd non impleuerit, quæ dea præsente promiserat. Ne verò dubitet iterum decipi, ab ea exorditur parte, qua maximè hæsitare poterat. Adducit deinde eum in odium, cui desponsata fuerat, cùm dicat omnem ægritudinem accidere illius causa.

Iul. Scalig. lib. 6. poet. Acontij epistola tenuis admodum & lasciua neque satisfacit. quæ iccirco aliquando pænè persuasit mihi, se non esse Ouidij. Responsio vero durиuscula, quanquam arguta, facit etiam plà dubitare.

ACONTIVS CYDIPPAE.

Accipe Cydippe despecti nomen Aconti,
Illius, in pomo qui tibi verba dedit.
Pone metum: nihil hîc iterum iurabis amanti;
Promissam satis est te semel esse mihi.
Perlege: discedat sic corpore languor ab isto:
*Qui meus est, vlla parte * dolente, dolor.*
Quid pudor ora subit? nam, sicut in æde Dianæ,

* Alij hoc distichon non habent, & rectè omittitur.

* dolere perp. Dolente parte aliqua tui corporis, dolor iste ad me peruenit.

Suspicor ingenuas erubuisse genas.
Coniugium, pactamq; fidem, non crimina posco:
Debitus vt coniux, non vt adulter amo.
Verba licet repetas, quæ [a] *demtus ab arbore fetu*
Pertulit ad castas me iacente manus.
Inuenies illic id te * *spondere, quod opto,*
Ni tibi cum verbis excidit illa fides.
Id metui, * *diua diffusa est ira, decebat*
Te potius virgo, quam meminisse Deam.
Nunc quoq; idē timeo: sed idem tamen acrius ille
Assumsit vires: auctaq; flamma mora est.
Quicq; fuit nunquam paruus, vel tempore longo
Ex spe, quam dederas tu mihi, creuit amor.
Spē mihi tu dederas: meus hic tibi * *creditur ardor*
Non potes hoc factum teste negare Dea.
* *Me tibi nupturam, felix eat omen Aconti,*
Iuro, quam colimus, numina magna Dea.
Adfuit: &, præsens vt erat, tua verba notauit:
Et visa est mota dicta [b] *tulisse coma.*
Deceptam dicas nostra te fraude licebit,
Dum fraudis nostræ causa feratur amor.
Fraus mea quid petijt, nisi * *quò tibi iungerer ipse?*
Id me, quod quereris, conciliare potest.
Non ego natura, * *nec sum tam callidus vsu:*
Solertem tu me, crede, puella facis.
Te mihi compositus, si quid tamen egimus, arte
Astrinxit verbis ingemiscus amor.
Dictatis ab eo feci sponsalia verbis:
Consultoq; fui iuris amore vafer.

[a] Periphrasis pomi.

* iurasse

* Hic versus cum sequenti in plerisq; libr. non extant.

* vt diuæ

* credidit libr. tres. probè.

* Hos duos versus alij non habent, & videntur παρεμπεπλημένοι.

[b] Accepisse, id quod capitis motu præ se tulit.

* vti probè.

* non

[c] In consilium adhibito amore, fui iuris callidus.

Sit fraus huic facto nomen, dicarq́ dolosus :
Si tamen est, quod ames velle tenere, dolus.
Eu iterum scribo, mittoq́ rogantia verba :
Altera fraus hæc est, * *quóue queraris, habes.* * quodq́ libr. tres. melius.
Si noceo, quòd amo : fateor, sine fine nocebo :
Teq́ petam : [a] *caueas tu licet, ipse petam.* a Quod iurisconsultorum est proprium.
Per gladios alij * *placitas rapuêre puellas :* * rigidas
Scripta mihi cautè littera crimen erit ?
Dij faciant, posim plures imponere nodos :
Vt tua sit nulla libera parte fides.
Mille modi restant : [b] *cliuo sudamus in* * *vno :* b Metaphora ab auriga.
Ardor inexpertum nil sinet esse meus. * isto
Sit dubium possis'ne capi : captabere certè : c Pind. οὐ τῷ δι᾽ ἔτους τέλος.
Exitus in dijs est : * *sed capiêre tamen.* * tu
Et partem effugias, non omnia retia falles :
Quæ tibi, quam credis, plura tetendit amor. * Vt probè.
Si non proficient artes, veniemus ad arma :
Inq́ tui cupido rapta ferêre sinu.
Non sum, qui soleam Paridis reprehendere factum :
Nec quenquam, qui vir, posset vt esse, fuit.
[d] *Nos quoq́ : sed taceo. mors huius pœna rapinæ* d ἀποσιώπησις.
Vt sit : erit, quàm te non habuisse, minor. e Quanuis. Anacoluthon.
Si tu esses formosa minus, peterêre modestè. * Aut esses probè.
Audaces facie cogimur esse tua.
Tu facis hoc, oculiq́ tui, quibus ignea cedunt
Sidera : qui [f] *flammæ causa fuêre meæ.* f Amoris, quē superius ardorem dixit, & paulò post ignes.
Hoc faciunt flaui crines, & eburnea ceruix :
Quæq́ precor, veniant in mea colla manus :
Et decor, & vultus sine rusticitate pudentes,

Et, [a] Thetidis qualeis vix reor esse, pedes:
Cetera si possem laudare, beatior essem:
Nec dubito, totum quin [*] tua pars sit opus.
Hac ego compulsus, non est mirabile, forma,
Si pignus volui vocis habere tuæ.
Deniq; dum captam tu te cogare fateri,
Insidijs esto capta puella meis.
Inuidiam patiar: passo sua præmia dentur.
Cur suus à tanto crimine fructus abest?
Hesionem Telamon, Briseida cepit Achilles:
Vtraq; victorem nempe secuta [*] virum.
Quamlibet accuses, & sis irata licebit:
Irata liceat dum mihi posse frui.
Idem qui facimus, factam tenuabimus iram:
Sit modò placandæ copia parua tui.
Ante tuos flentem liceat consistere vultus:
Et liceat lacrymis addere verba meis.
Vtq; solent famuli, cùm verbera sæua verentur,
Tendere submissas [*] sub tua crura manus.
Ignoras tua iura, voca: cur arguor absens?
Iamdudum dominæ more venire iube.
Ipsa meos scindas licet imperiosa capillos,
Oraq; sint digitis lunda [*] nostra tuis:
Omnia perpetiar: tantum fortasse timebo,
Corpore lædatur ne manus ista meo.
Sed neq; compedibus, nec me compesce catenis:
Seruabor firmo vinctus amore tui.
Cùm bene se, quantumq; volet, satiauerit ira:
Ipsa tibi dices, quàm patienter amat.

[a] Homero est ἀργυρόπεζα: Statio, niueis pedibus.
[*] tibi par
[*] suum libr. duo.
[*] in
[*] facta

Ipsa tibi dices, * cùm videris omnia ferre,
Tam bene qui seruit, seruiat iste mihi.
*Cur reus infelix absens agor: & mea, cum sit
Optima, non vllo causa tuente perit?
Hoc, quod amor iussit, scriptum, est iniuria nostra:
Quod de me solum nempe queraris, habes.
Non meruit falli mecum quoq; Delia: si non
Vis mihi promissum reddere, redde Deæ.
Affuit, & vidit, cùm tu decepta rubebas:
Et vocem memori condidit aure tuam.
Omina re careant: nihil est violentius illa,
Cùm sua, quæ * nolit, *numina læsa videt.
Testis erit Calydonis aper. nam scimus vt illo
Sit magus in natum sæua reperta parens.
Testis & Actæon, quondam fera creditus illis,
Ipse dedit leto cum quibus ante feras.
[b] Quæq; superba parens saxo per corpus oborto,
Nunc quoq; [c] Mygdonia flebilis astat humo.
Hei mihi Cydippe, timeo tibi dicere verum,
Ne videar causa falsa monere mea.
Dicendũ tamen est: hoc est, mihi crede, quòd ægra
Ipso nubendi tempore sæpe iaces.
Consulit ipsa tibi: neu sis periura laborat:
Et saluam salua te cupit esse fide.
Inde fit, vt, quoties * existere perfida tentas,
Peccatum toties [d] corrigat illa tuum.
Parce mouere feros animosæ virginis arcus:
Mitis adhuc fieri, si patiare, potest.
Parce precor teneros corrumpere febribus artus:

*vbi vid. Nauger.

* Nunc libr. duo.

Dianæ iram exemplis ostendit.

* non vult lib. duo.

* lumina malè.

a Althæa in Meleagrum fil. apro fœuior.

b Niobe in saxum conuersa.

c Bithynia, Asiæ minoris regione.

*obsistere: al. insistere

d Efficiendo vt grauius ægrotes.

Seruetur facies ista fruenda mihi.
Seruentur vultus ad nostra incendia nati:
Quiq̃ subest niueo * lenis in ore rubor.
[a] Hostibus, & si quis, ne fias nostra, repugnat,
Sic sit, vt inualida te solet esse mihi.
Torqueor ex æquo vel te nubente, vel ægra:
Dicere * nec possum, quid minus esse velim.
Maceror interdum, quod sim tibi causa doloris:
Teq̃ mea lædi calliditate puto.
Inq̃ caput nostrum domina periuria quæso
Eueniant: pœna tuta sit illa mea.
Ne tamen ignorem quid agas, ad lumina * cruri
Anxius huc illuc dissimulanter eo.
Subsequor ancillã furtim, famulumq̃, * requiro
Profuerint somni quid tibi, quidue cibi.
Me miserum, quòd non medicorum iussa ministr
* Astringoq̃ manus, insideoq̃ toro!
Et rursus miserum, quòd me procul inde remou
[b] Quem minimè vellem, forsitan alter adest.
Ille manus istas * astringit, & assidet ægræ,
Inuisus superis, cum superusq̃ mihi.
Dumq̃ suo tentat [c] salientem pollice venam,
Candida per causam brachia sæpe tenet.
Contrectatq̃ sinus, & forsitan oscula iungit:
Officio merces [d] plenior * ista suo est.
Quis tibi permisit nostras * decerpere messes!
Ad spes alterius quis tibi fecit iter?
* Iste sinus meus est: mea [e] turpiter oscula sumis
A mihi promisso corpore tolle manus.

* læuis
a Ita hostibus malè sit, & ijs, qui aduersantur, ne mihi nubas.
* non
* tendo
* requiro
* Effingoque: sicut in 5. Fast. Sæpe manus ægras manibus fingebat amicis.
b Illum suspicatur cui Cydippe erat nuptura.
* effingit
c Arteriam.
d Cumulatior quàm officium ipsius meretur.
* illa
* præcerpere libr. tres. h. e. præcipere vt Virgil.
Apostrophe ad aduersarium.
* Ille
e Cum adulterij ignominia.

Improbe tolle manus: quam tangis, noſtra futura
Poſtmodo, ſi facies iſtud, adulter eris. (eſt:
Elige de vacuis, quam non ſibi * vindicet alter: * vendicet
Si neſcis, dominum res habet iſta ſuum.
Nec mihi credideris: recitetur formula pacti:
Neu falſam dicas eſſe, * face ipſa legat. * fac illa
Alterius thalamo tibi nos, tibi dicimus, exi:
Quid facis? * hinc exi: non vacat iſte torus. * hîc?
Nam & habes & tu * humani verba altera pacti, * verba humani minus bene.
Non erit idcircò par tua cauſa meæ. Innuit autem deſponſationē paternam.
Hæc mihi ſe pepigit: pater hanc tibi: primus ab illa,
Sed propior certè quàm pater, ipſa ſibi eſt.
Promiſit pater hanc, hæc * adiurauit amanti: * & iurauit
Ille homines, hæc eſt teſtificata Deam.
Hic metuit mendax, * ſed & hæc periura vocari: * hæc & per.
Num dubitas hic ſit maior, an ille metus?
Deniq; vt amborum conferre pericula poſſis:
Reſpice ad euentus: hæc [a] tubat, ille valet. a In lecto & febri laborans.
Nos quoq; diſſimili certamina mente ſubimus:
Nec ſpes par nobis, nec timor [b] æquus adeſt. b Aequalis: ἀταλαίπωρος.
Tu petis ex tuto: grauior mihi morte repulſa eſt:
Idq; ego iam, quod tu forſan amabis, amo.
Si tibi iuſticiæ, ſi recti cura fuiſſet:
Cedere debueras ignibus ipſe meis.
Nunc quoniam ferus hic pro cauſa pugnat iniqua,
[c] Ad quid Cydippe littera noſtra redit? c In quem vſum.
Hic facit vt taceas, & ſis ſuſpecta Dianæ:
Hunc tu, ſi ſapias, limen adire vetes.
Hoc faciente ſubis tam ſæua pericula vitæ:

Atq; vtinam pro te, qui mouet illa, cadat.
Quem si reppuleris, nec, quẽ Dea damnat, amaris:
Et tu continuò, certè ego saluus ero.
Siste metum virgo: stabili potiêre salute:
Fac modò polliciti [a] consicia templa colas.
[b] Non boue mactato cœlestia numina gaudent:
Sed, quæ præstanda est & sine teste, fide.
[c] Vt valeant, aliæ ferrum patiuntur & ignes:
Fert alijs tristem succus amarus opem.
Nil opus est istis: tantum periuria vita:
Teq; simul serua, meq;, datamq; fidem.
Præteritæ veniam dabit ignorantia culpæ:
*Exciderant animo fœdera * lecta tuo.*
Admonita es modò voce mea, modò [d] casibus isti
Quos quoties tentas fallere, ferre soles.
*His quoq; vitatis, in partu nempe * rogabis,*
Vt tibi Luciferas afferat [e] illa manus.
Audiet hæc, repetens quæ sunt audita requiret
Ipsa, tibi de quo coniuge partus eat.
Promittes votum, scit te promittere falsò:
Iurabis: scit te fallere posse Deos.
Non agitur de me: cura maiore laborò:
Anxia sunt [f] vitæ pectora nostra tuæ.
*Cur modò te * dubij pauidam fleuêre parentes,*
Ignaros culpæ quos facis esse tuæ?
Et cur ignorant? matri licet omnia narres:
*Nil tua Cydippe facta * ruboris habent.*
Ordine fac referas, vt sis mihi cognita primùm,
Sacra pharetrata dum facis ipsa Dea.

[a] Deam iurisiurandi tui conscium.
[b] γνώμη ἀποφαντική.
[c] Idem t. Remed. Vt corpus redimas, ferrũ patieris & ignes.

* nostra

[d] Aduersa valetudine.

* vocabis

[e] Diana, quæ & Lucina dicta est, parturientib. & Lucifera.

[f] Causa vitæ tuæ. Græca cõstruct.
* dubiam pauidi Naug. h. e. vitæ dubiã.
* pudoris libr. duo.

Vt

Vt te conſpecta, ſubitò, ſi fortè notaſti,
**Reſtiterim fixis in tua membra a genis.*
Et, te dum nimium miror, nota certa b furoris,
Deciderint humero pallia lapſa meo.
Poſtmodò, neſcio quâ, veniſſe volubile malum,
Verba ferens doctis inſidioſa notis.
Quod quia ſit lectum ſancta præſente Diana,
Eſſe tuam vinctam numine teſte fidem.
Ne tamen ignoret, ſcripti ſententia quæ ſit,
Lecta tibi quondam nunc quoq; verba refer.
Nube, precor, dicet, cui te bona numina iungunt:
Quem fore iuraſti, ſit gener ille mihi.
Quisquis is eſt, placeat: quoniã placet ante Dianæ:
c Talis erit mater, ſi modò mater erit.
Si tamen & quærat, d quis ſim, qualisq; videto:
*Inueniet * nobis conſuluiſſe Deam.*
Inſula Coryciis quondam celeberrima Nymphis,
Cingitur Aegæo nomine d Cea mari.
Illa mihi patria eſt: nec, ſi e generoſa probaris
Nomina, deſpectis arguor ortus auis.
Sunt & opes nobis: ſunt & ſine crimine mores:
Amplius vtq; nihil, me tibi iungit amor.
Appeteres talem vel non iurata maritum:
Iuratæ vel non talis habendus erat.
Hæc tibi me in ſomnis f iaculatrix ſcribere Phœbe,
Hæc tibi me vigilans ſcribere iuſſit amor.
E quibus g alterius mihi iam nocuêre ſagittæ:
h Alterius noceant ne tibi tela, caue.
i Iuncta ſalus noſtra eſt: miſerere meiq;, tuiq;.

* Reſtitimus
a Oculis. Genas Enn. palpebras putat: alij partes eas, quæ ſunt ſub oculis. Feſt.
b Amoris inſani. Virg. Nunc inſanus amor. Gall.

c Hæc erga te affectione, hoc animo.
* vobis
d De hac vide Plin. lib. 4. cap. 12. Virgil. 1. Geor. cui pinguia Ceæ Tercentum niuei.
e τὴν εὐγενέαν, h. e. nobilitatem.
f Homero & Heſiod. eſt ἄγρημις ἰοχέαιρα.
g Amoris ſiue Cupidinis.
h Dianæ.
i Vita mea tua ſalute continetur.

Quid dubitas vnam ferre duobus opem?
Quod si contigerit: cum iam [a] *data signa sonabunt;*
Tinctaq́ votiuo sanguine Delos erit:
Aurea ponetur mali felicis imago:
Causaq́ versiculis scripta duobus erit:
Effigie pomi testatur Acontius huius,
Quæ fuerint in eo scripta, fuisse rata.
Longior [b] *infirmum ne lasset epistola corpus,*
[c] *Clausaq́ consueto sit tibi fine: Vale.*

[a] Tubarum sonitu conuocabantur ad sacra Dianæ.

[b] Te ægrotantem.

[c] Et vt sit clausa vsitata epistolarum clausula.

IN XX. EPISTOLAM ARGVMENTVM.

Cum accepisset Cydippe, hanc sibi febrem Dianæ indignatione contigisse: in Acontij vota contra paternam voluntatem condescendere maluit, quàm diutius torqueri. In primis respondet, se nō ausam fuisse epistolam suam clara voce exprimere, ne, vt in pomo, iterum iuraret. Deinde narrando, qualiter insidiosum illud pomum acceperit, in ipsum Acontium inuehitur. Verùm illud non duxi silentio prætereundum, in hac epistola addidisse aliquem quicquid sequitur post illum versiculum: *Quos vereor paucos ne velit esse mihi.* Quod non solum videtur adulterinū, immo tota epistola: cum nusquam constet, vt iam diximus, Ouidium vel Sabinū scripsisse epistolas Leandri, Heronis, Acontij, Cydippes. Quas si Ouidius composuisset, ne suo labore priuaretur, certè meminisset, sicut de reliquis. Si de Sabino contendas, videas quæso, si bene cum Sabini stylo conueniant.

CYDIP-

CYDIPPE ACONTIO.

PErtimui: ſcriptumq; tuum ſine murmure legi:
Iuraret ne quos [a] inſcia lingua deos.
Et puto captaſſes iterum, niſi, vt ipſe fateris,
Promiſſam ſcires me ſatis eſſe ſemel.
Nec lectura fui: ſed, ſi tibi dura fuiſſem,
Aucta foret ſæuæ forſitan ira Deæ.
Omnia cum faciam: tum dem pia thura Dianæ:
Illa tamen iuſta [b] plus tibi parte fauet.
Vtq; cupis credi, memori te vindicat ira:
Talis in Hippolyto vix fuit illa ſuo.
At melius virgo fauiſſet virginis annis:
[*] Quos vereor paucos ne velit eſſe mihi.
Languor enim cauſis non apparentibus hæret:
Adiuuor & nulla [c] feſſa medentis ope.
Quàm tibi nũc gracilem vix hæc reſcribere, quãq;
Pallida vix cubito membra leuare putas?
Nunc timor accedit, ne quis, niſi conſcia nutrix,
[d] Colloquij nobis ſentiat eſſe vices.
Ante fores ſedet hæc: quid agãq; [e] rogantibus inter,
Vt poſſim tutò ſcribere, dormit, ait.
Mox vbi [f] ſecreti longè cauſa optima ſomnus
Credibilis tarda deſinit eſſe mora:
Iamq; venire videt, quos nõ admittere durum eſt:
Excreat, & ficta dat mihi ſigna nota.
Sicut eram, properans verba imperfecta relinquo,
Et tegitur trepido littera [g] cauta ſinu.
Inde meos digitos iterum repetita fatigat.

[a] Per inſcitiã.

[b] Plus æquo fauet.

[*] Qui ſequuntur deinceps verſus, non extãt in antiquis libris: neque Plannides eas conuertendo in græcas expoſuit.

[c] Vi morbi defatigata atque exhauſta.

[d] Viciſſitudinẽ colloquij per mutuas literas.

[e] ερωτῆσις pro interrogantib.

[f] Honeſtiſs. prætextus actionum ſecretarum

[g] Abſcondita, cui cauetur: paſſiuè.

Quantus

Quantus * sit nobis, aspicis ipse, labor.
[a] Quæ, peream, si dignus eras, vt vera loquamur;
Sed melior iusto, quamq; mereris, * ero.
Ergo te propter, toties incerta salutis,
[b] Commentis pœnas doq;, dediq; tuis.
Hæc nobis forma te laudatore superbæ
*Contingit merces, & placuisse nocet.
Si tibi deformis, quod mallem, visa fuissem:
Culpatum nulla corpus egeret ope.
Nunc laudata gemo: nunc me [c] certamine vestri
Proditu: & proprio vulneror ipsa bono.
Dum neq; tu cedis, nec se putat ille secundum:
Tu votis obstas illius, ille tuis.
Ipsa velut nauis iactor: quam certus in altum
Propellit Boreas: [d] æstus & vnda refert.
Cumq; [e] dies caris optata parentibus instat,
Immodicus pariter corporis ardor inest.
Et mihi coniugij tempus crudelis ad ipsum
[f] Persephone nostras pulsat acerba fores:
Iã pudet: et timeo, quamuis mihi conscia non sim,
Offensos videar ne meruisse Deos.
Accidere hoc aliquis casu contendit: & alter
Acceptum superis hunc negat esse virum.
Néue mihi credas in te quoq; dicere famam,
Facta veneficijs pars putat ista meis.
Causa latet: mala nostra patent. vos pace mouetis
Aspera summota prœlia: plector ego.
[g] Dicam nunc, solitoq; tibi ne despice more:
Quid facies odio, sic vbi amore noces?

Si la-

* fis non inscitè.
[a] Oratio desiciens verbis: hoc sensu. quę, si mereris, vt tua causa sustineam, peream. * ego
[b] Dolis, imposturis.
* Contingeт
[c] Dum vterq; vestrũ magna me ambit contentione.
[d] Vndæ recursus, ὁ ἀλὸς δυσεῖν.
[e] Nuptijs dictus.
[f] Ipsa mors est in foribus. Horat. Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas.
[g] ἐξαυτικρὺς q. d. ergo tibi dicam: tametsi, qui tuus es mos, tu me cõtemnas.

Si ladis, quod amas: hostem sapienter amabis.
[a]Me, precor, vt serues, perdere velle velis.
Aut tibi iam nulla est sperata cura puellæ,
Quam ferus [b]indigna labe perire sinis:
Aut, Dea si frustra pro me tibi sæua rogatur:
Quid mihi te iactas? gratia nulla tua est.
Elige quid fingas: non vis placare Dianam:
Immemor es nostri: non potes: illa tui est.
[c]Vel nunquã mallem, vel non mihi tempore in illo
Esset in Aegæis cognita Delos aquis.
Tunc mea difficili deducta est æquore nauis:
Et fuit ad cœptas hora sinistra vias.
Quo pede processi? quo me pede [d]limine moui?
Picta meæ tetigi quo pede texta ratis?
Bis tamen aduerso redierunt carbasa vento:
Mentior ah demens: ille secundus erat.
Ille secundus erat, qui me referebat euntem:
Quiq; parum felix impediebat iter.
Atq; vtinam constans contra mea vela fuisset:
Sed stultum est venti de leuitate queri.
Mota loci fama properabam visere Delon:
Et facere [e]ignaua puppe videbar iter.
Quam sæpe, vt tardus, feci conuicia remis:
*Questaq; sum vento lintea parca * dare!*
Et iam transieram Myconen, iam Tenon, & An-
Inq; meus oculis candida Delos erat. (dron:
Quam procul vt vidi, quid me fugis, insula? dixi,
[f]Laberis in magno nunquid, vt ante, mari?
Institeram terræ, cum iam prope luce peracta

Demere

a Quæso me oderis, ac velis perdere: siquidem eos, quos amas, amando perdis. Ita .n. seruabor.

b Morbo seu febri indigna.

c A tempore pathos.

d Domo egressus sum. Synecdoch.

More amantiũ mentem variat.

e Tarda. Metaphora.

* dari lib. duo.

f Sub undis fluitas, vnde & Plote dicta est, quam Arist. Delum appellatam putat, ἀπὸ τῆς ὀυλῆς, quod repente se ostenderit è mari emersa.

Demere purpureis Sol iuga vellet equis.
Quos idem solitos postquam reuocauit ad ortus,
Comuntur nostræ matre iubente comæ.
Ipsa dedit gemmas digitis, & crinibus aurum:
Et vestes humeris induit ipsa meis.
Protinus egressæ, superis, quibus insula sacra est,
Flaua salutatis thura, merumq́, damus.
Dumq́, parens aras votiuo sanguine tingit,
Festaq́, fumosis ingerit exta focis:
Sedula me nutrix alias quoq, ducit in ædes:
Erramusq́, vago per loca sacra pede.
Et modò porticibus spatior: modò munera regum
Miror: & in cunctis stantia signa locis.
Miror & innumeris structam de cornibus[a] aram:
[b] Et de qua pariens arbore nixa Dea est.
Et quæ prætereà (neq, enim meminiue, libétue
Quicquid ibi vidi dicere) Delos habet.
Forsitan hæc spectans à te spectabar Aconti:
Visaq́, simplicitas est mea posse capi.
In templum redeo gradibus sublime Dianæ.
Tutior hoc ecquis debuit esse locus?
Mittitur ante pedes malum cum carmine tali:
Hei mihi iuraui nunc quoq, pæne tibi.
Sustulit hoc nutrix: miratáq, perlege, dixit:
Insidias legi magne poëta tuas.
Nomine coniugij dicto, confusa pudore
Sensi me totis erubuisse genis.
Luminaq́, in gremio veluti defixa tenebam:
[c] Lumina proposiit facta ministra tui.

Impro-

[a] Apollinis aram in Delo, quam κερατίνα βωμὸν appellat Plutarch. Theseo. Vide Polit. Miscell. 52. & Callimach. hymn. εἰς Ἀπόλλωνα.

[b] Palmam, cui innixa Latona Apoll. peperit auctore Homer. in hymn. & Theognide. Plutarch. Pelopid. inter duos fontes quorum alteri Palmæ, alteri Oliuæ nomen fuerit, Latonam peperisse scribit. Vide & 6. Metam.

[c] Oculos, qui se ministros præbuerùt tuæ deceptionis.

Improbe q̃d gaudes? aut quæ tibi gloria parta est?
Quidue vir eluſa virgine laudis habes?
Non ego conſtiteram ſumta [a] *peltata ſecure,*
Qualis in Iliaco Penthesilea ſolo.
Nullus Amazonio calatus balteus auro,
Sicut ab Hippolyta, præda relata tibi eſt.
Verba quid exultas tua ſi mihi verba dederunt?
Sumq̃ parum prudens capta puella dolis?
Cydippen pomum, pomum Schœneida cepit:
Tu nunc Hippomenes ſcilicet alter eris.
At fuerat melius, ſi te [b] *puer iſte tenebat:*
Quem tu neſcio quas dicis habere faces.
More bonis ſoluto ſpem non corrumpere fraude:
Exoranda tibi, non capienda fui.
Cur, [*] *me cùm peteres, ea non profitenda putabas,*
Propter quæ nobis ipſe petendus eras?
Cogere cur potius quàm perſuadere volebas,
Si poteram audita conditione capi?
Quid tibi nunc prodeſt iurandi formula iuris?
Linguaq̃ præſentem teſtificata Deam?
[c] *Quæ iurat, mens eſt: nil coniurauimus illa:*
Illa fidem dictis addere ſola poteſt.
[d] *Conſilium, prudensq̃ animi ſententia iurat:*
Et niſi iudicij vincula nulla valent.
Si tibi coniugium volui promittere noſtrum:
Exige polliciti debita iura tori.
Sed ſi nil dedimus, præter [e] *ſine pectore vocem:*
Verba ſuis fruſtra viribus orba tenes.
Non ego iurani: legi iurantia verba:

a Pelta armata: quod ſcutum erat breue in modum lunæ διχοτόμου, Amazonib. vſitatum. Virgil. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

b Cupido.

* cum me peter.

c Eurip. Phœn. ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δ' φρὴν ἀνώμοτος. Cicer. 3. Offic. Iurauí lingua, mentem iniuratam gero.

d ἡ προαίρεσις quod Latinis eſt conſiliũ ac propoſitum. Ariſt. 3. Nicom.

e Sine mente ſonum. Virg. 10. Aen.

Vir

* eras.

Vir mihi non isto more legendus eris.*
Decipe sic alias: succedat epistola pomo:
Si valet hoc, magnas diuitis aufer opes.
Fac iurent reges sua se tibi regna daturos:
Sitq; tuum, toto quicquid in orbe placet.
Maior es hac ipsa multò (mihi crede) Diana,
Si tua tam præsens littera numen habet.

a Mitigatio siue correctio eorum quibus hactenus ferò suam ipsa causam egit.

a Cùm tamen hæc dixi: cùm me tibi firma negauit
Cùm bene promissi causa peracta mei est:
Confiteor, timeo sæuæ Latoidos iram:
Et corpus lædi suspicor inde meum.

b Nuptiæ.

Nam quare, quoties b socialia sacra parantur,
Nuptura toties languida membra cadunt?

c προσωποποιία.

c Ter mihi iam veniens positas hymenæus ad aras
Fugit, & è thalami limine terga dedit.

d Defatigata toties accendendo, ac subinde refuscitando lumina extincta.

Vixq; manu d pigra toties infusa resurgunt
Lumina: e vix moto corripit igne faces.

e Hypallag. pro vix mota face ignes flamma corripit. Ita alib. Vidi ego iactatas mota face crescere flammas.

Sæpe coronatis stillant vnguenta capillis:
Et trahitur multo splendida palla croco.
Cùm tetigit limen, lacrymas mortisq; timorem
Cernit: & à cultu multa remota suo.

f Demissa, tristi.

Proijcit ipse suas f deducta fronte coronas:
Spissaq; de nitidis tergit amoma comis.
Et pudet in tristi latum consurgere turba:
Quiq; erat in palla, transit in ora rubor.
At mihi væ miseræ torrentur febribus artus:
Et grauius iusto pallia pondus habent.
Nostraq; plorantes video super ora parentes:
Et face pro thalami fax mihi mortis adest.

Parce

[a]Parce laboranti picta Dea læta pharetra :
Daq; salutiferam iam mihi fratris opem.
Turpe tibi est [b] illum causas depellere leti :
Te contrà titulum mortis habere meæ.
Nunquid in umbroso cùm velles fonte lauari,
[c]Imprudens vultus ad tua labra tuli ?
[d]Preterij ne tuas de tot cœlestibus aras ?
Atq; tua est nostra spreta parente [e] parens ?
Nil ego peccaui, nisi quòd periuria legi :
Inq; parum fausto carmine docta fui.
Tu quoq; pro nobis, si non mentiris amorem,
Thura feras : prosint ; quæ nocuêre, manus.
Cur, quæ succenset, quòd adhuc tibi pacta puella
Non tua sit, fieri ne tua possit, agit ?
Omnia de viua tibi sunt speranda : quid aufert
Sæua mihi vitam, spem tibi diua mei ?
Nec tu credideris illum, cui destinor vxor,
Aegra superposita membra fouere manu.
Assidet ille quidem, quantum permittitur ipsi :
Sed meminit nostrum virginis esse torum.
Et quoq; nescio quid de me sensisse videtur :
Nam lacrymæ causa sæpe latente cadunt.
Et minus audacter blanditur : & oscula rara
Accipit : & timido me vocat ore suam.
Nec miror sensisse : [f] notus cùm prodar apertis :
In * læuum versor, cùm * venit ille, latus.
Nec loquor : & tecto simulatur lumine somnus :
Captantem tactus cùm cioq; manum.
Ingemit : & tacito suspirat pectore : meq;

a Ad Dianam apostrophe.
b Apollin. fratrem.
c Sicut Actæon.
d Quod Oeneus fecit.
e Latona à Niobe contemta.
f Signis alienati ab ipso animi.
* dextrum libres.
* vocat

Offensam, quanuis non mereatur, habet.
[a] Oratio in defectu verborū obscura.
[a] *Si mihi, quod gaudes, & te iuuat ista voluptas*
Si mihi, quod sensus sum tibi fassa meos:
Si mihi lingua foret, tu nostra iustius ira,
Qui mihi tendebas retia, dignus eras.
Scribis, vt inualidum liceat tibi visere corpus.
[b] Eminus, absens.
Es procul à nobis, & tamen [b] inde noces.
Mirabar quare tibi nomen Acontius esset:
[c] ἀκόντιον, h. e. iaculum.
Quod faciat longè vulnus, [c] acumen habet.
Certè ego conualui nondum de vulnere tali,
Vt iaculo scriptis eminus icta tuis.
Auget commiserationem.
Quid tamen huc venias? sanè miserabile corpus
Ingenij videas bina trophæa tui.
Concidimus macie: color est sine sanguine, quales
[d] Recordor.
In pomo [d] refero mente fuisse tuo.
Candida nec mixto sublucent ora rubore.
Forma noui talis marmoris esse solet.
[e] Poculorum argenteorum.
[e] *Argenti color est inter conuiuia talis,*
Quod tactum gelidæ frigore pallet aquæ.
Si me nunc videas, visam prius esse negabis:
Arte nes est, dices, ista petenda mea.
* iuncta. al. victa. Vincta h. e. deuincta, obligata.
*Promissique fidem, ne sim tibi * vincta, remittes:*
Et cupies illud non meminisse Deam.
Forsitan & facies iurem vt contraria rursus:
Quæque legam, mittes altera verba mihi.
Sed tamen aspiceres vellem, prout ipse rogabo
Et discas sponsæ languida membra tuæ.
* si
[f] Meis verbis, meo nomine.
*Durius & ferro * cùm sit tibi pectus Aconti:*
Tu veniam [f] nostris vocibus ipse peta.

Ne tamen ignores, ope qua reualescere possim,
Quæritur [a] *à Delphis fata canente Deo.*
Et quoq; nescio * *quantũ nunc vaga fama susur-*
Neglectam queritur testis habere fidem. (rat,
Hoc Deus & vates, hoc & mea carmina dicunt.
At desunt voto carmina nulla tuo.
Vnde tibi fauor hic? nisi q; noua fortè reperta est,
Quæ capiat magnos littera lecta Deos.
Teq; tenente Deos, * *nomen sequor ipsa Deorum,*
Doq; libens victas in tua vota manus.
Fassaq; sum matri deceptæ fœdera linguæ:
Lumina fixa tenet plena pudoris humo.
Cetera cura tua est: plus hoc quoq; virgine factũ,
[b] *Non timuit tecum quòd mea charta loqui.*
Iam satis inualidos calamo lassauimus [c] *artus,*
Et manus officium longius ægra negat.
[d] *Quid, nisi quod cupio me iam coniungere tecum,*
Restat vt asscribat littera nostra? Vale.

[a] Apollinis Delphico secessu Apoll. Delph.
* Is
* quam num. vt vag.
* numen.
[b] γλυκὺ φίλημα. quod ausa sim tecum per literas colloqui.
[c] Articulos.
[d] Quid restat vt scribendo adijciam, nisi quod cupio tecum coniungi.

IN XXI. EPISTOLAM ARGVMENTVM.

Tradunt Suidas & Aelianus, Græci scriptores, duas hoc nomine Sappho extitisse: quarum altera Erexia, poëtria percelebris, quæ Alcæi, & Pittaci, atq; Tarquinij Prisci tempore claruit, quæ etiam plectrum prima adinuenit. Huic nonnulli carmen Lyricum tribuunt. Altera Mytilenæa longè iunior, quæ psaltria, & meretrix fuit. Scripsit multa & præclara apud Græcos poëmata, adeò vt decima Musa dicta sit. Quare autem in Phaonis amorẽ inciderit, Plinius herbæ tribuit lib. 25.

Sed Baptista Egnatius, vir nostræ tempestatis lit
guæ Græcæ, atq; Latinæ studiosissimus, hanc f
bulam ab eodem è Græco in Latinum nuper tr
ductam recitat. Aelianus omnimodæ historiæ li
12. describit pulcerrimum mortalium omniu
Phaonem à Venere olim lactucis occultatum:
se verò & alios, aliter qui scripserint, fuisse Phao
nem ex eorum hominum genere, qui traijciendi
vltro citroque viatoribus nauigiolis impensiore
dantes operam, victum sibi diurnum quæritarent
accessisse tandem & Venerem, quæ se, vt in al
ram transportaret ripam, nulla interim prom
stipe, rogaret. Quod cùm ille libentius effecis
nescius, quam transueheret, Deam esse: tum v
rò à Venere longè preciosius accepisse munu
quàm si vel ampliſſimum manu precium exe
set: (Alabastrum nanq; cùm accepisset vngue
quodam plenum, quo semel perunctus, formo
sissimus repentè mortalium cunctorum apparuit
mulieres omnes Lesbias in eius exarsisse cupid
nem, præ ceteris verò impatientissimè, atque a
dentissimè à Sappho adamatum. Hæc ille. Cu
verò Phaon in Siciliam fortè discessisset, Sapph
amoris ignibus incensa, & planè ardens, se ab il
sperni timens: statuit etiam capitis periculo fur
rem lenire, demisso in mare corpore ex Leuca
Epiri promontorio. Sed antequam illuc accedr
per inconstantiam muliebrem tentans, quod e
sperauerat, hac epistola eum aduocare studet, f
ciens absenti inuidiam suæ conditionis, & calam
tatis, quam omnibus incommodis miserabilem
ostendit. Deniq; omnes misericordiæ angulos e
currit: nec aliquid, quod moueat, prætermitti
Nulla autem in epistola mitiores, ac lasciuiores a
moris affectus, quàm in ista expressit Ouidius, c
quòd supra muliebrem conditionem in amores
arseri

arserit Sappho: cùm non modò virum perditè amauerit, sed aliarum quoq; mulierum tribas fuerit, id est, insultando illas fricaret. Vnde ab Horatio masculà Sappho vocata est. Multi tamen putant hanc esse Sappho, quam diuinus Plato sapientem vocat. De ea autem sic cecinit Antipater Sidonius:

Dulcia Mnemosyne demirans carmina Sapphûs,
Quæsiuit decima Pierus vnde foret.

Ausonius:

Lesbia Pierijs Sappho soror addita Musis:
Εἶμ' αὖτη λυρικῶν ἀοιδὸν δεκάτη.

Papinius:

Stesichorusq; ferox, saltusq; ingressa viriles,
Non formidata temeraria Leucade Sappho,

Horatius:

Viuuntq; commissi calores,
Aoliæ fidibus puellæ.

SAPPHO PHAONI.

*NVnquid vbi aspecta est studiosæ littera dextræ,
Protinus est oculus cognita nostra tuus?
An, nisi legisses auctoris nomina Sapphûs,
Hoc breue, nescires, vnde mouetur opus?
Forsitan & , quare mea sint alterna, requiris,
Carmina, cùm Lyricus sim magis apta modis.
Flendus amor meus est: * elegeia flebile carmen:
Non facit ad lacrymas [b] barbitos * vlla meas.
Vror, vt indomitis ignem exercentibus Eurus,
Fertilis accensis messibus ardet ager.
Arua Phaon celebrat diuersa [c] Typhoidos Aetnæ:*

* Ecquid vt libr. tres. Ironicè interrogat.
a Doctæ, literis eruditæ.
* elegi quoq; fl. Naug.
b Barritos vlla, id est, vllum carmen Lyricum.
* illa libr. vet.
c Cui subiectus est Typhoeus gigas.

Me calor Aetnæo non minor igne tenet.

* quæ iungam *Nec mihi, dispositis * iungam quæ carmina nervis,*
Prouenient, vacuæ carmina mentis opus.
**Nec mihi Pyrino subeunt, Dryadesue puellæ,*

* iuuant
* Anactorie. non male: si quidem inter puellas à Lesbia amatas à Max. Tyrio nominantur Γύρννα, καὶ Ἀτθὶς, καὶ Ἀναξαρέτη.
* quas non sine crimine lib. pfer.

* Domit. Nec mihi Pierides subeunt Dryad. puellæ. Parrhas. Nec mihi Pyrrhiades subeunt Meliæque puellæ. h. e. Pyrrha & Melia Lesbi opida. Nauger. siue Plantini editio: Nec me Pyrrhiades Methymniadesue puellæ, h. e. Pyrrhæ & Methymnæ, quæ Lesbi insulæ vrbes sunt, delectant. Nos ex Sapphûs ipsius verbis his, ὁμοφορτέρα Μναῖδ' ἢ τεᾶς ἀπαλᾶς Πυρίννα ἀνθορτέρα. ita legendum suspicamur; Nec mihi Pyrino subeunt Mnaisue puellæ, quam lectionem postea etiam apud eruditos. Fulu. Vrsin. inuenimus.

*Nec me Lesbiadum cetera turba * iuuat.*
*Vilis * Amythone, vilis mihi candida Cydno:*
Non oculis grata est Atthis, vt ante, meis.
*Atq; aliæ centum, * quas hîc sine crimine amauit*
Improbe, multarum quod fuit, vnus habes.
Est in te facies, sunt apti lusibus anni:
O facies oculis insidiosa meis.
Sume fidem & pharetrã, fies manifestus Apollo,
[b] Accedant capiti cornua, Bacchus eris.
Et Phœbus Daphnẽ, & [c] Gnosida Bacchus amauit,
Nec norat Lyricos illa, vel illa modos.
At mihi Pegasides blandissima carmina dictant:
Iam canitur toto nomen in orbe meum.
Nec plus [d] Alcæus, consors patriæq; lyræq;
Laudis habet: quanuis grandius ille sonet.
Si mihi difficilis formam natura negauit:
Ingenio formæ damna rependo meæ.

a Ita Propert. Cinge caput mitra: speciem furabor Iacchi. Furabor Phœbi, si modò plectra dabis.
b Orph. in hym. Bacchus βακχείως καὶ διακτείως appellatur. Caulam reddit Diodorus in V.
c Ariadnen.
d Alcæus poeta lyricus Mytilenæus. Democh. εἰς εἰκόν. Σαπφ. τὴν Μυτιληναίαν ζωγράφει τοιαύτη.

N

*Nec me despicias si sum tibi corpore parua,
Mensuramq; breuis nominis ipsa fero.
Candida si non sum, placuit Cepheia Perseo
Andromede, patriæ fusca colore suæ.
*Et varijs albæ iunguntur sæpe columbæ:
Et niger à viridi turtur amatur aue.
Si, misi quæ facie poterit te digna videri,
Nulla futura tua est: nulla futura tua est.
At mea cum legeres, etiam formosa videbar:
Vnam iurabas vsq; decere loqui.
Cantabam, memini, (meminerunt omnia amantes)
Oscula cantanti tu mihi rapta dabas.
Hæc quoq; laudabas, omniq; à parte placebam,
Sed tunc præcipuè, cum fit amoris opus.
Tunc te plus solito lasciuia nostra iuuabat,
Crebraq; mobilitas, aptaq; verba * ioco.
*Et quòd, vbi amborum fuerat confusa voluptas,
Plurimus in lasso corpore languor erat.
Nunc tibi Sicelides veniunt noua præda puellæ:
Quid mihi cum Lesbo? Sicelis esse volo.
*O vos erronem tellure remittite nostrum
Nisiades matres, * Sicelidesq; nurus.
Nec vos decipiant blandæ mendacia linguæ:
Quæ dicit vobis, dixerat antè mihi.
Tu quoq; quæ * montes celebras Erycina Sicanos,
(Nam tua sum) vati consule diua tuæ.
An grauis inceptum peragit fortuna tenorem?
Et manet in cursu semper acerba suo?
Sex mihi natales ierant: cum lecta parentis

* Sum breuis, at nomè quod terras impleat omnes Est mihi: mensuram nom. ipſ. fero, melius. Max. Tyrius. ἤτου Σαπφῦς τῆς καλῆς, ἔτω γὸ αὐτὼ ὀνομάζων χαίρει πλά των, ἀλλὰ τὼ ὥραιον μιλῶν, καὶ ὁι μικρὰ ἔσαι καὶ μέλαινα.

a Turtures & pſittaci, pauones & columbæ, merulæ & turdi aues amicæ inter ſe, vt ait Plinius.

* ioco

* Atq; vbi iam ambor.

* Nec vos erronem tellure admittite noſtrum, h. e. recipite.

* Niſiadeſque libr. duo. h. e. Megarenſes à Niſo rege. Micyll. Ful. Vrſ. Nyſiades ſcripſit.

* immites.

Ante diem lacrymas ossa [a] bibêre meas.
Arsit inops [b] frater victus meretricis amore:
Mixtaq; cum turpi damna pudore tulit.
Factus inops, agili peragit freta cærula remo:
Quæsq; [c] malè amisit, nunc [d] malè quærit opes.
Me quoq;, quod monui bene multa fideliter, odit:
Hoc mihi libertas, hoc pia lingua dedit.
Et tanquam desint, quæ me sine fine fatigent,
Accumulat curas [e] filia parua meas.
Vltima tu nostris accedis causa querelis.
Non agitur vento nostra carina suo.
*Ecce iacent collo * sparsi sine lege capilli:*
Nec premit articulos lucida gemma meos.
Veste tegor vili: nullum est in crinibus aurum:
*Non Arabum noster * rore capillus olet.*
Cui [f] colar infelix? aut cui placuisse laborem?
Ille mei cultus vnicus auctor abest.
Molle meum teneris cor est violabile telis,
Et semper causa est cur ego semper amem.
Siue ita nascenti legem dixêre [g] sorores:
Et data sunt vitæ fila seuera meæ.
[h] Siue abeunt studia in mores, artesq; magistra
*Ingenium nobis molle Thaleia * dedit.*
Quid mirum, si me primæ lanuginis ætas
[i] Abstulit, atq; anni, quos vir amare potest?
Hunc ne pro Cephalo raperes Aurora timebam:
Et faceres: sed te prima rapina tenet.

a Madefacta, imbuta sunt meis lacrym.
b Charaxus, qui ob Δωρίκας meretricem ad pauperatem redact⁹ est Athen. lib. 13.
c Dilapidauit meretriculæ causa.
d Piraticam exercendo.
e Cleis filia. Suidas.
* positi
* dona: al. Arabo rore. Intelligit Myrrham Arabicã, cuius stacte, id est, gutta myrrhæ, ad crines vnguendos erat potissima.
f Tibul. Ah pereant artes, & mollia iura colendi Vtrinque cura vestimentorum indicatur.
g Parcæ. ὁδ. ἡ. ὅσα οἱ αὐτῶν καταλῶθές τι βαρεῖαν γ ἡμένῳ ἡμαυτο λίνῳ.
h Hoc est, siue formamus mores studijs, in quibus versamur. * facit
i In amorem pertraxit.

Hunc

Hunc si conspiciat, quæ conspicit omnia, Phœbe:
Iussus erit somnos continuare Phaon.
Hunc Venus in cœlum curru vexisset eburno:
Sed videt & Marti posse placere suo.
O nec adhuc iuuenis, nec iam puer, vtilis ætas:
O decus, atq; aui gloria magna tui!
Huc ades, inq; sinus formose relabere nostros:
*Non vt ames oro, * verùm vt amare sinas.*
Scribimus: & lacrymis oculi rorantur obortis:
Aspice, quàm sit in hoc multa litura loco.
Si tam certus eras hinc ire, modestus isses:
Et modò dixisses, Lesbi puella vale.
*Non tecum lacrymas, non oscula * summa tulisti:*
Deniq; non timui quod dolitura fui.
Nil de te mecum est, nisi tantum iniuria: nec te
Admonuit, quanuis pignus amantis habes.
Non mandata dedi: neq; enim mandata dedissem
Vlla, nisi vt nolles immemor esse mei.
*Per tibi qui nunquam longè * discedat amorem,*
Perq; nouem iuro numina nostra Deas:
Quum mihi nescio quis, fugiunt tua gaudia, dixit:
Nec me fiere diu, nec potuisse loqui.
*Et lacrymæ deerant oculis, & * lingua palato:*
Astrictum gelido si gore pectus erat.
*Postquam se dolor imminuit, *mea pectora planxi,*
*Nec puduit * ruptis exululare comis.*
Non aliter quàm si nati pia mater ademti
Portet ad extructos [c] corpus inane rogos.
Gaudet, & è nostro crescit mœrore [d] Charaxus

[a] Alludit ad fabul. Endymionis à Luna sopiti.
[b] Ebur Veneri, sicut argentum Lunæ, dedicatum est.
* sed quod amare, Linacer. lib. 4. de constructione verbi act. Ouid. 4. Trist. eleg. 1. Præmoneo nunquam scripta quòd ista legat.
* Si mihi dixi libr. duo.
* nostra
* Admoneat, quod tu mun⁹ (alij) pignus amant. al. Admoueat. al. Admonui, q⁹ tu pign⁹ amantis habes.
* discedit lib. duo. melius.
* verba libr. tres.
* nec pector. plangi. Nec.
* scillis
[c] Cadauer animæ expers.
[d] Quem carminibus proscide rat, teste Herod. Enterp.

propter Po-

triculam : vel potius propter Doricam, vt scripsit Athenæus.

Frater : & ante oculos itq; reditq; meos.
Vtq; pudenda mei videatur causa doloris,
Quid dolet hæc ? certè filia viuit, ait.
Non veniunt in idē pudor, atq; amor: omne videbat
Vulgus : eram lacero [a] pectus aperta sinu.
Tu mihi cura Phaon : te somnia nostra reducunt :
Somnia formoso candidiora die.
Illic te inuenio, quanquam regionibus absis :
Sed non longa satis gaudia somnus habet.
Sæpe tuos nostra ceruice onerare lacertos,
Sæpe tuæ videor supposuisse meos.
Oscula cognosco : quæ tu committere linguæ,
Aptaq; consueras accipere, apta dare.
Blandior interdum : veriq; simillima verba
Eloquor : & [b] vigilant sensibus ora meis.
**Vlterius pudet hîc narrare : sed omnia fiunt :*
Et iuuat, & sine te non licet esse mihi.
At quum se Titan ostendit, & omnia secum :
Tam citò me somnos destituisse queror.
Antra, nemusq; peto, tanquā nemus antraq; pstent :
Conscia delicijs illa fuêre meis.
Illuc mentis inops, vt quam furialis [c] Erichtho
Impulit, in collo crine iacente feror.
Antra vident oculi scabro [d] pendentia topho :
Quæ mihi [e] Mygdonij marmoris instar erant.
Inuenio siluam, quæ sæpe cubilia nobis
*Præbuit, & * multa * texit opaca coma.*
*Sed non inuenio * syluæ dominumq; meumq;.*
Vile solum locus est : dos erat ille loci.

a Synecdoche habens pectus apertum.

b Vigilare videntur.

* Vlteriora pudet narr. libr. duo. rectius.

c Thessaliæ venefica siue maga. Species p gen.

d Fornicata, arcuata.

e Phrygij.

* multis pressit opaca comis.

* pressit

* dominum syluęq; meumque libr. tres. melius.

Cogno-

fuerit nesciunt, quónam pacto negare audeant? non meminére illo quoq; seculo extitisse Marsos, Suffenos, Volusios, Bauios, Meuios, Anseres. Cassij quoque Parmensis scripta minus accurata fuisse prodiderunt.

VLYSSES PENELOPAE.

PErtulit ad miserum tandem tua casus Vlyssem
Penelope chartis verba notata pijs.
Agnoui caramq; manum, gemmasq; fideles:
Solamen longis illa fuêre malis.
Arguis vt lentum: mallem quoq; forsitan esse:
Quam tibi quæq; tuli dicere, quæq; feram.
Non hoc obiecit mihi Græcia, cum mea fictus
Detinuit patrio littore vela furor.
Sed thalamus nec velle tuis, nec posse carere,
Causaq; fingendæ tu mihi mentis eras.
Nil tibi rescribam curas, properemq; venire:
Dum propero, aduersi vela tulêre Noti.
Non me Troia tenet Graijs odiosa puellis:
Iam cinis, & tantum flebile Troia solum.
Deiphobusq; iacet, iacet Asius, & iacet Hector:
Et quicunq; tui causa timoris erant.
Euasi & Thracum cæso duce prælia Rheso,
In mea captiuis castra reuectus equis.
Tutus & è media Phrygiæ Tritonidos arce,
[a]Fatalis palmæ pignora capta tuli.
Nec timui commissus equo: malè sedula quanuis
Clamabat [b] vates: vrite Troes equum.

[a] Fatalis victoriæ. In fatis enim erat tunc demum Troiã euersum iri quum ablatum illinc esset Palladium.
[b] Cassandra.

Vrite:

Vrite: mendaci celantur [a] *robore Achiui:*
Et Phrygas in miseros vltima bella ferunt.
Perdiderat tumuli supremum munus Achilles:
Sed Thetidi est humerus redditus ille meu.
Nec laudem Danaï tanto renuêre labori:
Erepti precium corporis [b] *arma tuli.*
Quid referi? [c] *pelago sunt obruta: non mihi classes,*
Non socij superant: omnia pontus habet.
Solus adhuc mecum, qui me tot casibus vnus
Durauit, patiens ad mala perstat amor.
Illum non auidis canibus [d] *Nereïa virgo*
Fregit: non tumidis torta Charybdis aquis.
Non ferus [e] *Antiphates, nec in vno corpore discors*
[f] *Parthenope, blandis insidiosa modis.*
Non quòd [g] *Colchiacas artes tentauerit herbis,*
Non quòd solennes [h] *altera diua toros.*
Vtraq; se nobis mortalia demere filâ
Spondebat: Stygias vtraq; posse vias.
Te tamen hac etiam spreta mercede petiui,
Passurus terra tot mala, totq; mari.
Sed tu femineo nunc forsan nomine tacta,
Non secura leges cetera verba mea.
Quæq; mihi Circe, quæ sit mihi causa Calypso:
Iamdudum ignoto sollicitêre metu.
Certè ego cùm Antinoüm, Polybumq;, Medontaq;
Heu toto sanguis corpore nullus erat. (lego
Tot iuuenes inter, tot vina liquentia semper,
Hei mihi quid credam? [i] *pignore casta manet*
Curúe placent vlli, si sunt in fletibus ora?

[a] Equo dura teo siue durio, hoc est ligneo. ὄδυσσ. δ'. ἐπ-πω σὺ ξεσσῶ, ἵν' ἐνήμεθα πάν-τες ἄριστοι Ἀχ-αιῶν.

[b] Achill. arma. 13. Metamor. fortisq; viri tulit arma disertus?

[c] Postquã naufragium fecisset Vlysses: de quo vide Pausan. Attic. & libr. 9. epigr. εἰς Διγλω.

[d] Scylla Phorci F.

[e] Antiphates Læstrygonum rex vnum ex socijs Vlyssis cõedit, ac naues virosq; mersit, præter eam, quæ Vlyssem vehebat.

[f] Syrenes. Species pro genere.

[g] Medeæ, h. e. magicas, quas Circe tentauit.

[h] Calypso.

[i] Cum pignore, cum Telemacho F.

Deperii

Deperit & lacrymis non decor iſte tibi?
Pacta quoq; es thalamo, niſi mẽdax tela moretur,
Et cœptum [a] *reuocas pallida ſemper opus.*
Ars pia: ſed quoties oculos fruſtrabere lana,
Succeſſum * *toties ars dabit iſta tibi.*
Ah melius Polypheme tuo ſuperatus in antro,
Finiſſem ingratos ad mala tanta dies.
Threicio melius cecidiſſem milite victus,
Iſmaron errantes cùm tenuêre rates.
Crudelémue illo ſatiaſſem tempore Ditem,
Quo redij Stygijs fata moratus aquis.
[b] *Vidi vbi, nequicquam quod me tua littera celat,*
Soſpes digreſſo quæ mihi mater erat.
Rettulit illa domus eadem mala: meq; querentem
Fugit ab amplexu ter reſoluta meo.
[c] *Phylaciden vidi: contemtis ſortibus, ille*
Primus in Hectoreas intulit arma domos.
Felix laudata cum [d] *coniuge: lata per vmbras*
Illa ſuum fortè ſit comitata virum.
Nec dum illi Lacheſis dictos numerauerat annos:
Sed tuuat ante ſuum ſic cecidiſſe diem.
Vidi, nec lacrymas oculi tenuêre cadentes,
Deformem [e] *Atriden (hei mihi) cæde noua.*
Illum Troia virum non laſerat: ille furentem
Nauplion, [f] *Euboicos tranſieratq; ſinus.*
Quid refert? animam per vulnera mille profudit,
Iam reduci ſoluens debita vota Ioui.
Tyndaris has illi latas pro fœdere pœnas
Struxerat, externos ipſa ſecuta viros.

a Noctu retexendo quod interdiu texiſti.
* quoties ars dab. iſt. tibi?

b Oratio elipt. ſc. quo loco vidi matrẽ mortuam. ὁ δυσ. λ. ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ μητρὸς κατατεθνηύιης.

c Proteſilaum intelligit à Phylace vrbe Theſſaliæ, cui præfuit.

d Laodamia, quæ occiſo marito ſuperſtes eſſe noluit.

e Agamemnonem.

f Caphareum Euboeæ promontorium, vbi Nauplius Palamed. pater ſublatis doloſè luminibus in magnum diſcrimẽ Græcos attraxit.

* Ah libr. tres. *At mihi quid prodest, captiuas Teucridas inter*
a Andromeda & Cassandra. *Cùm staret a coniux Hectoris atq; soror?*
* potius rectè. *Defectis Hecubam * potui legisse sub annis,*
* Nec perp. ** Ne tibi suspectus pellicis esset amor.*
Prima meis omen metuendum puppibus illa
Fecit, non membris ipsa reperta suis.
Latratu miseras finiuit mœsta querelas:
Et stetit in rabidam protinus acta canem.
Prodigio tali placidum Thetis abstulit æquor:
Aeolus infusis incubuitq; Notis.
* Per vagus h. totum n. f. d. orbem ** Peruagus hinc toto non felix differor orbe:*
Et quacunq; vocat fluctus & aura feror.
b Thebanus vates, cuius consulendi gratia ad inferos descendit. ὀδ. λ. *Sed si b Tiresias tam læti prouidus augur,*
Quàm verax vates in mala nostra fuit:
Et terra & pelago, quicquid mihi triste canebat,
Emensus, fato iam meliore vagor.
Iam mihi nescio quo comitem se in littore iungit
Pallas, & hospitibus per loca tuta trahit!
Nunc primum Pallas versæ post funera Troiæ
Visa mihi: medium temporis ira tulit.
* Quicquid Oilides libr. duo. probè. h. e. Aiax Oilei F. Virg. Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei. ** Quicquid & Oenides commiserat, omnibus vnus*
Peccauit: Danais omnibus ira nocens.
Nec te Tydide, cuius modò nouerat arma,
Eximit: errato tu quoq; ab orbe venis.
Non Telamone satum c capta de coniuge Teucrum
Non ipsum pro quo mille fuêre rates.
c Hesione. d ἀπροφῶ ad Menelaum. *Felix d Plisthenides quacunq; in sorte fuisti:*
Coniuge cum cara non grauis illa fuit.
Seu venti fecêre moras, siue æquora vobis:

Ad ma

Ad nulla est vester damna retentus amor.
Oscula nec venti certè tenuêre, nec vndæ :
Promtaq; in amplexus brachia semper erant.
Sic vtinam errarem : faceres tu mollia coniux
Aequora : te socia nil mihi triste foret.
Nunc quoq; Telemacho tecum mihi sospite tecto,
Omnia sunt animo iam leuiora mala.
Quem tamen infestas rursus queror ire per vndas
Herculeam Sparten, Nestoreamq; Pylon.
Ingrata est pietas, cui tanta pericula subsunt :
Nam malè commissus fluctibus ipse fuit.
Sed labor in fine est : occursum in littore vates
Dixit : in amplexus care ferere tuos.
[a]Noscendus soli veniam tibi : tu preme sollers
Lætitiam : & tacito gaudia conde sinu.
Non vi certandum, nec aperta in bella ruendum :
Sic cecinit [b] laurus ille monere suas.
Forsitan ante dapes, interq; vacantia vina,
Vltoris pharetris vtile tempus erit.
Et modò despectum subitò mirentur Vlyssem :
Hei precor, vt properet ille venire dies !
Antiqui renouet qui lætus fœdera lecti :
Et tandem incipias coniuge cara frui.

a Sui aduentus modum prædicit.

b Apollinem. μεταφορικῶς.

IN II. SABINI EPISTOLAM ARGVMENTVM.

Hac epistola Demophoon suam perfidiam purgare nititur : & reditum, quem longè vltra promissum retardauerat, excusare, varias causas afferendo. Interdum enim dicit se à suis arceri, & ob

moram, quam in Thracia cum Phyllide fecerat redargui. Nonnunquam à nauigandi importunitate se defendit. Se autem breui, etiam contra omnem maris potestatem ad Phyllida nauigaturum promittit. Quod quidem adimpleuit: sed tamen Phyllis amoris impatientia, laqueo vitam finierat, & deorum miseratione in amygdalum sine ullis conuersa: quæ Demophoontis amplexu, vt soluti sponsi sentiret aduentum, folia emisit. Quod ideo fingitur, quia amygdalus Græcè phyllon vocatur, in qua morientis Phyllidis nomen remansit. Quæ flante Zephyro, qui occidentalis est ventus, & in Thracas vadens, per Atticam regionem transitum facit, floret: cùm Zephyrus dicatur quasi ζωηφόρος, id est, vitam ferens: quoniam habet plantis & graminibus fauere, vt germinent & pullulent. & hinc fabulæ datus est locus, Phyllida scilicet lætari & florere redeunte ab Athenis amasio.

Potius ob folia, quam ob amygdali arborē, inditum nomen crediderim: nā φύλλα folia dicuntur.

DEMOPHOON PHYLLIDI.

* demittit

*Phyllidi Demophoon patria * dimittit ab vrbe*
Et patriam meminit muneris esse tui.
Nec face Demophoon alia, nec coniuge captus
Sed tam non felix, quàm tibi notus erat.
Theseæ, quo socero nequicquam Phylli timebas
**Impulerit q̄, igneus forsitan ille tuos,*
Turpe pati nobis, regno ferus expulit[a] hospes.
Hunc illi finem longa senecta dedit.
Qui modò peltiferas fudit[b] Mæotidas armis,
Alcidæ magni non minor esse comes:
Qui socerum Minoa graui sibi fecit ab hoste,

* Impulerit ne. h. e. ne fortè amores tuos auerterit.
a Mnestheus.
b Amazones ad Mæot. Scythiæ palud. incolentes.

Miran
Arguor e
Nec ta
Dum tha
Et tu
Fluxêre i
Præue
Forsitan
*At po
Cùm potiè
Quæq̄
Intonat h
Infelix
Et quòd
Feciss
Non equ
Staret
Poscunt,
Demop
Respice: e
Sic am
Vtq̄ redir
Te rog
Me tamen
Aduer
Sæpe abit
Gauis
Nec met
c Libe

Mira

Mirantem [a] *monstri cornua victa sui.*
Arguor exilij, quem credis? causa fuisse:
Nec tacitum frater, nec sinit esse reum.
Dum thalamos (inquit) dilectæ Phyllidos vrges,
Et tuus externo cessat in igne furor:
Fluxêre interea pede tempora lapsa fugaci:
Præuenitq; tuas flebilis hora moras.
Forsitan * *& nondum factus occurrere rebus,*
* *At poteras factus vtilis esse tamen:*
Cum potiora * *mihi Rhodopeïa regna fuêre:*
Quæq; magis regnis cara puella fuit.
Intonat his Athamas: eadē mox obijcit Aethra,
Infelix functæ iam propè sortis anus.
Et quòd non condant nati sua lumina [b] *palmæ,*
Feciſſe hîc noſtras arguit vſq; moras.
Non equidem inſiteor: multum clamauit vterq;,
Staret Threicijs quum mihi puppis aquis.
Poſcunt, Demophoon, quid ceſſas? carbaſa venti:
Demophoon patrios reſpice iure Deos.
Reſpice: et exemplum, qua gaudes, Pllyllida ſume:
Sic amat, vt terra nolit abire ſua.
Vtq; redire velis, non vt comitetur euntem,
Te rogat: & præfert barbara regna tuis.
Me tamen * *hîc inter tacitum conuicia ſæpe*
Aduerſis memini vota tuliſſe Notis.
Sæpe abitura tuo ponentem brachia collo,
Gauiſum in fluctus æquora mota truces.
Nec metuam hoc * *ipſo coram genitore fateri:*
[c] *Libertas meritis eſt mihi facta tuis.*

[a] Minotauri.

* aut lib. duo.

* Aut

* tibi lib. duo, probè.

[b] Manus Theſei F.

* hæc lib. duo, melius.

* ipſum probè παρρησία. h. e. merita tua me liberiorem in dicendo faciunt.

Dices : non duro dilectam Phyllida liqui
Pectore : nec præceps vela ferenda dedi.
Et fleui : & flentem solando sæpe remansi,
Cùm staret cursus iam mihi certa dies.
Deniq; Threicia veni rate : non dare Phyllis
Quam potuit, iussit tardius ire ratem.
* Ariadnes. *Ignosce & fasso : memor es * Minoidos ipse :*
Antiquus nec dum pectore cessit amor.
* dicis *Et quoties oculis circundat sidera, * dixit :*
Quæ fulget cœlo, nostra puella fuit.
Illum dilecta Bacchus sibi cedere iussit
Coniuge : desertæ crimen at ille subit.
Exemploq; patris periurus dicor & ipse :
Nec quæris causas Sithoni dura moræ.
Nec satis ampla putas redituri pignora, si me
Non amor alterius, non amor vllus habet.
Nullane fama tibi turbatos Phylli penates
Theseos, & miseræ rettulit acta domus ?
Non laqueos audis cari me flere parentis ?
Flebilior laqueis hei mihi causa subest !
Non fratrem Hippolytum : cecidit miserabilis ille
Præceps attonitis per freta raptus equis.
Non tamen excuso reditus : licet vndiq; fata
Accumulent causas : tempora parua peto.
Thesea, quod superest, patrem tumulabimus ante
Succedat tumulo non sine honore decens.
Da spacium, veniamq; peto : non perfidus absens
Nec mihi iam terra tutior vlla tua est.
Quicquid mite fuit post diruta Pergama : quicquid
Aut be
Sola fuit
Auxil
Si modò
Regia
Nec patr
Nec ia
Quid, si
Perq
Penelope
Exemp
Illa pia (
Strux
Cùm pro
Atq
At tua n
Phylli
Estq; tibi
Obsta
O tibi qu
Tum
Damnabi
Demo
* Demoph
Passus
Ah cur n
Rupi
Sic tam
Vlter
Aut

Aut bella, aut pelagi detinuêre moræ:
Sola fuit Thrace. patria quoq; tactor in illa:
Auxilium superest casibus vna meis.
Si modò mens eadem, nec, quòd sit tam mihi diues
Regia Cecropia non minor arce, mouet:
Nec patrui offendunt casus, nec crimina [a] matris,
Nec iam non felix omine Demophoon.
Quid, si Phœbeam peterem te coniuge Troiam?
Perq; annos sequerer bella gerenda decem?
Penelopen audis? toto laudatur in orbe,
Exemplum fidi non leue facta tori.
Illa pia (sic rumor ait) mendacia telæ
Struxit: & instantes distulit arte toros:
Cùm properata [b] palàm reuocaret stamina noctu,
At q; iterum in lanas omne rediret opus.
At tua ne fugiant spreti connubia Thraces,
Phylli times: vlli nubere dura potes?
Est q; tibi pectus cuiusquam accedere tedas?
Obstat perfidiæ nec metus iste tuæ?
O tibi quantus erit facti rubor! ah tibi quantus
Tum dolor, aspicies cùm mea vela procul!
Damnabis q; tuos serò temeraria questus:
Demophoon, dices, hei mihi fidus erat.
*Demophoon * rediit, & sæuos forsitan Euros*
Passus, & hybernas dum quoq; currit aquas.
Ah cur nescio quàm properauimus, hei mihi culpã
Rupi: quam ruptam sum mihi questa fidem.
Sic tamen, ah, potius sic perstes: quam mihi de te
Vlterior tangat pectora Phylli dolor.

[a] Phædræ quæ seipsam interemit post accusatum falso Hippolytum.

[b] Interdiu siue coram procis.
* noctu

* En mihi Demophoon & sæu. redditur Euros Passus, & hyber. dum freta sulcat. aqu. ai. Demoph. redit huc, & sæ.

Quos tibi (me miserum) laqueos, quæ fata minaris?
Et nimis audaces gens habet ista Deos.
*Parce precor: *flammamq́, domus mihi crimen habebit.*
Perfidiæ, gemina ne preme dura nota. (benta
**Excuſet patrem fatis* *in parte relicta*
Gnoßis: non merui, cur ferar ipſe nocens.
Nunc venti mea verba ferant, qui vela tulerunt.
Eſt animus reditus: ſed pia cauſa tenet.

* flammasq́ue dom. Naug. famamq; dom.
* Accuſet probè.
* prædæq; relicta, melius.
a Ariadne.

IN III. SABINI EPISTOLAM ARGVMENTVM.

Epiſtola hæc reſponſiua Paridis non multum in rebus difficultatis habet, eò quòd argumentum ex Oenones epiſtola dependet. Paris autem, qui coniugij iura violauerat, dum vxore dimiſſa Helenam duxerat, in principio ſtatim iniuriam Oenonæ ſe feciſſe fatetur. Deinde cum ſui excuſatione crimen reijcit in Cupidinem, cui non facile reſiſtitur, ſed qui ſine vlla ratione in ea, quæ cupit, amantes trahit: & in fatorum ſeriem, qui ſibi Helenam, antè quàm illam nouiſſet, deſtinauerant. Ferunt autem Oenonem tanto Paridis amore flagraſſe, vt cùm à Philoctete ſagittis Herculeis confoſſus ad eam ferretur, ipſa cadauer complexa, fouens vulnera expiraverit, & in Cebria Troadis vrbe ſepultos fuiſſe.

PARIS OENONAE.

Qvæ ſatis apta tibi tam iuſtè nympha querenti
Reſcribam, fateor quærere verba manum.
Quærit: nec ſubeunt: ſentit ſua crimina tantum:
Soluere,

Soluere, quæ sentit, non sinit [a] *alter amor.* — a Helenæ.
Si leuat hic iras, ipso me iudice damnor.
Quid refert? causa tu meliore [*] *cares.* — * fortass. cades.
[b]*Damnatumq; tibi me sub sua iura Cupido* — b Damnatum à &c.
Retrahit: alterius sic quoq; præda sumus.
Prima meis tu pacta toris: fassusq; iuuentam
Te primum accepta est coniuge noster amor.
Nondum tantus eram, quo me genitore superbum
Arguis: hoc dominus tunc retinendus eram.
Non ego Deiphobū sperabam, aut Hectora fratrē,
Cum pastos agerem te comitante greges.
Reginamq; Hecuben [*] *nisi matris nomine noram:* — * non matr. rectius.
Et fueras illi digna manere nurus.
Sed non est rationis amor: te consule Nympha:
Læsa es, [*] *& læsam scribu amare tamen.* — * te
Cumq; petant Satyri connubia, cum tua Panes:
Detecta memor es tu tamen vsq; facu.
Adde, quòd [*] *his fatis amor est aditus: & illum* — * hic probè.
Præscia venturi viderat antè [c] *soror.* — c Cassandra.
Nondum Tyndaridos nomen mihi federat aure:
Nec cecinit Graios illa vocare viros.
Omnia vera vides: superant mea vulnera tantum:
Vtq; tuam supplex poscere cogar opem.
Te penes arbitrium nostræ vitæq; necisq;:
Victuri iam nunc pectora sume tibi.
Fleuisti, memini tamen hac in voce canentis:
Et mala, dixisti, sint precor ista procul.
Nec sic fata ferant, tulerint sic cetera quæuis,
Vt posim Oenone perdere læsa Parim.

Tot superare metus qui me, nec credere cogit:
(Ignoscas) idem te quoq; fallit amor.
Imperat ille Deus: cùm vult, in cornua tauri,
Cùm vult, in pennas destruit ille Iouem.
Non foret in terris tanto miranda decore
Tyndaris, heu flammis nata puella meis:
Si sua non cygno mutasset Iuppiter ora.
Fluxerat in Danaës [b] aureus ante sinus.
Piniferamq; Iden falsus lustrauerat [c] ales:
Inter Agenoreas constiteratq; boues.
Victorem Alciden domina quis pensa tenere
Crederet? at lanas nere coëgit amor.
Dicitur & Coæ sedisse in veste puellæ:
Illa Cleonæo tecta [d] leone fuit.
Te memini Phœbum Oenone (mea crimina dico)
Fugisse, & nostros præposuisse toros.
Non ego præstabam Phœbo: sed tela Cupido
Hís in te voluit legibus ire sua.
Consolere tamen digna tua pellice damna:
Quam tibi prætulimus, nata puella Ioue est.
Sed quod nata Ioue est minimum me tangit in illa:
Quòd non est facies pulcrior vlla, nocet.
Atq; vtinam formæ iudex incallidus essem
Creditus Idæus [e] Pegasi nympha iugis.
Non mihi Iunonis, nec obesset Pallados iræ,
Laudata est oculis quòd Cytherea meis.
Diuidit hæc alijs flammas celeresq;, paresq;:
Vt libitum est [f] nati temperat ipsa faces.
Non tamen eualuit vitare domestica tela,

[a] Cupidinis potentiam exprimit.
[b] Sub specie imbris aurei.
[c] In aquilam conuersus.
[d] Pelle leonis Cleonæi, qui, & Nemæus.
* Consuluêre malè.
[e] Ἀποστροφὴ ad Oenonen.
[f] Cupidinis.

Quos

Quos alijs arçus, & ſibi dura tulit.
Deprenſam [a] coniux illam in Mauorte dolebat,
Teſtibus hic diuus cum Ioue queſtus erat.
Iam dolet & Mauors: terras vltroq; reliquit,
Prætulit Anchiſen hinc abitura ſuum.
Anchiſen propter voluit formoſa videri:
Viſaq; poſt latam iacuit vlta Deam.
Quid mirum eſt potuiſſe pari ſuccurrere amori,
Immunis ſub quo non fuit ipſe Paris?
Quam læſus Menelaus amat, non læſus amaui.
Adijce non læſo quòd comes ipſa fuit.
Et magnos video cogi mihi rapta tumultus:
Armataq; petunt Pergama mille rates.
Non vereor, belli ne non ſit cauſa probanda:
Eſt illi facies digna mouere duces.
Si mihi nulla fides, armatos reſpice Atridas.
Quam ſibi ſic repetunt, ſic retinenda mihi eſt.
Quod ſi vertendæ ſpem mentis concipis huius,
Cur ceſſant herbæ? carmina curúe tua?
Cùm te nec Phœbi ſollertior artibus vlla eſt:
[b] Phœbeaq; Hecates ſomnia vera vides.
Tecum ſideribus tecum deducere Lunam,
Nubibus & memini ſurripuiſſe diem.
Paſcebam tauros: interq; armenta leones,
Obſtupui placidos vocibus ire tuis.
Quid retrò Xanthum, retrò Simoënta vocatum,
Adijciam curſus non tenuiſſe ſuos?
Ipſe pater, ceu rem natæ malè tutus haberet,
Cantatas quoties reſtitit inter aquas?

* Deprenſa con. illa in libr. duo.
a Volcanus.
* cœlo terraſque relicto Prætulit, Anch hinc habitura ſuum.
* hic al. hæc
* ipſa, Parin?
* cogit
* metuenda libr. duo.
b Ex Hecate Oceani filia Phœbus genuit Oetam, & Circen, vt placet Heſiodo. Sed Homerus ex Perſa Oceani filia natam ſcribit.

Nunc

*Nunc locus Oenone est, nunc illas tende: *paralit
Siue tuos ignes pellere, siue meos.

* parauit libr. tres. & vn. parabis.

RESPONSIONVM AVLI SABINI FINIS.

P. OVIDII NASONIS ELEGIARVM SIVE Amorum Liber primus.

IVL. CAES. SCALIG. IN HYPERCRITICO.

Amores ipse suos olim castigauit. Libros enim quinque ad trium redegit compendium. Multa arguta, multa culta, multa lasciua, luxuriantia effusa: multa in quibus omnia præter licentiam nobis desiderantur. noluimus tamen laborare, quum pigeret libelli. Longè verò magis læsit animũ ars illa amatoria. nihil enim aliud, quam nugę.

* non vlla tibi iam sit lib. duo & melius. Micyll. qui priores hos quatuor versus titulum operis huius esse putat siue ἐπιγραφὴν, legit: Vt iam nulla tibi nos (scil. libellos) sit leg. vol.

ELEGIA I.

Quemadmodum à Cupidine pro bellis amores scribere coactus sit.

QVi modò Naſonis fueramus quinq; libelli,
Tres ſumus: hoc illi prætulit auctor opus.
Vt *iam nulla tibi non ſit legiſſe voluptas:
At leuior demtis pœna duobus erit.
a Arma graui numero, violentaq; bella parabam

a Versu heroico. Horat. Res Edere

Edere, materia conueniente modis.
Par erat inferior versus: risisse Cupido
Dicitur, atq; vnum surripuisse pedem.
Quis tibi sæue puer dedit hoc in carmine iuris?
Pieridum Vates, non tua turba sumus.
Quid, si præripiat flauæ Venus arma Minerua?
Ventilet accensas flaua Minerua faces?
Quis probet in syluis Cererem regnare iugosis?
Lege [a] pharetratæ virginis arma coli?
[b] Crimbus insignem quis acuta cuspide Phœbum
Instruat, Aoniam Marte mouente lyram?
Sunt tibi magna, puer, nimiumq; potentia regna.
Cur opus affectas ambitiose nouum?
An, quod vbiq;, tuũ est? tua sunt Heliconia Tempe?
Vix etiam Phœbo iam lyra tuta sua est.
Cùm bene [c] surrexit versu noua pagina primo:
[d] Attenuat neruos protinus ille meos.
Nec mihi materia est numeris leuioribus apta,
Aut puer, aut longas comta puella comas.
Questus eram: pharetra cùm protinus ille soluta,
Legit in exitium spicula facta meum.
[e] Lunauitq; genu sinuosum fortiter arcum:
Quodq; canas vates, accipe, dixit, opus.
Me miserum, certas habuit puer ille sagittas:
Vror: & in vacuo pectore regnat amor.
Sex mihi surgat opus numerus, in quinq; [f] residat:
Ferrea cùm vestris bella valete modis.
Cingere luttorea flauentia tempora myrto
Musa per vndenos emodulanda pedes.

gestæ regumq; ducumque & tristia bella
Quo scribi posset numero monstrauit Homer.

a Dianæ. Ἀρτέμι πῶς σοι τόξα παρ' ὠμοθέτεω τε φαέτρη.
b Intonsum ἀκειρεκόμου: ἀκερσεκόμου.
c Numero scil. sublimiori.
d ἰαχῇ χαραχθέις: qui prius est elegiaci carm.
e In cornua curuauit.
f Desinat in pentametr. incipiendo ab hexam.

ELE-

ELEGIA II.

Quòd primo amore correptus, in triumphum duci se à Cupidine patiatur.

Esse quid hoc dicã, quòd tam mihi dura videntur
Strata? nec in lecto pallia nostra sedent.
Et vacuus somno noctem, quàm longa, peregi:
Lassaq; versati corporis ossa dolent.
Nam puto sentirem, si quo tentarer amore.
An subit? & tacita callidus arte nocet?
Sic erat: hæserunt tenues in corde sagittæ:
Et possessa ferus pectora versat amor.
Cedimus? an subitum luctando accendimus ignem?
Cedamus: leue fit, quod bene fertur, onus.
Vidi ego iactatas mota face crescere flammas:
Et vidi nullo concutiente mori.
Verbera plura ferunt, quàm quos iuuat vsus aratri
Detrectant pressi dum iuga prima boues.
Asper equus duris contunditur ora lupatis:
Fræna minus sentit, quisquis ad arma facit.
Acrius inuitos multoq; ferocius vrget,
Quàm qui seruitium ferre fatentur, amor.
En ego confiteor: tua sum noua præda Cupido:
Porrigimus victas ad tua vincla manus.
Nil opus est bello: veniam pacemq; rogamus:
Non tibi laus, armis victus inermis, ero.
Necte comam myrto: maternas iunge columbas:
Qui deceant, currus vitricus ipse dabit.

* neq; probè.
a ἰδιωτισμός.
* tecta.
b γνάμψ. Ita alib. Omne in amore iugum, si patiare, leue est.
c Qui non recusat frena.
* iura
* Nec lib. tres: non malè.
e laurus minus appositè.
d Mars.

Inq;

Inq; dato curru, populo clamante triumphum,
Stabis: & adiunctas arte mouebis aues.
Ducentur capti iuuenes, captæq; puellæ:
Hæc tibi magnificus pompa triumphus erit.
Ipse ego præda recẽs, factum modò vulnus habebo:
Et noua captiua vincula mente feram.
[a]Mens bona ducetur manibus post terga *reuinctis:
Et Pudor, & castris quicquid amoris obest.
Omnia te metuent: ad te sua brachia tendent:
Vulgus Io magna voce triumphe canet.
[b]Blanditiæ comites tibi erunt, Terrorq; Furorq;:
Assiduè partes turba secuta tuas.
His tu militibus superas homines q;, Deos q;:
Hæc tibi si demas commoda, nudus eris.
Læta triumphanti de summo mater Olympo,
Plaudet: & appositas sparget in ora rosas.
Tu *penna pulcros gemina variante capillos,
Ibis in auratis aureus ipse rotis.
Tum quoq; non paucos (si te bene nouimus) vres:
Tunc quoq; præteriens vulnera multa dabis.
Non possunt (licet ipse velis) cessare sagittæ:
Feruida vicino flamma vapore nocet.
Talis erat domita Bacchus [c]Gangetide terra:
Tu grauis alitibus, tigribus ille fuit.
Ergo, cum possim sacri pars esse triumphi,
Parce tuas in me perdere victor opes.
Aspice cognati felicia Cæsaris arma:
Qua vicit, victos protegit ille manu.

[a] προσωποποιΐα Mentis & Pudor.
* retortis
[b] Amoris comites.
* pennas gemma & rutilos variante rectius.
[c] Indiæ periphr. in qua nõ procul à Gange fluu. deuictis Indis columnas duas erexit Bacch. Dionys. περιηγ.

ELEG.

ELEGIA III.
Ad Amicum.

Iusta precor: quæ me nuper prædata puella est,
Aut amet, aut faciat cur ego semper amem.
Ah nimium volui: tantum patiatur amari.
Audierit nostras tot Cytherea preces.
Accipe, per longos tibi qui deseruiat annos:
Accipe, qui pura norit amare fide.
Si me non veterum commendant magna parentum
Nomina: si nostri sanguinis auctor eques:
Nec meus innumeris reuocatur campus aratris:
Temperat & sumtus parcus vterq; parens:
At Phœbus, [a] comitesq; nouem, vitusq; reperta
Hoc faciunt, &, me qui tibi donat, amor.
Et non cessuri, nisi Dijs, sine crimine mores,
Nudaq; simplicitas, [b] purpureusq; pudor.
Non mihi mille placent: non sum desertor amoris:
Tu mihi (si qua fides) cura perennis eris.
Tecum, quos dederint annos mihi [c] fila sororum,
Viuere contingat, teq; dolente mori.
Te mihi materiam felicem in carmina præbe:
*Prouenient * causa carmina digna * tua.*
[d] Carmine nomen habet exterrita cornibus Io:
Et quam fluminea lusit [e] adulter aue.
[f] Quaq; super pontum simulato vecta iuuenco,
Virginea tenuit cornua falsa manu.
Nos quoq; per totum pariter cantabimur orbem:
Iunctaq; semper erunt nomina nostra tuis.

[a] Apollo, Musæ, & Bacchus poëtarum numina.
[b] Qui enim pudore suffunduntur, erubescunt.
[c] Parcarum colus.
* causæ tuæ Græca constr.
* sua lib. duo.
[d] Literis memoriæ fulcitur æternitas.
[e] Iupiter in cygnum conuersus.
[f] Europa.

ELE

ELEGIA IIII.

Amicã, qua arte, quibusúe nutibus in cœna præsente viro vti debeat, admonet.

VIr tuus est epulas nobiscum aditurus easdem:
Vltima cœna tuo sit, precor, illa viro.
Ergo ego dilectam tantum conuiua puellam
Aspiciam? tangi quem iuuet, alter erit?
*Alteriusq; * sinu dextram subiecta fouebis?*
Iniiciet collo, cum volet, ille manum?
Desine mirari: posito quòd candida vino,
[a]Atracis ambiguos traxit in arma viros.
Nec mihi sylua domus, nec equo mea mẽbra cohæ-
Vix à te videor posse tenere manus: (rent:
Quæ tibi sunt facienda tamẽ, cognosce: [b]nec Eurus,*
Da mea, nec tepidus verba ferenda Notis.
Antè veni, quàm vir: nec quid, si veneris antè,
Possit agi video: sed tamen antè veni.
Cùm premet ille torum, vultu comes ipsa modesto
*Ibis, vt * accumbas: clam mihi tange pedem.*
Me specta, nutusq; meos, vultumq; loquacem:
Excipe furtiuas & refer ipsa notas.
Verba supercilijs [c]sine voce loquentia dicam:
Verba leges digitis, verba notata mero.
Cùm tibi succurret Veneris lasciuia nostræ:
Purpureas tenero pollice tange genas.
Si quid erit de me tacita quod mente loquaris:
Pendeat extrema mollis ab aure manus.

* sinus aptè. subiect. libr. duo.

a Hippodamia Centauros & Lapithas commisit. 12. Metam.

* sint.

b Prouerb. figura pro obliuioni trade. Vide adag. Ventis tradere.

* accumbes. h. e. postquam accumbes tange mihi ped.

c Nutu significque.

Cùm tibi, quæ faciam, mea lux, dicámue, placebit:
Versetur digitis annulus vsq; tuis.
Tange manu mensam, tangũt quo more precantes:
Optabis merito cùm mala multa viro.
Quod tibi miscuerit, [a] sapias, bibat ipse iubeto:
Tu puerum leuiter posce, quod ipsa voles.
Quæ tu reddideris, ego primus pocula sumam:
Et qua tu biberis, hac ego parte bibam.
Si tibi forte dabit, quos præguſtauerit ipse:
Reijce libatos illius ore cibos.
*Nec premat * ille suis finito tua colla lacertis:*
Mite nec in rigido pectore pone caput.
Nec sinus admittat digitos, habilésue papillæ:
Oscula præcipuè nulla dediſſe velis.
Oscula si dederis, fiam manifestus amator:
Et dicam, mea sunt: [b] inijciamq; manus.
Hæc tamen aſpiciam: sed quæ bene pallia celant:
Illa mihi cæci causa timoris erunt.
Nec femori commitie femur, nec crure cohære:
Nec tenerum duro cum pede iunge pedem.
Multa miser timeo, quia feci multa proterue:
Exemplíq; metu torqueor ipse mei.
Sæpe mihi, dominæq; meæ properata voluptas
Veſte sub mœcta dulce peregit opus.
Hoc tu non facies: sed ne feciſſe puteris,
Conſcia de tergo pallia deme tuo.
Vir bibat vsq; roga: precibus tamen oscula desint:
Dumq; bibet, furtim (si potes) adde merum.
Si bene compoſitus somno vinoq; iacebit:

Conſ-

[a] Si ſapias. Horat. Sapias, vina liques, & ſpatio breui Spem long. reſeces. ſimili ἐλλειψει.

* indignis lib. duo.

[b] Vendicabo mihi vt rem meam, antiquo iuris vocabulo. Quintilian. lib. 7. cap. 8. Græci τλὼ χρέος ἐπίσοαλῶ appellant. Vide Budæ. in Pandect.

Consilium nobis resq; locusq; dabunt.
Cùm surges abitura domum, surgemus & omnes:
In medium turbæ fac memor agmen eas.
Agmine me inuenies, aut inuenieris in illo:
Quicquid ibi poterit tangere, tange mei.
Me miserum monui, paucas quod prosit in horas:
Separor à domina nocte iubente mea.
Nocte vir includet: lacrymis ego mœstus obortis,
Qua licet ad sæuas persequar vsq; fores.
Oscula iam sumet: iam non tantum oscula sumet:
Quod mihi das furtim, iure coacta dabis.
Verùm inuita dato (potes hoc) similisq; coactæ:
Blanditiæ taceant, sitq; [a] maligna Venus.
Si mea vota valent, illum quoq; [*] nil iuuet, opto:
Sin minus, at certe te iuuet inde nihil.
Sed quæcunq; tamen noctem fortuna sequatur,
Cras mihi constanti voce [b] dedisse nega.

a Δύσκολος: inuita & difficilis.
* ne
b Tui copiam fecisse.

ELEGIA V.

Corinnæ concubitus.

Æstus erat, mediamq; dies [*] exegerat horam: * excesserat
Apposui medio membra leuanda toro.
Pars adaperta fuit, pars altera clausa fenestræ:
Quale fere syluæ lumen habere solent.
Qualia sublucent fugiente crepuscula Phœbo:
Aut vbi nox abijt, nec tamen orta dies.
Illa verecundis lux est præbenda puellis:
Quæ [c] timidus latebras speret habere pudor.

c Plato Eutyphr. ὅσα μὴ αἰδοῦς ἕνεκα γίγνεται.

Ecce Corinna venit tunica velata recincta,
Candida diuidua colla tegente coma.
*Qualiter in * thalamos formosa Semiramis isse*
*Dicitur, & multis * Laus amata * procis.*
Deripui tunicam: nec multùm rara nocebat:
Pugnabat tunica se tamen illa tegi.
Quæ cùm ita pugnaret, tanquam quæ vincere nolet,
Victa est non ægrè proditione suâ.
Vt stetit ante oculos posito velamine nostros:
In toto nusquam corpore menda fuit.
Quos humeros, quales vidi, tetigíq; lacertos!
Forma papillarum quàm fuit apta premi!
Quàm [b] castigato [c] planus sub pectore venter!
Quantũ & quale latus! quàm iuuenile femur!
Singula quid referam? nil non laudabile vidi:
Et nudam pressi corpus ad vsq; meum.
Cetera quis nescit? lassi requieuimus ambo:
Proueniant medij sic mihi sæpe dies.

* thalamum libr. duo.
a Prop. Ad cuius iacuit Græcia tota fores. Vide Athenæ. libr. 13.
* viris
b Leniter de presso & plano.
c Non rugosus: nisi malis legere plenus h. e. rotundus.

ELEGIA VI.

Ad ianitorem, vt fores sibi aperiat.

IAnitor indignè dura religate catena,
Difficilem moto cardine pande forem.
Quod precor, exiguum est: aditu fac ianua parui
Obliquum capiat semiadaperta latus.
Longus amor tales corpus [d] tenuauit in vsus:
Aptaq; subducto [e] corpore membra dedit.
Ille per excubias custodum leniter ire

d Emaciauit.
e Mole carnis subtracta.

Monstrat

Monſtrat: inoffenſos dirigit ille pedes.
At quondam noctem ſimulacraq; vana timebam:
Mirabar tenebris ſi quis iturus erat.
*Riſit, vt * auduit, tenera cum matre Cupido:*
Et leuiter, Fies tu quoq; fortis, ait.
Nec mora, venit amor: non vmbras nocte volantes,
Non timeo ſtrictas in mea fata manus.
Te nimium timeo lentum: tibi blandior vni:
Tu, me quo poſsis perdere, fulmen habes.
*Aſpice, * vt inuideas, inimicaq; claustra relaxa,*
Vda ſit vt lacrymis ianua facta meis.
Certè ego, cum poſita ſtares ad verba veſte,
Ad dominam pro te verba tremente tuli.
Ergo quæ valuit pro te quoq; gratia quondam,
(Hei facinus) pro me nunc valet illa parum.
*Redde vicem meritis: *grato licet eſſe, quod optas.*
Tempora noctis eunt: excute poſte ſeram.
Excute: ſic nunquam dura religere catena:
Nec tibi perpetuò [a] ſerua bibatur aqua.
Ferreus orantem nequicquam ianitor audis:
Roboribus duris ianua fulta riget.
Vrbibus obſeſſis clauſa munimina portæ
Proſunt: in media pace quid arma times?
*Quid *faceres hoſti, qui ſic excludis amantem?*
Tempora noctis eunt: excete poſte ſeram.
Non ego militibus venio comitatus, & armis:
Solus [b] eram, ſi non ſæuus adeſſet amor.
Hunc ego ſi cupiam, nunquam dimittere poſſem:
Antè vel à membris diuidar ipſe meis.

* audirem

* & vt videas. Micyl. ὑστεροlογίαν eſſe putat & εἰρωνείαν. Clauſtra relaxa, & aſpice vt ianua ſit vda meis lacr. vt inuideas ſcil.

* gratis licet eſſe, quod opto. h.e. quod ego à te peto, id tibi licet eſſe gratis ſine aliquo impendio.

[a] Quæ ſeruis bibenda eſt.

* facies.

[b] Eſſem: ἐυναλλαγμένως.

Ergo amor, & modicũ circum mea tempora vinũ
Mecum est: & madidis lapsa corona comis.
Arma quis hæc timeat? quis non eat obuius illis?
Tempora noctis eunt: excute poste seram.
Lentus es? an somnus, qui te [a] male præbet amanti,
Verba dat in ventos aure repulsa tua?
At (memini) primo cum te celare volebam,
Peruigil in mediæ sidera noctis eras.
Forsitan & tecum tua nunc requiescit amica,
Heu melior quantò sors tua sorte mea est!
[b] Dum modò sic, in me duræ transite catenæ.
Tempora noctis eunt: excute poste seram.
Fallimur? an verso sonuerunt cardine postes,
Raucaq; concussæ signa dedêre fores?
Fallimur: impulsa est [c] animoso ianua vento:
Hei mihi quàm longe spem tulit aura meam!
Si satis es raptæ Boreæ memor Orithyiæ,
Huc ades, & surdas flamine tunde fores.
Vrbe silent tota, vitreoq; madentia rore
Tempora noctis eunt: excute poste seram.
*Aut ego iam ferroq;, igniq; * potentior ipso,*
[d] Quam face sustineo, tecta superba petam.
[e] Nox, & amor, vinumq; nihil moderabile suadent:
Illa pudore vacat: Liber, Amorq; metu.
Omnia consumsi: nec te precibusq;, minisq;
*Mouimus, * es foribus durior ipse tuis.*
Nec te formosæ decuit seruare puellæ
Limina: sollicito carcere dignus eras.
Iamq; pruinosos molitur Lucifer axes:

[a] Difficilem reddit.

[b] Scil. sit, vt cum amica cubes. Græcis vsitata ἐπῳδή. qui similiter ὦ ἐπᾴδω subaudiunt.

[c] Vehementer flanti: & animus latinis est ex græco ἄνεμος.

* paratior ipse

[d] ὑπερβαίνω. petam tecta face, quam sustineo: h. e. ædes succendã. Synecd.

[e] Plaut. Bacch. Illecebrosius fieri nihil potest, nox, mulier, vinum Homini adolescentulo.

* ô foribus libr. duo. non malè.

Inq;

Inq3 suum miseros excitat [a] ales opus.
At tu non lætis detracta corona capillis,
Dura super tota limina nocte iace.
Tu dominæ, cùm te proiectam mane videbit,
Temporis absumti tam malè, testis eris.
Qualiscunq3 vale, sentiq3 abeuntu [b] amorem:
Lente, nec admisso turpis amante, vale.
Vos quoq3 crudeles rigido cum limine postes,
[c] Duraq3 consertæ ligna valete fores.

[a] Gallus gallinac. Genus ſpecie.

[b] Non quem erga te, ſed quē erga dominam gero. Eſt enim ἀπόστροφὴ ad ianitor.

[c] σύνθετος ἐπεξηγητική.

ELEGIA VII.

Ad pacandam amicam, quam verberauerat.

ADde manus in vincla meas: meruêre catenas:
Dum furor omnis abest, si quis amicus ades.
Nam furor in dominam temeraria brachia mouit:
Flet mea vesana læsa puella manu.
Tunc ego vel caros potui violare parentes:
Saua vel in sanctos verbera ferre Deos.
Quid? non & [d] clypei dominus septemplicis Aiax
Strauit deprensos lata per arua greges?
Et vindex in matre, patris malus vltor Oreſtes
Ausus in [e] arcanas poscere tela Deas?
Ergo ego * digestos potui × laniare capillos:
Nec dominam [f] motæ dedecuêre comæ.
Sic formosa fuit: talem [g] Schœneïda dicam
Mænalias arcu sollicitasse feras.
Talis periuri promissaq3 velaq3 Thesei

[d] Ita in 13. Metam. Surgit ad hos clypei dominus ſeptempl. Aiax.

[e] Eumenides, quas ipſe ſolus videbat.

* dilectos
× violare

[f] Turbatæ, diſiectæ.

[g] Atalantam Arcadicam Iaſij F. quæ venatrix fuit: nā altera Bœotica Schœnei F. curſu celebris extitit.

Fleuit præcipites Cressa tulisse Notos.
Sic, nisi vittatis quòd erat Cassandra capillis,
Procubuit templo casta Minerua tuo.
Quis mihi nõ demens? quis nõ mihi barbara dixit
Ipsa nihil: pauido lingua retenta metu est.
Sed taciti fecêre tamen conuicia vultus:
Egit me lacrymis ore silente reum.
Ante meos humeris vellem cecidisse lacertos:
Vtilius potui parte carere mei.
In mea vesanas habui dispendia vires?
Et potui pœnam fortis [a] inire meam?
[b] Quid mihi vobiscum cædis scelerumq; ministri?
Debita sacrilegæ vincla subite manus.
An, si pulsassem minimum de plebe Quiritem,
Plecterer? in dominam ius mihi maius erit?
Pessima Tydides scelerum monumenta reliquit:
Ille Deam primus perculit: alter ego.
Et minus ille nocens: me quam profitebar amans
Læsi: Tydides sæuus in [c] hoste fuit.
I nunc, magnificos victor molire triumphos:
Cinge comam lauro, votaq; redde Ioui.
Quæq; tuos currus comitantum turba sequetur,
Clamet: Io forti victa puella viro est,
Antè eat effuso tristis captiua capillo:
Si sinerent læsæ, candida [*] tota, genæ.
Aptius impressis fuerat liuere labellis,
Et collum blandi dentis habere notam.
Denig;, si tumidi ritu torrentis agebar,
Cæcaq; [d] me prædam fecerat ira suam:

* τὸ est duo libri non habent.

a ἀντιφολογία pro ire in pœnam. Horat. ne quid medios intercinat actus. b ἀποστροφή ad manus.

c Venere inimica. ἰλ. έ.

* colla. Ald. malè. Sensus est, tota candida exceptis genis liuentibus.

d Me non fuerat esse mei cõpotem: animũ meum prædam fecerat.

Nón

Nón ne ſatis fuerat timidæ inclamaſſe puellæ?
Nec nimium rigidas intonuiſſe minas?
Aut tunicam ſumma deducere turpiter ora?
Vt mediam mediâ zona tuliſſet opem?
At nunc ſuſtinui raptis à fronte capillis
Ferreus ingenuas vngue notare genas.
*Aſtitit illa *gemens albo*& ſine ſanguine vultu,* * amens libr. duo.
Cæduntur Parijs qualia ſaxa iugis. * τὸ Et duo libri non habent: non inſcite.
Exanimes artus, & membra trementia vidi:
Vt cùm populeas ventilat aura comas.
Vtq; leui Zephyro gracilis vibratur arundo:* * graciles vibrantur ariſtæ.
Summaúe cum tepido ſtringitur vnda Noto.
Suſpenſæq; diu lacrymæ fluxêre per ora:
Qualiter obiecta de niue manat aqua.
Tunc ego me primùm cœpi ſentire nocentem:
Sanguis erant lacrymæ, quas dabat illa, meus.
Ter tamen ante pedes volui procumbere ſupplex:
Ter formidatas reppulit illa manus.
At tu, ne dubita (minuet vindicta dolorem)
*Protinus in vultus vnguibus * ire meos.* * ire, licet.
Nec noſtris oculis, nec noſtris parce capillis:
**Quamlibet infirmas adiuuat * ira manus.* * Quaslibet a ἰλ. ἔ. ὄτρυνε μένος καὶ θυμὸν ἑκάστου.
Néue mei ſceleris tam triſtia ſigna ſuperſint,
Pone recompoſitas in ſtatione comas.

ELEGIA VIII,

Execratur lenam, quæ puellam ſuam * meretrica arte inſtruebat. * meretricis

Vide huic simi-lem eleg. Propertij libr. 4. Terra tuum spinis obducat, lena, sepulcrũ.

Est quædam (quicunq; volet cognoscere lenam,
Audiat) est quædam nomine Dipsas anus.
Ex re nomen habet: nigri non illa[a] parentem
Memnonis in roseis sobria vidit equis.
Illa magas artes,[b] Aeæaq; carmina nouit:
Inq; caput liquidas arte recuruat aquas.
Scit bene quid gramen, quid torto concita rhombo
Licia, quid valeat[c] virus amantis equæ.
[d]Cum voluit, toto glomerantur nubila cœlo:
Cum voluit, puro fulget in orbe dies.
Sanguine (si qua fides) stillantia sidera vidi.
Purpureus lunæ sanguine vultus erat.
*Hanc ego nocturnas * versam volitare per vmbras*
Suspicor: & pluma corpus anile tegi.
Suspicor: & fama est: oculis quoq;[e] pupula duplex
Fulminat: & geminum lumen ab orbe venit.
Euocat antiquis proauos atauosq; sepulcris:
Et solidam longo carmine findit humum.
Hæc sibi proposuit thalamos violare pudicos:
Nec tamen eloquio lingua nocente caret.
[f]Fors me sermoni testem dedit: illa monebat
Talia: me duplices occuluêre fores.
*Scis * hera te, mea lux, iuueni placuisse beato:*
Hæsit: & in vultu constitit vsq; tuo.
Et cur non placeas? nulli tua forma secunda est:
Me miseram, dignus corpore [g]cultus abest.
Tam felix esses, quam formosissima, vellem:
Non ego te facta diuite pauper ero.
Stella tibi oppositi nocuit contraria Martis:

Mars

a Auroram
b Medeæ incantationes, sic dicta ab Aea Colchorũ opido. Steph.
c Hippomanes.
d Imitatione Tibull. Quum libet hæc tristi depellit nubila cœlo: Quum libet, æstiuo conuocat orbe niues. eleg. 2. lib. 1.
* viuam libr. pleriq;
e Plin. libr. 7. cap. 2. Feminas quidem omnes vbiq; visu nocere, quæ duplices pupillas habeant. Cicero quoq; apud nos auctor est.
f Forte accidit vt subauscultarem illius sermonem.
* here. h. e. pridie lib. duo.
g Ornatus.

*Mars abÿt: ſigno nunc Venus apta tuo * eſt.*
*Proſit * & aduenies, en aſpice, dines amator,*
Te cupit: & curæ, quid tibi deſit, habet.
Eſt etiam facies, quæ ſe tibi comparet, illi:
Si te non emtam vellet, emendus erat.
a Erubuit. b decet alba quidem pudor ora: ſed iſte,
Si ſimules, prodeſt: verus obeſſe ſolet.
*Cum bene deiectis gremium * ſpectabis ocellis:*
Quantum quiſq; ferat, reſpiciendus erit.
Forſitan inculti Tacio regnante Sabini
Noluerint c habiles pluribus eſſe viris.
Nunc Mars externis animos exercet in armis:
Et Venus Aeneæ regnat in vrbe ſui.
Ludunt formoſæ: caſta eſt, quam nemo rogauit:
**Aut, ſi ruſticitas non vetat, ipſa rogat.*
Has quoq;, quas frontis rugas in vertice portas,
Excute: de rugis crimina multa cadent.
d Penelope vires iuuenum tentabat in arcu:
Qui latus argueret, corneus arcus erat.
Labitur occultè, fallitq; volatilis ætas:
Et celer admiſſis labitur annus equis.
Aera nitent vſu: veſtis bona quærit e haberi:
Caneſcunt turpi tecta relicta ſitu.
Forma, niſi admittas, nullo f exercente ſeneſcit:
Nec ſatis effectus vnus & alter habet.
g Certior è multis, nec tam inuidioſa rapina eſt:
Plena venit canis de grege præda lupis.

f Vide Gell. lib. 11. cap. 2.
g Tibull. de magno eſt præda petenda grege.

* τὸ eſt libri duo non habent.
* vt libr. tres, probè.
a Puella ſcil. ad verba lenæ.
b Pergit lena, poſtquam erubuiſſe vidit puellam.
* ſpectaris
c Haberi à plurib. viris. Terent. Quis heri Chryſid. habuit? Cic. lib. 9. epiſt. vlt. Habere eum Laida. Græci ſimiliter τὸ ἔχειν vſurpant.
* Ac
d Similiter Penelop. intamat Lycophron, & Duris Samius omnibus eandem procis proſticuit, ex quorum promiſcuo concubitu Pana genuerit. Auctor obſcœni carminis: E quibus vt ſcires quicunque valentior eſſet.
e Geri, geſtari, Vide Ariſt. de ſignific. verbi ἔχειν.

Ecce

Ecce quid iſte tuus præter noua carmina vates
Donat? amatoris millia multa leges.
Ipſe Deus vatum, palla ſpectabilis aurea
Tractat inauratæ conſona fila lyræ.
Qui dabit, ille tibi magno ſit maior Homero:
(Crede mihi) res eſt ingenioſa dare.
Nec tu, ſi quis erit capitis mercede redemtus,
Deſpice gypſati * nomen inane pedu.
Nec te decipiant veteris * quinquatria [a] ceræ.
Tolle tuos tecum pauper amator auos.
Qui, quia pulcer erit, poſcet ſine munere noctem:
Quod det, amatorem flagitet antè ſuum.
Parcus exigito precium, dum retia tendis:
Ne fugiant: captos legibus vre tuis.
Nec nocuit ſimulatus amor: * ſine credat amanti:
Et caue, ne gratis hic tibi conſtet amor.
Sæpe nega noctem: capitis modò finge dolorem:
Et modò quæ cauſas præbeat, [b] Iſis erit.
Mox recipe: vt nullum [c] patiendi colligat vſum,
Néue relenteſcat ſæpe repulſus amor.
Surda ſit oranti tua ianua: laxa ferenti:
Audiat excluſi verba receptus amans.
Et, quaſi læſa prius, nonnunquam iraſcere læſæ:
Vaneſcat culpa culpa repulſa tua.
Sed nunquam dederis ſpacioſum tempus in iram:
Sæpe ſimultates ira [d] morata facit.
Quin etiam diſcant oculi lacrymare coacti:
Et faciant vdas ille vel ille genas.
Nec, ſi quem fallas, tu periurare timeto.

* crimen
* plena atria. Micyll. quicquam atria. Iuſt. Lipſ. cincta atr. probè. a Imag. cerearum. Metony. Seneca. Non facit nobilem atrium plenum famoſis imaginibus.
* ſe credat
b Iſidis ſacra. Propert. Fac ſimules puros Iſidis eſſe dies. Ita Thais Terent. Aic rem diuinam feciſſe.
c Conſuetudinem patiendi repulſam.
d ὀργὴ ἐπιμένουσα ἢ χολὴ ἐπίμονος quæ Homer. μῆνις eſt, Ciceroni odium: qui interpretatur iram inueteratam exponens ὀργὴν παλαιωθεῖσαν, qua μῆνιν definit Stoici.

Commodat illusis numina surda Venus.
Seruus, & [a] ad partes sollers ancilla parentur,
Qui doceant, aptè quid tibi possit emi.
Et sibi pauca rogent: *multos si pauca rogebunt,
[b] Postmodò de stipula grandis aceruus erit.
Et soror, & mater, nutrix quoq; carpat amantẽ:
Fit citò per multas præda petita manus.
Cùm tibi deficient poscendi munera causæ:
Natalem libo testificare tuum.
Ne securus amet nullo riuale, caueto:
Non benè, si tollas [c] prœlia, durat amor.
Ille viri videat toto vestigia lecto,
Factaq; lasciuis liuida colla notis.
Munera præcipuè videat, quæ miserit alter.
Si tibi nil dederis, [d] Sacra roganda via est.
Cùm multa abstuleris, vt non tamen omnia donet:
Quod nunquam reddas, commodet ille, roga.
Lingua iuuet, mentemq; tegat: blandire, nocéq;:
Impia sub dulci melle venena latent.
Hæc si præstiteris vsu mihi cognita longo,
Nec tulerint voces ventus & aura meas:
Sæpe mihi dices, Viuas benè: sæpe rogabis,
Vt mea defuncta molliter ossa cubent.
*Nox erat in cursu: cùm me mea prodidit vmbra.
At nostræ vix se continuere manus,
Quin albam raramq; comam, lacrymosaq; vino
Lumina, rugosas * distraheremq; genas.
Dij tibi dent nullos q; lares, inopemq; senectam,
Et longas hyemes, perpetuumq; situm.

ELEGIA

[a] Qui tuas partes agant.

* multi libr. tres & rectius.

[b] Prouer. figura. Adde parũ parùo magnus cumulatur aceruus.

[c] Riualium æmulationem.

[d] Interrogandus est quæ merces veneant in via Sacra.

Mei defunctæ. Cicer. Me consulem tuum studium adolescentis h.e. tui adolescent. Horat. cũ mea nemo Scripta legat vulgo recitare timentis: h. e. mei timentis.

* Vox lib. duo rectè.

* distraherenque.

ELEGIA IX.

Ad Atticum, amantem non oportere desidiosum esse, sicuti nec militem.

Militat omnis amãs: et habet sua castra Cupido
Attice (crede mihi) militat omnis amans.
Quæ bello est habilis, Veneri quoq; conuenit ætas:
Turpe senex miles: turpe [b] senilis amor.
Quos petiêre duces annos in milite fortis:
*Hos petit in socio bella puella * viro.*
Peruigilant ambo: terra requiescit vterq;:
*Ille fores dominæ seruat, at * iste ducis.*
Militis officium longa est via: mitte puellam:
Strenuus exemto fine sequetur amans.
Ibit in aduersos montes, duplicataq; nimbo
Flumina: congestas conteret ille niues.
Nec [c] freta pressurus tumidos cauſabitur Eurum
Aptaq; vertendis sidera quæret aquis.
Quis, nisi vel miles, vel amans, & frigora nostis
Et denso mistas perferet imbre niues?
Mittitur infestos alter speculator in hostes:
In riuali oculos alter vt hoste tenet.
Ille graues vrbes, hic duræ limen amicæ
Obsidet: hic portas frangit, at ille fores.
Sæpe soporatos inuadere profuit hostes,
Cædere & armata vulgus inerme manu.
Sic fera Threicij ceciderunt agmina Rhesi:
Et dominum capti deseruistis equi.

a Idonea, opportuna.
b Men. γέρων ἐρᾶσης ἐχθίστη κακὴ τύχη.
* tori.
* ille lib. tres.
c Nauigaturus.
* Aptaue verrendis melius. Virgil. Ille volat simul arua fuga, simul æquora verrens.
d Homer. ἰλ. ϰ'. Eurip. Rhes.

Nempe

Nempe maritorum somnis vtuntur amantes:
Et sua sopitis hostibus arma mouent.
Custodum transire manus, vigilumq; cateruas,
Militis, & miseri est semper amantis opus.
[a]*Mars dubius: nec certa Venus: victiq; resurgunt:*
Quosq; neges vnquam posse iacere, cadunt.
*Ergo desidiam quicunq; * vocabit amorem,*
Desinat: ingenij est experientis amor.
*Ardet in abducta Briseide * magnus Achilles:*
Dum licet: Argiuas frangite Troës opes.
[b]*Hector ab Andromaches complexib. ibat in arma:*
Et galeam capiti quæ daret, vxor erat.
Summa ducum Atrides, visa [c] Priameide fertur,
[d]*Mænadis effusis obstupuisse comis.*
[e]*Mars quoq; deprensus fabrilia vincula sensit:*
Notior in cœlo fabula nulla fuit.
Ipse ego segnis eram, [f] discinctaq; in ocia natus:
Mollierant animos lectus & vmbra meos.
Impulit ignauum formosæ cura puellæ:
Iussit & in castris æra merere suis.
Inde vides vigilem, nocturnaq; bella gerentem.
Qui non vult fieri desidiosus, amet.

a ξυνὸς ἀνάλιος.

* vocauit libr. duo.
* mœstus
b Vide Homer. ιλ. ζ.
c Cassandra.
d Imitat. Prop. —neque enim Ilia quondam Verax Pergameis Mænas habenda viris.
e Hom. ὀδ. θ.
f Dissoluta, mollia, ignaua. A consuetudine Romanor. quibus turpe erat in publicũ prodire discinctos. Vel discincta dicit pacata: sicut cõtrà cincti dicuntur pro armatis: à consuetudine militari, qua iturі in militiam cingebantur, vt ad pugnam essent expeditiores.

ELEGIA X.

Ad puellam, ne pro amore præmia poscat.

*Qvalis ab * Europa Phrygijs aduecta carinis,*
Coniugibus belli causa duobus erat:

* Eurota Lacon. sc. fluuio

Qua

Qualis erat Lede, quam plumis abditus albis
Callidus in falsa lusit adulter aue:
Qualis Amymone siccis * errauit in agris,
Cùm premeret summi verticis vrna comas:
Talis eras: aquilamq; in te taurumq; timebam:
Et quicquid magno de Ioue fecit amor.
Nunc timor omnis abest: animiq; euanuit ardor:
Nec facies oculos iam capit ista meos.
Cur sim mutatus quæris? quia munera poscis:
Hæc te non patitur causa placere mihi.
Donec eras simplex, animum cum corpore amabam:
Nunc mentis vitio læsa figura tua est.
Et puer est, & nudus amor: sine sordibus annos
Et nullas vestes, vt sit apertus, habet.
Quid puerum Veneris precio prostare iubetis?
Quo precium condat, non habet ille sinum.
Nec Venus apta feris, Veneris nec filius, armis:
Non decet imbelles æra merere Deos.
Stat meretrix certo cuiuis mercabilis ære:
Et miseras iusso corpore quærit opes.
Deuouet imperium tamen hæc lenonis auari:
Et quod vos facitis sponte, coacta facit.
Sumite in exemplum pecudes ratione carentes:
Turpe erit, ingenium mitius esse feris.
Nõ equa munus equum, non taurũ vacca popos[cit]:
Non aries placidam munere captat ouem.
Sola viro mulier spolijs exultat ademtis:
Sola [a] locat noctes: sola locanda venit.
Et vendit quod vtrunq; iuuat, quod vterq; petebat:

* errabat. Prop. libr. 2. Testis Amymone, latices cum ferret in aruis, Compressa. Micyll. annotauit Ouid. alluisse ad Homer. epith. πολυδίψιον.

a Noctium concubitus precio vendit.

Et precium, quanti gaudeat ipsa, facit.
Quæ Venus ex æquo ventura est grata duobus,
Altera cur illam vendit, & alter emit?
Cur mihi sit damno? tibi sit lucrosa voluptas?
Quam socio motu femina viri q; ferunt?
Non bene conducti vendunt periuria testes:
Non bene [a] selecti iudicis arca patet.
Turpe reos [b] emta miseros defendere lingua:
Quod faciat magnas [c] turpe tribunal opes.
Turpe tori reditu census augere paternos:
Et faciem lucro prostituisse suam.
Gratia pro rebus meritò debetur inemtis:
Pro malè conducto gratia nulla toro.
Omnia conductor soluit: mercede soluta,
Non manet officio debitor ille tuo.
Parcite formosæ precium pro nocte pacisci:
Non habet euentus [d] sordida præda bonos.
Non fuit armillas tanti pepigisse Sabinas,
Vt premerent [e] sacræ virginis arma caput.
Ex quibus exierat, traiecit viscera ferro
[f] Filius, & pœnæ causa monile fuit.
Nec tamen indignum est à diuite * præmia posci,
Munera poscenti quæ dare possit, habet.
Carpite de plenis pendentes vitibus vuas:
Præbeat [g] Alcinoi poma benigna ager.
Officium * numeret pauper, studium q;, fidem q;:
Quod quis habet, domina conferat omne sua.
Est quoq; carminibus meritas celebrare puellas
Dos mea: quam volui, nota * sit arte mea.

a Seorsum ducti.
b A reis conducta precio.
c ἔμφασις verbi substantiui.
d Auara.
e Tarpeiæ, quæ Vestalis fuit, de qua Propert. lib. 4.
f Alcmæon, qui Eriphylen matrem occidit ob aureum torquem.
* munera libr. duo.
g παροιμιακῶς, sicut & Alcinoi mensa.
* pauper numeret
* sit

* Scinduntur * franguntur libr. duo. non malè.

*Scindentur vestes, gemmæ*frangentur & aurum:
Carmina quam tribuent, fama perennis erit.
Nec dare, sed precium posci dedignor, & odi:
Quod nego poscenti, desine velle, dabo.

ELEGIA XI.

Napen alloquitur, vt paratas tabellas ad Corinnam perferat.

Colligere incertos, & in ordine ponere crines
Docta, * nec ancillas inter habenda Nape,
Inq; ministeriis furtiuæ cognita noctis
Vtilis, & dandis ingeniosa notis,
Sæpe venire ad me dubitantem hortata Corinnam
Fida laboranti sæpe reperta mihi,
Accipe: & ad dominam peraratas mane tabellas
Perfer: & obstantes sedula pelle moras.
Nec silicum venæ, nec durum in pectore ferrum
*Sed tibi simplicitas [a] ordine maior inest.
Credibile est & te sensisse Cupidinis arcus:
In me militiæ signa tuere tuæ.
Si quæret quid agam: spe noctis viuere dicet:
Cetera fert blanda cera notata manu.
Dum loquor, hora fugit: [b] vacuæ bene redde tabellæ:
Verum continuò fac tamen ipsa legat.
Aspicias oculos, mando, frontemq; legentis:
Ex tacito vultu scire futura licet.
Nec mora: perlectis rescribat multa iubeto:
Odi cùm latè splendida [c] cera vacat.

* neque

* Nec malè.
a Conditione seruili: à qua aliena est simplicitas. Theog. ἐ πόλε δολίην κεφαλὴν φθόα πέρο-κεν
b Non anxiæ curis & solicitudine, hilari & otiosæ.
c Tabella cera illita. Solebant enim in tabulis ceratis olim verba exarare.

Compri

[a]Comprimat ordinibus versus: oculosq; moretur
Margine in extremo littera rasa meos.
Quid digitos opus est graphium lassare tenendo?
Hoc habeat scriptum tota tabella, Veni.
Non ego victrices lauro redimire tabellas,
Nec Veneris media ponere in æde morer.
Subscribam: [b]Veneri, fidas sibi, Naso, tabellas
Dedicat: at nuper vile fuistis acer.

[a] Linearum seriem coarctet, vt tabula plures capiat.

[b] Anathema siue donarium.

ELEGIA XII.

Tabellas quas miserat, execratur, quod amica noctem negabat.

FLete meos casus: tristes redière tabellæ:
Infelix hodie littera posse negat.
Omnia sunt aliquid. modò cùm discedere vellet,
Ad limen digitos restitit icta Nape.
Missa foras iterum limen transire memento
Cautus, atq; altè sobria ferre pedem.
Ite hinc difficiles, funebria ligna, tabellæ:
Tuq; negaturis cera referta notis.
Quam puto de longæ collectam flore cicutæ
Melle sub infami [c]Corsica misit apis.
At, tanquam minio penitus [d]medicata, rubebas:
Ille color verè sanguinolentus erat.
Proiectæ in triuijs taceatis inutile lignum:
Vosq; rotæ frangat prætereuntis onus.
Illum etiam, qui vos ex arbore vertit in vsum,
Conuincam puras non habuisse manus.

[c] Corsicũ mel inuisum propter amaritudinem. Plin. lib. 16. cap. 16.

[d] Tincta, infecta.

Præbuit illa arbor miſero ſuſpendia collo:
Carnifici duras præbuit illa cruces.
Illa dedit turpes raucis bubonibus vmbras:
*Vultures in ramis, & ſtrigis * oua tulit.*
His ego commiſi noſtros inſanus amores?
[a]Molliaq; ad dominam verba ferenda dedi?
Aptius hæ capiant vadimonia garrula cera,
Quas aliquis duro [b] cognitor ore legat.
[c]Inter ephemeridas melius, tabulasq; iacerent,
In quibus abſumtas fleret auarus opes.
Ergo ego vos[d] rebus duplices pro nomine ſenſi:
Auſpicij numerus non erat ipſe boni.
Quid precer iratus? niſi vos cariosa ſenectus
Rodat: & immundo cera ſit alba ſitu.

ELEGIA XIII.

Ad Auroram, ne properet.

IAm ſuper Oceanum venit à ſeniore marito
Flaua pruinoſo quæ vehit axe diem.
*Quò properas Aurora? mane: ſic Mẽnonis * vmbras*
Annua ſolenni cæde parentet auis.
Nunc iuuat in teneris dominæ iacuiſſe lacertis,
Si quando, lateri nunc benè iuncta meo eſt.
*Nunc etiam ſomni [e] pingues, * nunc frigidus aër*
Et liquidum tenui gutture cantat auis.
Quò properas ingrata viris, ingrata puellis?
Roſcida purpurea ſupprime lora manu.
Ante tuos ortus melius ſua ſidera ſeruat

Nau-

* ora h. e. faciem, ſiue aſpectum truculentum.
[a] Amatorias blanditias.
[b] Iudex: aliàs enim cogn. eſt, qui litem alterius ſuſcipit coram eo, cui datus eſt. ἔκδικος, γνώστης.
[c] Propert. lib. 3. Et ponit duras inter ephemeridas.
[d] Reipſa duplices, h. e. infauſtas, argumento quodã numeri binarij, qui inauſpicatus creditur: vel fallaces & doloſas. Sed & tabularum genus hoc nomine fuit, in quibus literæ ſecretiores & amatoriæ exarabantur.
* vmbras. ſed alterum melius eſt. Nam & Cicero parentare Cethego dixit.
[e] Dulces: nam & pingue ipſum dulce eſt, & quicquid nutrit, ex genere eſt dulcium. Galen.
* &

Nauita: nec media nescit an erret aqua.
Te surgit (quanuis lassus) veniente viator:
Miles & armiferas aptat ad arma manus.
*Prima * subire * vides oneratos arua * colonos:*
Prima vocas tardos sub iuga panda boues.
Tu pueros somno fraudas, traduq3 magistris,
Vt subeant tenerae verbera sæua manus.
[a]Atq3 eadem[b] sponsum consulti ante atria mittis:
Vnus vt verbi grandia [c] damna ferat.
Nec tu consulto, nec tu iucunda [d] diserto es:
Cogitur ad lites surgere vterq3 nouas.
Tu, ne seminei possint cessare lacerti,
Lanificam reuocas ad sua pensa manum.
Omnia perpeterer: sed surgere manè puellas
Quis, nisi cui non est villa puella, ferat?
Optaui quoties, ne nox tibi cedere vellet:
Nec fugerent vultus sidera mota tuos.
Optaui quoties, aut ventus frangeret axem:
Aut caderet [e] spissa nube retentus equus.
Inuida quò properas? quòd erat tibi [f] filius ater,
Materni fuerat pectoris ille color.
**Quid si non Cephali quondam flagrasset amore?*
An putat ignotam nequitiam esse suam?
Tithono vellem de te narrare liceret:
Femina non cœlo turpior vlla foret.
Illum dum refugis, longo quod marcet ab æuo,
Surgis ad inuisas à sene manè rotas.
At si quem Cephalum manibus complexa teneres:
Clamares, Lentè currite noctis equi.

* bibentē
* iubes libr. tres.
* colentes

[a] Horat. Sub galli cantum consultor vbi ostia pulsat.
[b] Sponsorem.
[c] Iuxta prouer. ἐγγύα, πάρα δὲ ἄτη.
[d] Oratori.

[e] Nubium enim densitas officit auroræ.
[f] Memnon. Virgil. & nigri Memnonis arma
* Micyll. hos duos versus notat vt subditiuos.

Cur ego *plector amans, si vir tibi marcet ab anno?
Non me nupsisti * conciliante seni.
Aspice quos somnos iuueni donarit amato
Luna: nec illius forma secunda tua est.
Ipse Deûm genitor (ne te tam sæpe videret)
[a]Commisit noctes in sua vota duas.
Iurgia finieram: scires audisse: rubebat:
Nec tamen * est soluto tardior orta die.

* plectar
* consiliante h. e. hoc tibi consilium dante. Sed illud vemistius est, vt sit me conciliatore, me proxeneta siue parario. Et προξενήτρια dicta est mulier προμνήστρια.
[a] Coniunxit in vnam: de quo vide Plaur. Amphitr.
* assueto tardius.

ELEGIA XIIII.

Puéllam consolatur, cui præ nimia cura comæ deciderant.

[b]Dicebam, Desiste tuos medicare capillos:
Tingere quam possis, iam tibi nulla coma est.
At, si passa fores, quid erat speciosius illis?
Contigerant vnum, qua patet vsq; latus.
Quid, quòd erant tenues, & quos ornare timeres?
Vela colorati qualia Seres habent:
Vel pede quod gracili deducit aranea filum,
Cùm leue deserta sub trabe nectit opus.
Nec tamen ater erat, nec erat color aureus * ille:
Sed quamuis neuter, mixtus vterq; color.
Qualem cluosæ madidis in vallibus Idæ
Ardua direpto cortice cedrus habet.
Adde, quòd & dociles, & centum flexibus aptæ
Et tibi nullius causa doloris erant.
Non acus abrupit, non [c] vallum pectinis illos:
Ornatrix tuto corpore semper erat.

[b] Propert. Dicebam tibi venturos irrisor amores.
* illis
[c] Dentes pectinis, qui sunt instar palorum in vallo.

Ante meos oculos sæpe est ornata: nec vnquam
Brachia direpta saucia fecit acu.
Sæpe etiam nondum digestis mane capillis
Purpureo iacuit semisopita toro.
Tu quoq; erat neglecta decēs, vt Thracia Bacche
Cum temere in viridi gramine lassa iacet.
Cùm graciles essent tamen, & lanugmis instar:
Heu mala vexatæ quanta tulêre comæ!
Quàm se præbuerant ferro patienter, & igni!
Vt fieret torto nexilis orbe sinus.
Clamabam: Scelus est, istos scelus vrere crines:
Sponte decent: capiti ferrea parce tuo.
Vim procul hinc remoue: non est qui debeat vri:
Erudit admotas ipse capillus acus.
Formosæ perière comæ, quas vellet Apollo,
Quas vellet capiti Bacchus inesse suo.
Illis contulerim, quas quondam nuda Dione
Pingitur humenti sustinuisse manu.
Quid male compositos quereris perüsse capillos?
Quid speculum mœsta ponis inepta manu?
Non bene consuetis a te spectaris ocellis:
Vt placeas, debes immemor esse tui.
Non te cantatæ læserunt pellicis herbæ:
Non anus Aemonia perfida lauit aqua.
Nec tibi vis morbi nocuit. procul omen abesto:
Nec minuit densas inuida lingua comas.
Facta manu culpaq; tua dispendia sentis:
Ipsa dabas capiti mixta venena tuo.
Nunc tibi captiuos mittet Germania crines:

a ἄτακτος: nō in ornando se nimium occupata. Giphan.
b Thyas aliqua in Bacchi sacris.
* tenere
c Vt sua natura docilis & flexib. aptus: sicut paulò ante dixit.
d Venus αὐξεχομένη ὑπ' Ἀλάστης, de qua vide lib. 4. epigr.
e Thessalica, h. e. venefica.
* læsit
* Non lib. duo.
* Non
f πλόκαμοι enim puellis, quæ capillos ruffare ac rutilare non possent, è Germania afferebantur. Martial. Arctoa de gente comam tibi Lesbia misit.

* Tuta *Culta triumphata munere gentis eris.
O quam sæpe comas aliquo mirante rubebis!
Et dices, Emta nunc ego merce probor.
* ille lib. duo. Nescio quam pro me laudat nunc* ipse Sicambri:
Fama tamen memini cùm fuit ista mea.
Me miserum, lacrymas malè continet: oraq; dextra
Protegit ingenuas picta rubore genas.
Sustinet antiquos gremio spectatq; capillos:
Hei mihi non illo munera digna loco!
Collige cum vultu mentem: reparabile damnũ est:
Postmodo natiua conspiciêre coma.

ELEGIA XV.

Ad inuidos, quòd fama poëtarum sit perennis.

*Quid mihi liuor edax ignauos obijcis annos?
Ingenijq; vocas carmen inertis opus?
Non me, more patrum, dum strenua sustinet ætas
Præmia militiæ pulueruleuta sequi?
*Non lib. duo. *Nec me verbosas leges edíscere, *nec me
* nos Ingrato voces prostituisse foro?
Mortale est, quod quæris opus: mihi fama perennis
Quæritur, vt toto semper in orbe canar.
Viuet Mæonides, Tenedos dum stabit, & Ide:
* seges Dum rapidas Simois in mare voluet aquas.
a Callimachus: de quo vide Steph. libr. 3. Schediasm. 14. Viuet & Ascræus, dum mustis vua tumebit:
Dum cadet incurua falce resecta * Ceres.
a Battiades toto semper cantabitur orbe:

Qua

Quanuis ingenio non valet, arte valet.
Nulla Sophocleo veniet iactura cothurno:
Cum sole & luna semper Aratus erit.
Dum fallax seruus, durus pater, improba lena
Vixerit, & meretrix blanda, Menandros erit.
Ennius arte carens, [a] animosiq; Accius oris,
Cæsarum nullo tempore nomen habent.
[b] Varronem, primamq; ratem quæ nescit ætas?
Aureaq; Æsonio terga petita duci?
Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti,
Exitio terras cùm dabit vna dies.
[c] Tityrus, & segetes, Aeneiaq; arma legentur,
Roma [d] triumphati dum caput orbis erit.
Donec erunt ignes arcusq; Cupidinis arma,
Discentur numeri culte Tibulle tui.
Gallus & Hesperijs, & Gallus notus Eois,
Et sua cum Gallo nota Lycoris erit.
Ergo cùm silices, cùm dens patientis aratri
Depereant æuo: carmina morte carent.
Cedant carminibus reges, regumq; triumphi:
Cedat & auriferi ripa [e] beata Tagi.
Vilia miretur vulgus: mihi flauus Apollo
Pocula Castalia plena ministret aqua.
Sustineamq; comas [f] metuentem frigora myrtum,
Atq; ita sollicito multus amante legar.
[g] Pascitur in viuis liuor: post fata quiescit:
Tunc suus ex merito quemq; tuetur honor.
Ergo etiam cum me supremus aduexerit ignis,
*Viuam: parsq; mei * magna superstes erit.*

* Viuet, dum libr. duo.
a Vel propter sublimitatem carminis: vel propter fiduciam sui: de qua vide Valer. Max. lib. 3.
b Varr. Atacinum qui scripsit Argonautica.
c Bucolica: συνεκδοχικῶς.
d Debellati, deuicti. Ab eo q sequitur, id q præcedit.
e Dives. Horat. Ieci beatis nùc Arabum inuides Gazis.
f Frigus enim myrto opido inimicum est. Virgil. — dum teneras defendo a frigore myrtos.
g Plutarch. Numa. Τὸ φθόνου ἡ πολλὴ χρόνου ἐπιξήτησις, αὐτὴν δὲ καὶ προαποθνήσκειν.
* multa

P. OVIDII NASONIS ELEGIARVM SIVE Amorum Liber II.

ELEGIA I.

Quòd pro gigantomachia amores scribere sit coactus.

HAec quoq; composui Pelignis natus aquosis,
Ille ego nequitiæ Naso poeta meæ.
Hoc quoq; iussit amor: procul hinc procul este seueri,
Non estis teneris apta theatra modis.
Me legat in sponsi facie non frigida virgo, (a Amore ardens. λιτότης ἢ αὐτίφρασις.
Et rudis ignoto tactus amore puer.
Atq; aliquis iuuenum, quo nunc ego, saucius arcu
Agnoscat flammæ conscia signa suæ:
Miratusq; diu, Quo, dicat, ab indice doctus
Composuit casus iste poëta meos!
Ausus eram, memini, (b Gigantomachiam. *cœlestia dicere bella,*
Centimanumq; Gygen: & satis oris erat:
Cum malè se Tellus vlta est: ingestaq; Olympo
Ardua deuexum Pelion Ossa tulit.
Iuppiter in manibus, & cum Ioue fulmen habebat: (* In manibusq; Iouem, & cum libr. duo. probe.
Quod bene pro cœlo mitteret ille suo.
Clausit amica fores: ego cum Ioue fulmen omisi:
Excidit ingenio Iuppiter ipse meo.
Iuppiter ignoscas: nil me tua tela iuuabant:
Clausa tuo maius ianua fulmen habet.

Blandi-

Blanditias, elegosq; leues mea tela resumsi:
Mollierant duras lenia verba fores.
[a]Carmina sanguineæ deducunt cornua Lunæ,
Et reuocant niueos Solis euntis equos.
Carmine disiliunt abruptis faucibus angues:
Inq; suos fontes versa recurrit aqua.
Carminibus cessêre fores: insertaq; posti,
Quanuis [b]robur erat, carmine victa fera est.
Quid mihi profuerit [c]velox cantatus Achilles?
Quid pro me Aiaces alter & alter agent?*
[d]Quiq; tot errando, quot bello prodidit annos?
Raptus & Aemonijs flebilis Hector equis?
At facies tenera vt laudata est sæpe puellæ,
Ad vatem, pretium carminis, ipsa venit.
Magna datur merces: heroum clara valete
Nomina: non apta est gratia vestra mihi.
Ad mea formosos vultus adhibete puellæ
Carmina, purpureus quæ mihi dictat Amor.

a Incantationes. Virg. Carmina vel cœlo possunt deducere Lunam. Tibull. Cantus & è cœlo lunã deducere tentat.
b Ex robore.
c πόδας ὠκὺς.
* Atrides non inscitè.
d Periphr. Vlyssis.

ELEGIA II.

Ad Bagoum, vt custodiam puellæ sibi commissæ laxiorem habeat.

QVem penes est dominam seruandi cura Bagoë,
Dum perago tecum pauca, sed apta, vaca.
Hesterna vidi spaciantem luce puellam,
Illa, quæ [e]Danai porticus agmen habet.
Protinus vt placuit, misi: noctemq; rogaui:
Rescripsit trepida, Non licet, illa manu.

e Danaidum quinquaginta imagines. Et est notatio porticus, Apoll. Palatini, de qua lib 2. Propert. Tota erat in species Pœnis digesta columnis inter quas Danai femina turba senis.

Et

Et cur non liceat quærenti, reddita causa est:
Quòd nimium dominæ cura molesta tua est.
Si sapis ô custos, odium (mihi crede) mereri
Desine: [a] quem metuit, quisq; * perisse cupit.
[b] Vir quoq; non sapiens: quid enim seruare laboret,
Vnde nihil, quanuis non tueare, perit?
Sed gerat ille suo morem furiosus amori:
Et castam, multis quæ placet, * esse putet.
Huic furtiua tuo libertas munere detur:
Quam dederis illi, reddat vt illa tibi.
[c] Conscius esse velis, domina est [d] obnoxia seruo:
Conscius esse times, dissimulare licet.
Scripta leget secum: matrem scripsisse putato.
Venerit ignotus: postmodò notus eat.
Ibit vt affectam, quæ non languebit, amicam
*Visat, & indicijs ægra sit illa tuis.
Si [e] faciet tardè: ne te mora longa fatiget,
Imposita gremio stertere fronte potes.
Nec tu * Niligenam fieri quid possit ad Isim
Quæsieris: nec tu curua theatra time.
Conscius assiduos commissi tollet honores:
Quis minor est autem, quàm tacuisse, labor?
Ille placet: versatq; domum: nec verbera sentit:
*Ille potens dominæ, cætera turba iacet.
Huic, veræ vt lateant causæ, finguntur inanes:
Atq; ambo domini, quod probat vna, probat.
Cùm bene vir traxit vultum, rugasq; coëgit,
Quod voluit fieri blanda puella, facit.
Sed tamen interdum tecum quoq; turgia nectat:

a Ann. apud Cicer. Quem metuunt oderunt: Quem quisque odit perisse expetit.
* perire.
b Maritus.
* ipse.
c Adulterij sc.
d Deuincta, propter adulterij scil. conscientiã Vide Gell. lib. 7. cap 17.
* Visitet: indicijs. al. Visat iudicijs. lib. duo.
e Scilicet rem diuinam: imitatione Græcorum, qui θύειν dicunt pro θύειν: item θύεσθαι: quod Latini operari, Tibull. Tunc operata Deo pubes.
* Iinigeram melius. Isis n. ortu Argiua fuit non Aegyptia, quam Iinigeram appellat, vel a vestitu sacerdotum, vel a statuæ suæ amictu: vt annotauit Fabric.
* Alias sic, Ille placet dominæ, cetera turba iacet. libr. pleriq.

Et lacrymas simulet: carnificemq́, vocet.
Tu contra obijcies quæ tuò diluat illa:
**In vero, falso crimine deme fidem.* * Et probè. Mendaci enim ne vera quidē dicenti fides habetur.
Sic tibi semper honos, sic alta pecunia crescet:
Hac face: & exiguo tempore liber eris.
Aspicis [a] indicibus nexas per colla catenas: a Proditorib.
Squalidus orba fide pectora carcer habet.
Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat
Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit.
Dum nimium seruat [b] custos Iunonius Iô: b argus.
Ante suos annos occidit: illa Dea est.
Vidi ego compedibus liuentia crura gerentem,
'Vnde vir incestum scire coactus erat. c A quo cōpulsus.
Pœna minor merito: nocuit mala lingua duobus:
Vir doluit: [d] famæ damna puella tulit. d Existimationis suæ iacturā fecit.
(Crede mihi) nulli sunt crimina grata marito:
Nec quenquam, quanuis audiat illa, iuuant.
Seu' tepet, indicium securas produ ad aures: e Friget in amore.
Siue amat, officio sit miser ille tuo.
Culpa nec ex facili, quanuis manifesta, probatur:
Iudicis illa sui tuta fauore venit.
Viderit ipse licet, credet tamen ille neganti:
Damnabitq́, oculos: & sibi verba dabit.
Aspiciet dominæ lacrymas: plorabit & ipse:
Et dicet, pœnas garrulus iste dabit.
**Quid dispar certamen inis? tibi verba victo* * Cur
[f] Adsunt: in gremio iudicis illa sedet. f Parata sunt. Terent.
Non scelus aggredimur: non ad miscenda coimus
Toxica: non stricto fulminat ense manus.

Quæri-

Quærimus vt tutò per te possimus amare:
Quid precibus nostris mollius esse potest?

ELEGIA III.

Ad Eunuchum, seruantem dominam.

HEi mihi, q dominā nec vir nec femina sensit:
Mutua nec Veneris gaudia nosse potes.
Qui primus pueris genitalia membra recidit,
Vulnera, quæ fecit, debuit ipse pati.
Mollis in obsequium, facilisq; rogantibus esses:
Si tuus in quauis [b] *prætepuisset amor.*
Non tu natus [c] *equo, non fortibus vtilis armis:*
Bellica non dextræ conuenit hasta tuæ.
Ista mares * *tractant: tu spes depone viriles:*
Sunt tibi cum domina signa ferenda tua.
Hanc imple meritis: huius tibi gratia prosit:
Si careas illa, quis tuus vsus erit?
Est etiam facies: sunt apti lusibus anni:
Indigna est pigro forma perire situ.
Fallere te potuit, quanuis habeare molestus:
Non caret effectu, quod voluêre duo.
Aptius vt fuerit [d] *precibus tentasse, rogamus:*
Dum bene ponendi munera tempus habes.

a ἠρεισενδε Θ', ἠρεί γων Θ'. Ouid Semimarem appellat.

b Antea leuiter accensus fuisset.
c Ad equitandum.
* tractent.

d Precibus tecum agere, precario impetrare: cum fallere te posset, si molestus esse pergeres.

ELEGIA IIII.

Quòd amet mulieres, cuiuscunque formæ sint.

NOn ego mendosos ausim defendere mores,
Falsaq; pro vitijs arma mouere meis.

Confi-

Confiteor, si quid prodest delicta fateri :
In mea nunc demens crimina fassus eo.
Odi : nec possum cupiens non esse, quod odi :
Heu quàm, quod studeas ponere, ferre graue est!
Nam desunt vires ad me mihi, iusq; regendum :
Auferor vt rapidâ concita puppis aquâ.
Non est certa meos quæ forma inuitet amores :
Centum sunt causæ cur ego semper amem.
Siue aliqua est [b] oculos in me deiecta modestos :
Vror : & insidiæ sunt pudor ille mea.
Siue procax, [*] vlla est, capior, quia rustica non est :
Spemq; dat in molli mobilis esse toro.
Aspera si visa est, [c] rigidasq; imitata Sabinas :
Velle, sed [d] ex alto dissimulare puto.
Siue est docta : placet raras dotata per artes :
Siue rudis, placita est simplicitate sua.
Est, quæ Callimachi præ nostris rustica dicat
Carmina : cui placeo, protinus [*] ipsa placet.
Est etiam, quæ me vatem, & mea carmina culpet :
Culpantis cupiam sustinuisse femur.
Molliter incedit : motu capit. altera dura est,
At poterit tacto mollior esse viro.
Hæc quia duce canit, flectitq; facillima vocem :
Oscula cantanti rapta dedisse velim.
Hæc querulas habili [*] percurrit pollice chordas,
Tam doctas quis non possit amare manus?
Illa placet gestu, [c] numerosaq; brachia ducit :
Et teneram molli torquet ab arte latus :
Vt taceam de me, qui causa tangor ab omni :

[a] Catull. Odi & amo.

[b] Virgil. atque oculos deiecta decoros.

[*] aliqua libr. duo. non inficiè.

[c] Seueras, difficiles, morosas: δυσκόλους καὶ δυσχόρους.

[d] Cum fastidio quodam siue fastu superbiç.

[*] illa lib. duo.

[*] prætentat

[c] Ad numeros, ad modũ rhythmi seu cantilenæ. Idem Remed. Et vox, & numeris brachia mota suis. Plutarch. V. Sympos. inter cetera κάλλος γυναικὸς putat τὸ κινητικόν.

Illic

Illic Hippolytum pone, Priapus erit.
Tu, quia tam longa es, veteres heroidas aequas:
Et potes in toto [a] multa iacere toro.
Hæc habilis breuitate sua est: corrumpor vtra:
Conueniunt voto longa breuisq; meo.
Non est culta: subit quid cultæ accedere possit:
Ornata est: dotes exhibet ipsa suas.
Candida me capiet, capiet me flaua puella:
Est etiam in fusco grata colore Venus.
Seu pendent niuea pulli ceruice capilli:
Leda fuit nigra conspicienda coma.
Seu flauent: placuit croceis Aurora capillis.
Omnibus historijs se meus aptat amor.
Me noua sollicitat, me tangit serior ætas:
*Hæc melior * specie, moribus illa placet.*
Deniq; quas tota quisquam probat vrbe puellas
Noster in has omnes ambitiosus amor.

[a] Spatiosa, procera. Quantitas discreta, & cõtinua. Arist. Rhet. Θηλυ- ὧν ἡ ἀρετὴ, σώματος μὲν, καὶ τοῦ καλοῦ καὶ μεγέθους.

* specie corporis, illa sapit.

ELEGIA V.

Ad amicam corruptam.

NVllus amor tãti est, abeas pharetrate Cupido
Vt mihi sint toties maxima vota mori.
Vota mori mea sunt, cùm te peccasse recordor
Hei mihi perpetuum nata puella malum!
Non mihi decepta nudant tua facta tabella:
Nec data furtiuè munera crimen habent.
O vtinam arguerem sic, vt non vincere posses.
Me miserum, quare tam bona causa mea est

Fel

Felix, qui, quod amat, defendere fortiter audet:
Cui sua, Non feci, dicere amica potest.
Ferreus est, nimiumq; suo fauet ille dolori:
Cui petitur victa [a] palma cruenta rea.
Ipse miser vidi, cùm me dormire putares,
Sobrius apposito crimina vestra mero.
Multa supercilio vidi vibrante loquentes:
Nutibus in vestris pars bona vocis erat.
Non oculi tacuêre tui, conscriptaq; vino
Mensa, nec in digitis littera nulla fuit.
Sermonem agnoui, ([*] quid non videatur amanti?)
Verbaq; pro certis [*] iussa valere notis.
Iamq; frequens ierat mensa conuiua relicta:
[b] Compositi iuuenes vnus & alter erant.
Improbatum verò ingentes oscula vidi:
Illa mihi lingua nexa fuisse liquet.
Qualia [*] nec fratri tulerit germana seuero,
Sed tulerit cupido mollis amica viro.
Qualia [*] credendum est non Phœbum ferre Dianæ,
Sed Venerem Marti sæpe tulisse suo.
Quid facis? exclamo, quò nunc mea gaudia differs?
Iniiciam dominas in mea iura manus.
Hæc [*] mihi sunt tecum, tibi sunt communia mecũ:
In bona cur quisquam tertius ista venit?
Hæc ego, quæq; dolor linguæ dictauit: at illi
Conscia purpureus venit in ora pudor.
Quale coloratum [c] Tithoni coniuge cœlum
Subrubet, aut sponso visa puella nouo.
Quale rosæ fulgent inter sua lilia mixtæ:

a Victoria. Sign. pro re signata.

[*] quòd non videatur, agentem. h.e. quod videri sermonẽ agere nolebatis.
[*] visa
b Mero sopiti, depositi. Ira supr. Si bene compositus vino somnoq; iacebit.
[*] non lib. duo.
[*] credibile est libr. duo.

[*] tibi sunt mecum, mihi sunt comm. tecum.

[c] Aurora.

Aut vbi [a] cantatis Luna laborat equis.
Aut quod, ne longus flauescere posſit ab annis,
[b] Mæonis Aſsyrium femina tinxit ebur.
**Hic erat, aut aliquis color ille ſimillimus horum*
Et nunquam caſu pulcrior illa fuit.
Spectabat terram: terram ſpectare decebat.
Mœſta erat in vultu: mœſta decenter erat.
Sicut erant, & erant comti, laniare capillos,
Et fuit in teneras impetus ire genas.
Vt faciem vidi, fortes cecidêre lacerti:
Defenſa eſt armis noſtra puella ſuis.
Qui modò ſæuus eram, ſupplex, vltroq; rogabam
Oſcula ne nobis [c] deteriora daret.
Riſit: & ex animo dedit oſcula, qualia poſſent
Excutere irato [d] tela triſulca Ioui.
Torqueor infelix, ne tam bona ſenſerit [e] alter
Et volo non ex hac illa fuiſſe nota.
Hæc quoq;, quàm docui, multò meliora fuerunt
Et quiddam viſa eſt addidiciſſe nouæ.
Quod nimium placuêre, malũ eſt: q̃ tota labella
Lingua tua eſt noſtris, noſtra recepta tuis.
Nec tamen hoc vnum doleo: non oſcula tantum
Iuncta queror: quãuis hæc quoq; iuncta queror.
*Illa niſi in lecto *nunquam potuere doceri,*
Neſcio quis precium grande [f] magiſter habet.

[a] Incantatis.

[b] Lyda. Virg. Quale manus addunt eburi decus.

* His erat aut alicui col. u. lect. & melius.

[c] Peiora quàm illi dediſſet.

[d] Fulmina triſida, vel tripliciti poteſtate prædita.

[e] Riualis meę.

* nuſquam melius.

[f] Qui tam ſuauiter illam oſculari didicit.

ELEGIA VI.

In mortem Pſittaci.

Pſitta

Psittacus Eois ales mihi missus ab Indis
Occidit: exequias * ferte frequenter aues.
Ite piæ volucres: & plangite pectora pennis:
Et rigido teneras vngue notate genas.
Horrida pro mœstis lanietur pluma capillis:
Pro longa resonent carmina vestra tuba.
Quid scelus Ismarij quereris Philomela tyranni?
Expleta est annus ista querela suis.
Alitu in rara miserum diuertite funus:
Magna, sed antiqua est, causa doloris Itys.
Omnes, quæ liquido * libratis in aere pennas,
Tu tamen ante alias [a] turtur amice dole.
Plena fuit vobis omni concordia vita:
Et stetit ad finem longa, tenaxq; fides.
Quod fuit Argolico iuuenis Phocæus Oresti:
Hoc tibi, dum licuit, Psittace, turtur erat.
Quid tamen ista fides? quid rari forma coloris?
Quid vox mutandis ingeniosa sonis?
Quid tuuat, vt datus es, nostræ placuisse puellæ?
Infelix auium gloria nempe iaces.
Tu poteras virides [b] pennis hebetare smaragdos,
Tincta gerens rubro punica rostra croco.
Non fuit in terris vocum simulantior ales:
Reddebas blæso tam bene verba sono.
Raptus es inuidia: non tu fera bella mouebas:
Garrulus, & placidæ pacis amator eras.
Ecce coturnices inter * sua prælia viuunt:
Forsitan & fiunt inde frequenter anus.
[c] Plenus eras minimo: nec, præ sermonis amore,

* ite Ludou. Carr.

* vibratis

a Est enim naturalis quædã inter turtures & psittacos amicitia. Plin. lib. 10. ca. 74. Idem Saph. Et niger à viridi turtur amatur aue.

b Hebetiores reddere fulgore pennarum tuarum.

* fera lib. tres.

c Satur minimo cibo.

In multos poterant ora vacare cibos.
Nux erat esca tibi, causæq́, papauera somni:
Pellebatq́, sitim simplicis humor aquæ.
Viuit edax vultur: ducitq́, per aëra gyros
Miluus: & pluuiæ graculus auctor aquæ.
Viuit & armiferæ cornix inuisa Minervæ,
Illa quidem seclis vix moritura nouem.
*Occidit * ille loquax humanæ vocis imago*
Psittacus, [a] extremo munus ab orbe datum.
Optima prima fere manibus rapiuntur auarum:
[b] Implentur numeris deteriora suis.
Tristia [c] Phyllacidæ Thersites funera vidit:
Iamq́, cinis, viuis fratribus, Hector erat.
Quid referam timidæ pro te pia vota puellæ,
Vota procelloso per mare rapta Noto?
*Septima lux *aderat non exhibitura sequentem*
Et stabat vacua iam tibi Parca colo.
**Nec tamen ignauo stupuerunt verba palato:*
Clamauit moriens lingua, Corinna vale.
Colle sub Elysio nigra nemus ilice frondet:
Vdaq́, perpetuo gramine terra viret.
Si qua fides dubijs, volucrum locus ille piarum
Dicitur, obscœnæ quo prohibentur aues.
Illic innocuis late pascuntur olores:
Et [d] viuax phœnix vnica semper auis.
**Spectat & ipsa suas ales Iunonia pennas:*
Oscula dat cupido blanda columba mari.
Psittacus has inter nemorali sede receptus
*Conuertit volucres in sua * vota pias.*

* illa libr. pler. rectius.
a Ab extrema orbis parte, sc. India.
b Aetatem exigunt.
c Protesilai.
d Tradunt enim phœnicem viuere ann. D C. L X.
* Non.
* venit libr. tres.
* Explicat atque: vel: ipsa libr. duo.
* verba

ιλ. β.

Ossa tegit tumulus, tumulus pro corpore magnus:
Quo lapis exiguus par sibi carmen habet.
Colligor ex ipso dominæ placuisse sepulcro:
Ora fuêre mihi plus aue docta loqui.

ELEGIA VII.

Amicæ se purgat, quòd ancillam non amet.

ERgo ego sufficiam reus in noua crimina semper?
Vt vincam, toties dimicuisse pudet.
Siue ego marmorei respexi summa theatri:
Eligis è multis vnde dolere velis.
Candida seu tacito vidit me femina vultu:
In vultu tacitas arguis esse notas.
Si quam laudaui, miseros petis vngue capillos;
Si culpo, crimen dissimulare putas.
Siue color bonus est, in te quoq; frigidus esse:
Seu malus, alterius dicor amore mori.
Atq; ego [a] peccati vellem mihi conscius esse:*
[b] Aequo animo pœnam, qui meruêre, ferunt.
Nunc temerè insimulas: credendoq; omnia frustra
Ipsa vetas iram pondus habere tuam.
Aspice, vt auritus miserandæ sortis asellus
Assiduo domitus verbere tardus eat.
Ecce tuum solers caput exornare Cypassis,
Obijcitur dominæ contemeraſſe torum.
Dij melius, quàm me, si sit peccasse libido,*
Sordida contemtæ sortis amica iuuet.

[a] Concubitus cum Cypassi. Hoc.n. peccare poëtis aliquando significat cum quis cum ea, qui cum non licet, rem habuit.
* modo libr. duo.
[b] Idem alibi: Leniter, ex merito quicquid patiare, ferendum est. Vide Schediasm. Steph. libr. 3. 15.
* sic mihi sit. alij peccare.

Quis Veneris famulæ connubia liber inire,
Tergaq; complecti [a] verbere fecta velit?
Adde, quod ornandis operosa est illa capillis,
Et tibi [b] per doctas grata ministra manus.
Scilicet ancillam, quæ * sit tibi fida, rogarem!
Quid, nisi vt indicio tuncta repulsa foret?
Per Venerem iuro, puerique volatilis arcus,
Me non admissi crimine esse reum.

a Flagellis sauciata. Tibull. & intorto verbere terga seca
b Propter.
* tam tibi

ELEGIA VIII.

Ad Cypassim ancillam Corinnæ.

Comendis in mille modis perfecta capillis,
Comere sed solas digna Cypassi Deas,
Et mihi iucundo non rustica cognita [c] furto,
Apta quidem dominæ, sed magis apta mihi,
Quis fuit inter nos sociati corporis index?
Sensit concubitus vnde Corinna tuos?
Non tamen erubui: nec verbo lapsus in vllo
Furtiuæ Veneris conscia signa dedi.
Quid, quod in ancillam si quis delinquere possit,
Illum ego contendi mente carere bona?
Thessalus ancillæ facie Briseidos arsit:
Serua Mycenæo * est [d] Phœbas amata duci.
Nec sum Tantalide, nec forti maior Achille:
Quod decuit reges, cur mihi turpe putem!
Vt tamen iratos in te desixit ocellos,
* Sensit te totus erubuisse genis.
At quanto, * si forte refert, præsentior ipse

* Eras. leg. Ponendis in mille modos præfecta capillis. Est autem εὐκαιροφυὲς præposit. in comendis siue in ponendis.
c Concubitu furtiuo.
* τὸ est libr. duo non hab.
d Cassandra captiua.
* Vidit libr. duo.
* dum forte Micyll.

Per Veneris feci numina magna fidem.
[a]Tu Dea, tu iubeas animi periuria nostri
Carpathium tepidos per mare ferre Notos.
Pro quibus officijs precium mihi dulce rependę,
Concubitus hodie fusca Cypasi tuos.
Quid renuis? fingisq; nouos ingrata timores?
Est vnum è dominis * promeruisse satis.
Quòd si stulta negas, index antè acta fatebor:
Et veniam culpæ proditor ipse meæ.
Quoq; loco fuerim tecum, quotiesq; Cypasi
Narrabo dominæ, quotq;, quibusq; modis.

[a] Plat. conu. ἀφροδίσιον γὰρ ὄρκον ἔφασιν εἶναι. Call. ἀφροδίσιος ὅρκος ἐκ ἐμποίνεται.
* emeruisse

ELEGIA IX.

Ad Cupidinem.

O nunquam pro me satis indignate Cupido,
O in corde meo desidiose puer:
Quid me, qui miles nunquam tua signa reliqui,
Lædis? & in castris vulneror ipse * tuis?
Cur tua fax vrit, figit tuus arcus amicos?
Gloria pugnantes vincere maior erat.
Quid non Aemonius[b] quē cuspide perculit heros,
*Confossum medica postmodo iuuit ope?
Venator sequitur fugientia: capta relinquit:
Semper & inuentis vlteriora petit.
Nos tua sentimus populus tibi deditus arma:
Pigra reluctanti cessat in hoste manus.
Quid iuuat in nudis hamata recondere tela
Ossibus? ossa mihi nuda reliquit amor.

* meis?

[b] Telephus ab Achille vulneratus & sanatus.
* Cum petije libr. duo.

Tot sine amore viri, tot sunt sine amore puellæ:
Hinc tibi cum magna laude triumphus eat.
Roma, nisi immensum vires promôsset in orbem,
Stramineis esset nunc quoq; * densa casis.
Fessus in acceptos miles deducitur agros:
Tutaq; depositò poscitur ense, [a] rudis.
Longaq; subductam celant navalia pinum:
Mittitur in saltus carcere liber equus.
Me quoq; qui toties merui sub amore puellæ,
[b] Defunctum placidè vivere tempus erat.
Vive, Deus posito si quis mihi dicat amore,
Deprecer: vsq; adeò dulce puella malum est.
Cum bene pertæsum est, animiq; revanuit ardor,
Nescio quo miseræ turbine mentis agor.
Vt rapit in præceps dominum, spumantia frustra
Fræna retentantem, durior oris equus:
Vt subitus propè iam * prensa tellure carinam,
Tangentem portus ventus in alta rapit:
Sic me sæpe refert incerta Cupidinis aura:
Notaq; purpureus tela resumit Amor.
Fige puer: positis nudus tibi præbeor armis:
Hîc tibi sunt vires: hic tua dextra * valet.
Huc tanquam iussæ veniunt iam sponte sagittæ:
Vix * vllis præ me nota pharetra * tua est.
Infelix, tota quicunq; quiescere nocte
Sustinet: & somnos præmia magna vocat.
Stulte, quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago?
Longa quiescendi tempora fata dabunt.
Ne modò decipiant voces fallacis amicæ:

Spera-

* tecta

[a] Virga, qua gladiatores aut ætate emeriti, aut multis relatis palmis à prætore donabantur. Est autem totus hic locus expressus ex Propert. lib. 2. eleg. cuius initium: Vnica nata meo.

[b] Laborib. scil. militiæ: vel liberatum. Liuius. Defuncta morbis corpora: h. e. liberata.

* pressa

* facit. libr. duo. probè.

* illis

* sua est. non malè.

Sperando certè gaudia magna feram.* *præmia l. u.
Et modò blanditias dicat: modò iurgia nectat:
Sæpe fruar domina: sæpe repulsus eam. *Ita alib. Sæpe domum redeas, sæpe repulsus eas.
Quòd dubius Mars est, per te priuigne Cupido est:
Et mouet exemplo vitricus arma tuo.
Tu leuis es: multoq; tuis ventosior alis:
Gaudiaq; ambigua dasq; negasq; fide.
Si tamen exaudis pulcra cum matre Cupido:
Indeserta meo pectore regna gere.
Accedant regno nimium vaga turba puellæ,
Ambobus populis sic venerandus eris.

ELEGIA X.

Ad Græcinum, quòd eodem tempore duas amet.

TV mihi, tu certè (memini) Græcine negabas
Vno posse aliquem tempore amare duas.
Per te ego decipior: per te deprensus inermis:
Ecce duas vno tempore solus amo.
Vtraq; formosa est: operosæ cultibus ambæ:
Artibus in dubio est hæc sit, an illa prior.
Pulcrior hac illa est: hæc est quoq; pulcrior illa:
Et magis hæc nobis, & magis illa placet.
*Errat, vt à ventis discordibus acta phaselus, * Errans vt l. u.
[b] Diuiduumq; tenent alter & alter amor. [b] Hinc inde distractum.
Quid geminas Erycina meos sine fine dolores?
Non erat in curas vna puella satis?
[c] Quid folia arboribus? quid pleno sidera cœlo? [c] Prouerbiales figuræ.

In freta collectas alta quid addis aquas?
Sed tamen hoc melius, quàm si sine amore iacerem:
[a] Hostibus eueniat vita [b] seuera meis.
Hostibus eueniat vacuo dormire cubili:
*Et medio * late ponere membra toro.*
At mihi sæuus amor somnos abrumpat inertes:
Simq, mei lecti non ego solus onus.
Me mea disperdat nullo prohibente puella:
Si satis vna potest: si minus vna, duæ.
**Sufficiant: graciles non sunt sine viribus artus:*
Pondere, non neruis corpora nostra carent.
Et lateri dabit in vires alimenta voluptas:
Decepta est opera nulla puella mea.
Sæpe ego lasciuæ consumsi tempora noctis:
Vtilis, & forti corpore mane fui.
Felix, quem Veneris certamina mutua perdunt:
Dij faciant leti causa sit ista mei.
[c] Induat aduersis contraria pectora telis
Miles: & æternum sanguine nomen emat.
Quærat auarus opes: &, quæ lassarit eundo
Aequora, periuro naufragus ore bibat.
At mihi contingat Veneris languescere motu:
Cùm moriar, medium soluar & inter opus.
Atq, aliquis nostro lacrymans in funere dicat:
Conueniens vitæ mors fuit ista tuæ.

[a] Eurip. Oedip. ἐχθροῖσιν εἴη πολεμίοισι δόμοις τ' ἔχειν.
[b] Imunis amoris.
* laxè lect. vetus.
* Sufficiunt: gracil.
[c] Hostes armis interimat. Virgil. x. An sese mucrone ob tantum dedecus armis Induat. Cæs. lib. 7. de bell Gal. Se ipsi acutiss. vallis induebant. Homer. ζώς μι μίγα χερσὶδης ἄτη ἐνδύτι βαρείη.

ELEGIA XI.

Ad amicam nauigantem.

Prima

PRima malas docuit mirantibus æquoris * vndas
[a]Peliaco pinus vertice cæsa vias.
Quæ [b] concurrentes inter temeraria cautes
Conspicuam fuluo vellere vexit ouem.
O vtinam, ne quis remo freta longa moueret,
Argo funestas pressa bibisset aquas.
Ecce fugit votumq; torum, patriosq; penates:
Fallacesq; vias ire Corinna parat.
Quid tibi me miserũ, Zephyros, Eurosq; timebo?
*Et gelidum Boream, præcipitemq; Notum?
Non illic vrbes, non tu mirabere syluas:
Vna est iniusti cærula forma maris.
Nec medius tenues conchas pictósue lapillos
Pontus habet: bibuli littoris illa mora est.
Littora marmoreis pedibus * signanda puellæ:
Hactenus est tutum cetera cæca via est.
Et vobis alij ventorum præcia narrent:
Quas Scylla*infestet, quásue Charybdis aquas.
Et quibus emineant violenta Ceraunia saxis:
Quo lateant Syrtes magna minorq; sinu.
*Hoc alij referant: at vos, quod quisq;*loquetur,
Credite: credenti nulla procella nocet.
Serò respicitur tellus: vbi funè soluto
Currit in immensum panda carina salum.
Nauita sollicitus * iam ventos horret iniquos,
Et prope tam letum, quã prope cernit aquam.
Quòd si concussas Triton * exasperat vndas:
Quàm tibi sit toto nullus in ore color!
[c]Tum generosa voces fecundæ sidera Ledæ:

* vndis u. lect. & rectius.
a Catull. de Argo naui. Illa rudem cursu prima imbuit Amphitriten. Et paulò post: Aequoreæ monstrum Nereides admiratæ.
b Symplegades innuit.
* Et gelidum Boream egelidumque h. e. tepidum: vt in illo Catulli. Iã ver egelidos refert tepores. h. e. mollitos illis cantibus omnia vegetantes. Scal. lig. egelidum Boream, egelidumq; Notum: vt sit argutia in ambiguo significato eiusdem vocis.
* signate libr. tres.
* inflectit.
* Hæc
* loquatur
* & libr. duo.
* exasperet l. u.
c Horat. lib. 1. Carm. ode 12. quorum simul alba nauis Stella refulsit:

Et, Defuit iaxis

Et, felix, dicas, quem sua terra tenet.
[a] Tutius est fouisse torum, legisse libellos,
Threiciam digitis increpuisse lyram.
At, si vana ferunt volucres mea * dicta procellæ,
[b] Aequa tamen puppi sit Galatea tuæ.
Vestrum crimen erit talis iactura puellæ,
Nereidesq́, Deæ, Nereidumq́, pater.
Vade memor nostri, vento reditura secundo:
Impleat illa tuos fortior aura sinus.
Tunc mare in hæc magnus * declinet littora Nere
Huc venti spectent: huc agat æstus aquas.
Ipsa roges, Zephyri veniant in lintea pleni:
Ipsa tua moueas turgida vela manu.
Primus ego aspiciam notam de littore puppim:
Et dicam, Nostros aduehit * ista Deos.
Excipiamq́, humeris: & multa sine ordine carpa
Oscula: pro reditu victima vota cadet.
Inq́, tori formam molles sternentur arenæ:
Pro mensa tumulus quilibet esse potest.
Illic appositio narrabis multa Lyæo:
Pæne sit vt medijs obruta nauis aquis.
Dumq́, ad me properas, nec iniquæ tẽpora noctis,
[c] Nec te præcipites extimuisse Notos.
Omnia pro veris credam, sint ficta licebit:
Cur ego non votis blandiar ipse meis?
[d] Hæc mihi quàm primùm cælo nitidissimus alto
Lucifer admisso tempora portet equo.

agitatus humor: cõcidunt venti. Propert. & optatos quærere Tyndaridas. Micyll. de ignib. Castoris & Polluc. interpretatur, qui nauib. inhærent.

a Ita in Brisei de: Tutius est iacuisse toro: tenuisse puellã Threic.

* verba libr. duo.

b Ita Propert. Sit Galatea tuę non aliena vię.

* proclinet libr. duo. melius.

* illa lib. tres.

c Tibull. lib. 1. Hoc precor. hunc illũ nob. aurora nitentẽ Luciferum roseis candida portet equis.

ELEGIA XII.

Exul-

Exultat quòd amica potitus sit.

TE triumphales circum mea tempora lauri :
Vicimus : in nostro est ecce Corinna sinu.
Quam vir, quam custos, quã ianua firma, tot hostes
Seruabant, ne qua nosset ab arte capi.
Hæc est præcipuo victoria digna triumpho :
In qua, quæcunq; est, sanguine præda caret.
Non humiles muri, non parus oppida fossis
Cincta : sed est ductu capta puella meo.
Pergama cùm caderent bello superata [a] bilustri,
Ex tot in Atridis [b] pars quota laudis erat ?
At mea seposita est, & ab omni milite discors
Gloria : nec titulum muneris alter habet.
Me duce ad hunc voti finem, me milite veni ;
Ipse eques, ipse pedes, signifer ipse fui.
Nec casum fortuna meis immiscuit actis.
Huc ades ô cura parte triumphe mea.
*Nec belli * est noua * causa mei : nisi rapta fuisset*
Tyndaris, Europæ pax Asiæq; foret.
[c] Femina Sylvestres Lapithas, populumq; biformẽ
Turpiter appositio vertit in arma mero.
[d] Femina Troianos iterum noua bella mouere
Impulit in regno iuste Latine tuo.
[e] Femina Romanis iterum nunc vrbe recenti
Immisit soceros, armaq; sæua dedit.
Vidi ego pro niuea pugnantes coniuge tauros :
Spectatrix animos ipsa iuuenca dabat.
*Me quoq; * cum multis, sed me sine cæde, Cupido*

Iussit

a Decennali.
b Decerpentibus sc. ex illa laude sibi magnam partem militibus. Vide Victor. lib 28. cap. 22. V. L. Cice. pro Marcell. vnde hic locus videtur expressi
* τὸ est libr. duo non habent.
* cura
c Hippodamia Pirithoi vxor.
d Lauinia Virgil. v 1. Causa mali tanti coniux iterum hospita Teucris, Externiq; iterum thalami.
e Sabinæ raptæ à Romulo.
* etiam libr. tres.
* qui multos libr. tres.

Iussit militia signa mouere sua.

ELEGIA XIII.

Ad Isidem, vt parientem Corinnam iuuet.

DVm labefactat onus grauidi temeraria vitri,
In dubio vitæ lassa Corinna iacet.
Illa quidem clam me tantum molita periculi
Ira digna mea est: sed cadit ira metu.
Sed tamen aut ex me conceperat: aut ego credo
Est mihi pro facto sæpe, [a] quod esse potest.
Isi, [b] Paratonium, [*] genialiaq; arua Canopi
Quæ colis, & Memphim, palmiferaq; Pharon
Quaq; celer lato Nilus delapsus ab alueo
Per septem portus in maris exit aquas:
Per tua [*] sacra precor, per Anubidis ora verendi
Sic tua sacra pius semper Osirus amet:
Pigraq; [c] labatur circum donaria serpens:
Et comes in pompa corniger Apis eat:
Huc adhibe vultus: & in vna parce duobus:
Nam vitam dominæ tu dabis, illa mihi.
Sæpe tibi meruit certus [d] operata diebus,
[*] Qua cingit laurus Gallica turma tuas.
Tuq; laborantes vtero miserata puellas,
Quarum tarda latens corpora tendit onus:
Lenis ades, precibusq; fauc Lucina puellæ.
Digna est quam iubeas muneris esse tui.
Ipse ego thura dabo fumosis candidus aris:

ἀτὸ δυνατὸν.
b Aegyptum, à Paratonio ciuitate non longè ab Alexandr. Steph.
a genialiaque, idque rectius, non enim nata est in Aegypto Isis.
* sistra probè.
c Ita Virg. v. adytis cum lubricus anguis ab imis Amplexus placidè cumul. lapsusq; per aras.
d ἐζευγμένα.
* Quels

Ipse feram ante tuos munera [a] *vota pedes.*
Adijciam titulum : seruata Naso Corinna.
Tu modò fac titulo muneribusq; locum.
Si tamen in tanto fas est monuisse timore :
Hac tibi sit pugna dimicuisse satis.

[a] Dicata : qualia erant anathemata siue donaria.

ELEGIA XIIII.

In amicam, quòd abortiuum ipsa fecerit.

Quid iuuat immunes belli cessare puellas ?
Nec fera [b] *peltatas agmina velle sequi ?*
Si sine Marte suis patiuntur vulnera telis,
Et cæcas armant in sua fata manus.
Quæ prima instituit teneros * *conuellere fetus,*
Militia fuerat digna perire sua.
Scilicet, vt careat rugarum crimine venter,
[c] *Sternetur pugnæ tristis arena tuæ ?*
Si mos antiquus placuisset matribus idem :
Gens hominum vitio deperitura fuit.
[d] *Quinq; iterum iaceret generis primordia nostri*
In vacuo lapides orbe, parandus erat.
Qui Priami fregisset opes, si numen aquarum
* *Iusta recusasset pondera ferre Thetis ?*
Ilia si tumido geminos in ventre necasset,
Casurus dominæ conditor vrbis erat.
Si Venus Aeneam grauida temerasset in aluo,
Cæsaribus tellus orba futura fuit.
Tu quoq;, cùm posses nasci formosa, perisses :
Tentasset,

[b] Peltis armatas more Amazonum.

* auellere lib. duo : & tert. euellere, quod exprimit græcum ἐκλαγώσασθαι.

[c] Metaphora sumta à gladiatoribus.

[d] Alludit ad fabul. Deucalionis & Pyrrhæ.

* Iusta malè. Iusta dicit debita : vel ad iustum tempus.

Tentasset, quod tu, si tua mater opus.
Ipse ego cùm fuerim melius perituru amando.
Vidissem nullos matre * necante dies.
[a] Quid plenam fraudas vitem crescentibus uuis?
Pomaq; crudeli vellis acerba manu?
Sponte * fluent matura sua: sine crescere natas
Est precium * paruæ non leue vita moræ.
Vestra quid effoditis subiectis viscera telis?
Et nondum natis dira venena datis?
Colchida respersam * puerorum sanguine culpas
Atq; sua casum matre queruntur Itym.
Vtraq; sæua parens: sed tristibus vtraq; causis
Iactura [b] socij sanguinis vlta virum est.
Dicite, quis Tereus, quis vos irritet Iasón
Figere sollicita corpora vestra manu?
[c] Hæc neq; in Armenijs tigres fecêre latebris:
Perdere nec fetus ausa leæna suos.
At teneræ faciunt, sed non impune, puellæ:
Sæpe suos vtero quæ necat, ipsa perit.
Ipsa perit: ferturq; rogo resoluta capillos:
Et, * meritò, clamant, qui modo cunq; vidit.
Ista sed ætherias vanescant dicta per auras:
Et sint ominibus pondera nulla meis.
Dij faciles, peccasse semel concedite tutò:
Et satis est: pœnam culpa secunda ferat.

* negante libr. duo.

A Tibull. Quid fraudare iuuat vitem crescentibus vuis? Et modò nata mala vellere poma manu?

* sua matura fluent lib. duo. Idem lib. 3. & nullo poma mouente fluunt.

* tardæ minus appositè.

* natorum

b Communis.

c Vt fetus immaturos excuterent. Phocyll. μηδὲ γυνὴ φθείρῃ βρέφος ἐμβρυον ἐνδοθι γαστρός.

* meruit non male.

ELEGIA XV.

Ad annulum, quem dono amicæ dedit.

Annule

ANnule formosæ digitum * vincture puellæ, * iuncture
In quo censendum nil, nisi dantis amor.
Munus eas gratum: te læta mente receptum
Protinus articulus induat illa suis.
Tam bene conuenias, quàm mecum conuenit * illi: * illa malè.
Et digitum iusto commodus orbe teras.
Felix à domina tractaberis annule nostra:
Inuideo donis iam miser ipse meis.
O vtinam subitò fieri mea munera possem
Artibus [a] Aeæa, [b] Carpathijq; senis.
Tunc ego te cupiam dominæ tetigisse papillas:
Et lævam tunicis inseruisse manum.
Elabar digito, quanuis angustus, & hærens:
Inq; sinum mira lapsus ab arte cadam.
Idem ego, vt arcanas possim signare tabellas,
Néue tenax ceram siccaq; * membra trahat,
Humida formosæ tangam prius ora puellæ.
Tantum ne signem [c] scripta dolenda mihi.
Si dabor vt condar loculis, exire negabo:
Astringens digitos [d] orbe minore tuos.
Non ego dedecori tibi sum, mea vita, futurus,
Quódue tener digitus ferre recuset onus.
Me gere, cum calidis perfundes imbribus artus:
Damnaq; sub gemma perfer euntis aquæ.
Sed puto te visa mea membra libidine surgent:
Et peraget partes annulus ipse viri.
Irrita quid * voueo? paruum proficiscere munus: * moneo peream.
Illa datam tecum * sentiet esse fidem. * sentiat libr. duo. probè.

a Circes. Virg. Aeææq; iusula Circes.
b Protei. 4. Georg. Est in Carpathio Neptunius gurges.
* gemma libr. pler. & rectè.
c Vel propter repulsam, vel quia ad riualem scripta.
d Arctiore ambitu.

ELEGIA XVI.

Ad amicam, vt ad rura sua veniat.

ME pars Sulmo tenet Peligni tertia ruris,
Parua, sed irriguis ora salubris aquis.
Sol licet admoto tellurem sidere findat,
Et micet [a] Icarij stella proterua Canis:
Arua pererrantur Peligna liquentibus vndis:
Et viret in tenero fertilis herba solo.
*Terra verax * Cereris, multoq; feracior vuis:*
Dat quoq; bacciferam Pallada rarus ager.
Perq; resurgenteis riuis labentibus herbas
Gramineus madidam cespes obumbrat humum.
At meus ignis abest, verbo peccauimus vno:
Quæ mouet ardores, est procul: ardor adest.
Non ego, si [b] medius Polluce & Castore ponar,
In cœli sine te parte fuisse velim.
Solliciti iaceant, terraq; premantur iniqua,
In longas orbem qui secuêre vias.
** Aut iuuenum comites iussissent ire puellas,*
**Si fuit in longas terra secanda vias.*
Tunc mihi, si premerem ventosas horridus Alpes,
Durum cum domina molle fuisset iter.
Cum domina Libycas ausim perrumpere Syrtes:
Et dare non æquus vela ferenda Notis.
**Non quæ virgineo portenta sub inguine latrant,*
Nec timeam vestros curua Malea [c] sinus.
Nec quas submersis ratibus saturata Charybdis

Fundit,

[a] Sirius

* Cerere libr. duo: probè. E producta propter incisum.

[b] Medius inter Polluc. & Castorem ἀντίπλοκος.

* At minus bene

* Sic

* Nec lib. tres. Et est notatio Scyllæ, de qua Virg. Candida succinctam latrantib. inguina monstris.

[c] Vndarũ vorticcs.

[a]Fundit, & effusas ore receptat aquas.
Quòd si Neptuni ventosa potentia vincat,
Et subuenturos auferat vnda Deos:
Tu nostris niueos humeris impone lacertos:
Corpore nos facili dulce feremus onus.
Sæpe petens Hero iuuenis * tranauerat vndas:
Tunc quoq; * tranasset, sed via [b]caca fuit.
At sine te quanuis operosi vitibus agri
Me teneant, quanuis * ammibus arua natent:
Et vocet in riuos currentem rusticus vndam:
Frigidaq; arboreas mulceat aura comas:
Non ego Pelignos videor celebrare salubres,
Non ego natalem rura paterna locum.
Sed Scythiam, Cilicasq; feros, viridesq; Britan-
[c]Quæq; Prometheo saxa cruore * madent. (nos,
Vlmus amat * vites: vitis non deserit vlmum:
Separor à domina cur ego sæpe mea?
At mihi te comitem iurabas vsq; futuram,
Per me, perq; oculos, * qui rapuere, tuos.
Verba puellarum folijs leuiora caducis:
*Irritaq; vt visum est, ventus & aura ferunt.
Si qua mei tamen est in te pia cura relicta,
Incipe pollicitis addere facta tuis.
Paruaq; quamprimum rapientibus esseda mannis
Ipsa per admissas concute lora [d]iubas.
At vos, * quâ veniet, tumidi subsidite montes:
Et faciles curuis vallibus este viæ.

[a] Propert. Alternante voras vasta Charybdis aqua.

* transnauerat
* transnasset
[b] Vel propter lucernam ventorũ flatu extinctam in summa turri: vel propter cœlũ pice nigrius & freta ventis Turbida, vt ipse scribit.
* imbribus malè.
[c] Notatio Caucasi montis.
* rubent libr. duo. probè.
* vitem elegan tius.
* sidera nostra libr. tres. Ita Properr. Non oculi geminæ sidera nostra faces.
* Irrita quæ
[d] Mannos iubatos fecit, quos Properr. detonsos: Huc mea detonsis deuecta est Cynth. mannis.
* quum

ELEGIA XVII.

Quòd Corinnæ soli sit seruiturus.

Si quis erit, qui turpe putet seruire puellæ:
Illo conuincar iudice turpis ego.
Sim licet infamis, dum me moderatius vrat:
Quæ [a] Paphon & fluctu pulsa Cythera tuus.
Atq; vtinam domina mitis quoq; præda fuissem,
*Formosæ * quoniam præda futurus eram.*
Dat facies animos: facie violenta Corinna est.
Me miserum, cur est tam bene nota sibi?
Scilicet à speculi sumuntur imagine fastus:
*Nec nisi compositam se * prius illa videt.*
Non, tibi si facies nimium dat in omnia regnum,
*(O facies oculos * docta tenere meos!*
Collatum idcirco tibi me contemnere debes.
Aptari magnis inferiora licet.
Creditur & nymphæ mortalis amore Calypso
Capta recusantem detinuisse virum.
*Credimus * æquoream [b] Phthio Nereida regi,*
*Egeriam * iusto concubuisse Numæ:*
Volcano Venerem, quanuis incude relicta
Turpiter obliquo claudicet ille pede.
Carminis hoc ipsum genus impar: sed tamen ei
Iungitur heros cum breuiore modo.
Tu quoq; me, mea lux, in quaslibet accipe leges:
Te decet, in medio iura dedisse toro.
Non tibi [c] crimen ero, nec quo lætêre remoto:
*Non erit hic * nobis insitiandus amor.*
Sunt mihi pro magno felicia carmina censu:

[a] Virg. x. Est Amathus, est cessa mihi Paphos, atq; Cythera.
* quando
* videt illa prius.
* nata lib. duo.
* æquoreo perper.
[b] Peleo.
* nostro
[c] Opprobrium, dedecus: ἄνειδος. Menand. σὺν ἐς' ὄνειδος τοῦθ'. Homer. ἔλεγχος dixit.
* vobis recte

El

Et multæ per me nomen habere volunt.
Noui aliquam, quæ se circumferat esse Corinnam:
Vt fiat, quid non illa dedisse velit?
Sed neq; diuersi ripa labuntur eadem
Frigidus Eurotas, populiferq; Padus.
Nec, nisi tu, nostris cantabitur vlla libellis.
Ingenio causas tu dabis vna meo.

ELEGIA XIIX.

Ad Marcum, quòd de amoribus scribat.

CArmen ad [a] iratum dum tu perducis Achillem,
Primaq; [b] iuratis induis arma viris:
*Nos Macer * ignaua Veneris cessamus in vmbra:*
Et tener ausuros grandia frangit amor.
Sæpe meæ dixi, Tandem discede, puellæ:
In gremio sedit protinus illa meo.
Sæpe, Pudet, dixi: lacrymis vix illa retentis,
Me miseram, cur te, dixit, amare pudet?
Implicuit q; suos circum mea colla lacertos:
Et, quæ me perdunt, oscula mille dedit.
Vincor: & ingenium [c] sumtis reuocatur ab armis:
Resq; domi gestas & mea bella cano.
*Sceptra tamen sumsi: * curaq; Tragœdia nostra*
Creuit: & [d] huic operi quamlibet aptus eram.
Risit Amor, pallamq; meam, pictosq; cothurnos,
Sceptraq; priuata tam citò sumta manu.
[e] Hinc quoq; me dominæ numen deduxit iniquæ:

Videtur imitatus Propert. lib. 1. ad Pontic. Cum tibi Callmeæ dicuntur. Pontice Thebæ, &c. quæ sequuntur.

a Alludit ad princip. Iliad. quam Macer conuertebat: μῆνιν ἄειδε θεὰ.

b Coniuratis ad Ilij euersionem in Aulide. Virg. 4. Aen.

* ignaua

c Quæ canenda sumseram.

* versuque Trag. nostro libr. duo.

d Scribendis tragœdijs.

e A scribendis tragœdijs me reuocauit amica irata.

Deq; cothurnato Vate triumphat Amor.
Quod licet, aut * partes teneri profitemur amoris
Hei mihi præceptis * torqueor ipse meis!
Aut, quod Penelopes verbis reddatur Vlyssi,
Scribimus: & lacrymas Phylli relicta tuas:
Quod Paris, & Macareus, & quod malè gratus Iason
Hippolytiq; parens, Hippolytusq; legant: (sed
Quodq; tenens strictum Dido miserabilis ensem
Dictat, & Aoniæ [a] Lesbis amica lyræ.
Quam citò de toto rediit * meus orbe Sabinus!
Scriptaq; diuersis rettulit ille locis!
Candida Penelope signum cognouit Vlyssis:
Legit ab Hippolyto scripta nouerca suo.
Iam pius Aeneas miseræ rescripsit Elissæ:
Quodq; legat Phyllis, si modò viuit, habet.
Tristis ad Hypsipylen ab Iasone littera venit:
Dat votam Phœbo Lesbia amica lyram.
Nec tibi, [b] quà tutum, vati Macer arma canenti
Aureus in medio Marte tacetur amor.
Et Paris est illic, & adultera nobile crimen:
Et comes extincto Laodamia viro.
Si bene te noui, non bella libentius istis
Dicis, & à vestris in mea castra * redis.

* artes libr. tres melius.
* vrgeor
[a] Sappho quã decimam Musam appellarunt.
* celer libri tres, probè.
[b] Quatenus est commodum & licet per leges carminis heroici.
* venis libri duo: non malè.

ELEGIA XIX.

Ad riualem, cui vxor curæ non erat.

SI tibi non opus est seruata stulte puella:
At mihi fac serues, quò magis ipse velim.

Quæ

Quod licet, ingratum est: q̄ non licet, acrius vrit.
Ferreus est, si quis, quod sinit alter, amat.
Speremus pariter: pariter metuamus amantes:
Et faciat voto rara repulsa locum.
**Quid fortuna mihi, quæ nunquam fallere possit?*
Nil ego, quod nullo tempore lædat, amo.
Viderat hoc in me vitium versuta Corinna:
Quaq̄ capi possem, callida norat opem.
Ah quoties sani capitis mentita dolorem,
Cunctantem tardo iussit abire pede.
Ah quoties [a] finxit culpam: quantumq̄ licebat,
Insontis speciem præbuit ipsa nocens.
Sic vbi vexarat, tepidosq̄ refouerat ignes:
Rursus erat votis [b] comis & apta meis.
Quas mihi blanditias, quàm dulcia verba parabat!
Oscula (Dij magni) qualia, quotq̄ dabat!
Tu quoq̄, quæ nostros rapuisti nuper ocellos,
Sæpe face insidias: sæpe rogata nega.
Et sine me ante tuos proiectum in limine postes
Longa pruinosa frigora nocte pati.
Sic mihi durat amor, longosq̄ adolescit in annos:
Hoc iuuat: hæc animi sunt alimenta mei.
[c] Pinguis amor, nimiumq̄ [d] potens, in tædia nobis
Vertitur: & stomacho, dulcis vt esca, nocet.
Si nunquam Danaën habuisset ahenea turris,
Non esset Danaë de Ioue facta parens.
Dum seruat Iuno mutatam cornibus Io,
*Facta est, quàm fuerat, gratior *ipsa Ioui. (des*
[e] Quod licet, et facile est, quisquis cupit: arbore frō-

* Quo mihi fort. Quid mihi fortuna. libr. duo. probè.

[a] In me crimen confinxit cum ipsa non esset extra culpam.
[b] Facilis & benigna ad morem gerendum amori meo.

[c] Copiosus, vel, non mixtus amaricie. Catul. Quæ dulcem curis miscet amariciem.
[d] Voti sui compos.
* illa lib. duo.
[e] Quod in primitu est.

Carpat, & è medio flumine * sumat aquam.
Si qua volet regnare diu, deludat amantem:
Heu mihi ne monitis torquear ipse meis!
* Quodlibet eueniat: nocet [a] indulgentia nobis:
Quod sequitur, fugio: quod fugit, ipse sequor.
At tu formosæ nimium secure puellæ,
Incipe iam prima claudere nocte domum.
Incipe, quis furtim toties tua limina pulset,
Quærere: quid latrent nocte silente canes.
* Quò ferat & referat solers ancilla tabellas:
Cur toties vacuo secubet illa toro.
[b] Mordeat ista tuas aliquando cura medullas:
Detq; locum nostris materiamq; dolis.
[c] Ille potest vacuo furari in littore arenas,
Vxorem [d] stulti si quis amare potest.
Iamq; ego præmoneo: nisi tu seruare puellam
Incipis, incipiet desinere esse mea.
Multa, diuq; tuli: sperauit sæpe futurum,
Cùm bene seruasses, vt bene verba darem.
Lentus es: & pateris nulli patienda marito:
At mihi concessi finis amoris erit.
Scilicet infelix nunquam prohibebor adire?
Nox mihi sub nullo vindice semper erit?
Nil metuam? per nulla traham suspiria somnos?
Nil facies cur te iure perisse velim?
Quid mihi cum facili, quid cum lenone marito?
Corrumpis [e] vitio gaudia nostra tuo.
Quin alium, quem tanta iuuet patientia, quæras:
Me tibi riualem, si iuuat, esse vetas.

P. OV

* potet libr. duo.

* Quidlibet a Amoris copia.

* Quas libr. duo: probè.

b δακνέτω τὸν σὸν καρδίαν. Cicero & Terent. & mordere & pungere dicunt pro eodem. Et Græci ἀμύσσω τὸν ψυχὴν. Theocr. κήγὼ μὲν κίσσαν, μόρσων, τινα.

c Prouerbialis comparatio.

d Improuidi & nimis securi vxoris suæ.

e Nimia patientia, indulgentia tua.

P. OVIDII NASONIS ELEGIARVM SIVE Amorum, Liber III.

ELEGIA I.

Deliberatio Poëtæ, vtrum elegos pergat scribere, an potius tragœdias.

Erat vetus, & multos incidua sylua per annos:
Credibile est illi numen inesse loco.
Fons sacer in medio, speluncaq; pumice pendens:
Et latere ex omni dulce queruntur aues.
Hic ego dum spatior tectus nemoralibus vmbris,
Quod mea quærebam Musa moueret opus:
Venit odoratos Elegeia nexa capillos:
Et puto pes illi longior alter erat.
Forma decens, vestu tenuissima, vultus amantis:
In pedibus [a] vitium causa decoris erat.
Venit & ingenti violenta Tragœdia passu,
Fronte coma torua: palla tacebat humi.
Læua manus sceptrum latè regale tenebat:
*Lydius * apta pedum [b] vincla cothurnus erat.*
**Hæc prior, Ecquis erit, dixit, tibi finis * amandi?*
O argumenti lente poëta tui!
Nequitiam vinosa tuam conuiuia narrant:
Narrant in multas compita secta vias.
Sæpe aliquis digito vatem designat euntem:
Atq; ait, Hic hic est, quem ferus vrit amor.

Videtur poëta imitari τοπικὰ τοπικῶν Voluptatis & Virtutis lib. 2. Διαμνημον.

a χωλότης ἀπὸ χωλόμαι. * alta

b ὑποδήματα: quę calceamenta sunt & solea. Herodot. κοθόρνους ὑποδιδάσκ. Homer. ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα.

* Et * amoris libr. duo.

Fabula (nec sentis) tota iactaris in vrbe:
Dum tua * postpositō facta pudore refers.
Tempus erat thyrso * dudum grauiore moueri,
Cessatum satis est: incipe maius opus.
Materia premis ingenium: cane facta virorum:
Hæc animo, dices, [a] area digna meo est.
Quod teneræ cantent, lusit tua musa, puellas:
Primaq; per numeros * acta iuuenta suos.
Nunc habeam per te Romana Tragœdia nomen:
Implebit [b] leges spiritus iste meas.
Hactenus: & mouit pictis innixa cothurnis
Densum casarie terq; quaterq; caput.
Altera (* nam memini) limis * obrisit ocellis.
Fallor? an in dextra myrtea virga fuit?
Quid grauibus verbis [c] animosa Tragœdia, dicis?
Me premus? an nunquam non grauis esse potes?
[d] Imparibus tamen es numeris dignata mouere
In me pugnasti versibus vsa meis.
Non ego contulerim sublimia carmina nostris:
Obruit exiguas regia * vasta fores.
Sum leuis, & mecum leuis est mea cura Cupido.
Non sum materia fortior ipsa mea.
Rustica sit fine me lasciui mater Amoris:
Huic ego proueni lena comesq; Dea.
Quam tu non * poteris duro reserare cothurno,
Hæc est blanditijs ianua laxa meis.
Et tamen emerui plus, quàm tu, posse, ferendo
Multa, [e] supercilio non patienda tuo.
Per me decepto didicit custode Corinna

Limina

* præterito
* pulsum, h.e. percussum. Pro bè. Lucret.
——— sed acri
Percussit thyrso laudis spes magna meum cor.
a Campus Metaph. à curuli certamine.
* apta malè.
b Sublimitatē & grandiloquentiam tragœdiæ.
* si memini libr. duo.
* subrisit libr. tres. probè.
c Superius de tragœdiarum scriptore Attio dixit; animosique Attius oris.
d Agendo contra me causam elegiaco metro.
* vestra.
* poteras l. u. probè.
e Fastui tuo: nam hîc sedē habet fugbia, vt ait Plin. vnde ὀφρῦς σὺ de fastu dicitur.

*Liminis * obstructi sollicitare forem :*
*Delabiq; toro tunica velata * recincta,*
Atq; [a] impercussos nocte mouere pedes.
Ab quoties foribus duris [b] incisa pependi,
Non vetita à populo prætereunte legi !
Quin ego me, memini, dum custos sæuus abiret,
*Ancillæ * miseram delituisse sinu.*
Quid, cum me munus natali misit ? at illa
Rupit, & [c] apposita barbara mersit aqua.
Prima tuæ moui felicia [d] semina mentis :
Munus habes, quod te iam petit ista, meum.
Desierat : cœpi. [e] per vos vtrasq; rogamus,
In vacuas auras verba timentis eant.
Altera me sceptro decoras, altoq; cothurno :
Iam nunc contracto magnus in orbe sonor.
Altera das nostro victurum nomen amori :
Ergo ades : & [f] longis versibus adde breues.
Exiguum vati concede Tragœdia tempus :
Tu labor æternus : quod petit illa, breue est.
Mota dedit veniam : teneri properentur amores,
Dum vacat : à tergo [g] grandius vrget opus.

* obstricti, pro hè. h. e. ianuæ clausæ.
* soluta Naug.
a Inoffensos.
b Incisis in limine literis, h. e. versu elegiaco, more amãtium non admissorum.
* missam libri tres. probè.
c Iuxta posita.
d Ingenij semina & igniculos: imitatione Ciceron. 3. Tusc.
e Obtestor ambas per vos ipsas, ne vobis metuatis de meo iudicio ne alterutra cadat sua causa. Alludit ad Paridis iudic.
f Hexametris: quem versum Cicero longũ appellat.
g Argumentũ grauius tragœdiæ.

ELEGIA II.

Ad amicam, cursum equorum spectantem.

*Non egò nobilium * venio spectator equorum :*
Cui tamen ipsa faues, vincat vt ille, precor.
Vt loquerer tecum, veni, tecumq; sederem :

* sedeo libr. tres.

Ne

Ne tibi non notus, quem facis, esset amor.
Tu cursum spectes, ego te: spectemus vterq;
Quod * iuuet: atq; oculos pascat vterq; suos.
O cuicunq; faues felix agitator equorum:
Ergo illi curæ contigit esse tuæ.
Hoc mihi contingat: sacro de carcere missus
Insistam forti mente vehendus equo.
Et modò lora dabo: modò verbere terga notabo
Nunc stringam [a] metas interiore rota.
Si mihi currenti fueris conspecta, morabor:
Deq; meis manibus lora remissa fluent.
Ah quam pænè Pelops Pisæo concidit axe,
Dum spectat vultus Hippodamia tuos.
Nempe fauore suæ vicit tamen ille puellæ.
Vincamus dominæ quisq; fauore suæ.
Quid frustra refugis? cogit nos [b] linea tangi:
Hæc * ex lege loci commoda Circus habet.
Tu tamen à dextra quicunq; es, parcè puellæ:
Contactu lateris læditur ista tui.
Tu quoq; qui spectas post nos, tua contrahe crura:
'Si pudor est: rigido nec preme terga genu.
Sed nimium demissa tacent tua pallia terra:
Collige, vel digitis en ego tollo meis.
Inuida vestis eras, quæ tam bona crura tegebas:
Quoq; magis spectes, inuida vestis eras.
Talia Melanion [d] Atalantæ crura fugacis
Optauit manibus sustinuisse suis.
Talia pinguntur succincta crura Diana,
Cùm sequitur fortes fortior ipsa feras.

* iuuat libr. duo. rectè.

[a] Versus lauâ, sinisteriore. Virgil. dum' proram ad saxa suburget Interior. Vide Cæl. lib. 9. cap. 10. Antiquar.

[b] Signum datũ mittendi currus (quod erat linea alba a carceribus ad metas extensa) cogit θέειν καθ' ὁλκάδα. Ii. q. locum spectandi capere & incuncis nos defare. Vide Scal. comm. in Manil.

* in libr. duo.

[c] Modus incrépandi. Virgil. Ite domum pasti, si quis pudor, ite iuuenci.

[d] Arcadiæ scilicet, quæ fuit Iasij aut Iasonis aut Iasonis F. Scholiast. Apollon. Ἀταλάντη Ἰάσου καὶ Σχοινέως θυγάτηρ ὠὴ ἔτι παρθένος Μελανίων. Propert. lib. 1. Milanion nullos fugiendo, Tul-

His ego non visis arsi: quid fiet ab istis?
[a]In flammam flammas, in mare fundis aquas.
Suspicor ex istu & cetera posse placere,
Quæ bene sub tenui condita veste latent.
Vt tamen interea tenues arcessere ventos,
Quos faciant nostra mota flabella manu?
*An magis hic * meus est animi, non aëris, æstus?*
Captaq; femineus pectora torret amor?
Dum loquor: alba nigro sparsa est tibi puluere ve-
Sordide de niueo corpore puluis abi. (stis:
Sed iam pompa venit: linguis, animisq; fauete:
Tempus adest plausus, aurea pompa venit.
Prima loco fertur sparsis victoria pennis.
Huc ades: atq; meus, fac Dea, vincat amor.
Plaudite Neptuno, nimium qui creditis vndis:
Nil mihi cum pelago, me mea terra tenet.
Plaude tuo Marti miles: nos odimus arma:
Pax iuuat, & media pace repertus amor.
Auguribus Phœbus, Phœbe venantibus adsit:
Artifices in te verte Minerua manus.
Ruricolæ Cereri, tenero[q]; assurgite Baccho:
Pollucem pugiles, Castora pugnet eques:
Nos tibi blanda Venus, puerili[q]; potentibus armis,
Plaudimus: inceptis annue diua meis.
Da[q]; nouam mentem domina, vt patiatur amari.
Annuit: & motu signa secunda dedit.
Quod dea promisit, promittas ipsa, rogamus:
(Pace loquor Veneris) tu Dea maior eris.
*Per * tibi tot iuro testes, pompamq; Deorum,*

le, labores Sæuitiam duræ contudit lasidos. Vide Aelian. libr. 13. V H. & Muret. schol. in Propert.

[a] παροιμιακῶς. Vide adag. Ignē igni ne addas.

* animi meus est libri duo.

* Agricolæ libri duo.

* nouæ libr. tres. & codic. m. sc. h. e. cui nuperrimè seruire cœpi.

* superos iuro libr. duo.

Te

Te dominam nobis tempus in omne fore.
Sed pendent tibi crura: potes, si fortè iuuabit,
a Clathris. aCancellis primos inseruisse pedes.
* prætor libr. tres: non malè. Prætores enim ludis præerant, quibus præco signum dabat. Maxima iam vacuo *præco spectacula Circo,
Quadrijuges æquo carcere misit equos.
Cui faueas video: vincet cuicunq; fauebis:
*Quid cupias, ipsi scire videntur equi.
Me miserum, metam spacioso circuit orbe:
Quid facis? admoto proximus axe subi.
Quid facis infelix? perdis bona vota puella.
Tende precor valida lora sinistra manu.
Fauimus ignauo: sed eum reuocate Quirites:
Et date iactatis vndiq; signa togis.
En reuocant. at ne turbet toga mota capillos,
In nostros abdas te licet vsq; sinus.
Iamq; patent iterum reserato carcere postes:
Et volat admissis discolor agmen equis.
Nunc saltem supera: spatioq; insurge patenti:
Sint mea, sint dominæ fac rata vota meæ.
Sunt dominæ rata vota meæ: mea vota superfunt.
* mea libri tres. Ille tenet palmam: palma petenda *mihi est.
* Hîc: vet. l. & rectius. Risit: & argutis quiddam promisit ocellis:
Hoc satis * est: alio cetera redde loco.

ELEGIA III.

De amica, quæ peierauerat.

Esse deos credámne? fidem iurata fefellit:
Et facies illi, quæ fuit antè, manet.

Quam

Quàm longos habuit nondum * iurata capillos : * periura libr. plerique.
Tam longos, postquam [a] numina læsit, habet. a Peierauit.
Candida, candorem roseo suffusa rubore,
Ante fuit : niueo lucet in ore rubor.
Pes erat exiguus : [b] pedis est aptissima forma : b Breuitas pedis in puellis venustatem habet. Horat. Depygis, nasuta, breui latere, ac pede longo. Vide Aristot. φυσιογνωμ.
Longa decensq; fuit : longa decensq; manet.
Argutos habuit : radiant vt sidus ocelli :
Per quos mentita est perfida sæpe mihi.
Scilicet æterni falsum iurare puellis
Dij quoq; concedunt : formaq; numen habet.
Perq; suos illum nuper iurasse recordor,
Perq; meos oculos : & doluêre mei.
Dicite Dij : si vos impunè fefellerit illa :
Alterius meriti cur ego damna tuli ?
* At non inuidiæ vobis [c] Cepheia virgo est, * Non satis c Andromeda Cephei F.
Pro malè formosa iussa parente * mori. * mori ?
Non satis est, quod vos habuit sine pondere testes : * Et libr. tres.
Sed mecum lusos ridet inulta * deos. * deos ?
Vt sua per nostram redimat periuria pœnam :
Victima deceptus decipientis ero.
Aut sine re Deus est nomen, frustraq; timetur :
Et stulta populos credulitate mouet :
Aut, si quis Deus est, teneras amat ille puellas :
Et nimium solas omnia posse iubet.
[d] Nobis fatifero Mauors accingitur ense : d In nos : in nostram perniciem.
Nos petit inuicta Palladis hasta manu.
Nobis flexibiles curuantur Apollinis arcus :
In nos alta Iouis dextera fulmen habet.
Formosas superi metuunt offendere læsi :

Atq;

Atq; vltro, quæ se non timuêre, timent.
Et quisquam pia thura focis imponere curat?
Certè plus animi debet inesse viro.
Iuppiter igne suo lucos iaculatur, & arces:
Missaq; periuras tela ferire vetat.
*Tot meruêre * pati: Semele miserabilis arsit:*
Officio est illi pœna reperta suo.
At si venturo se subduxisset amanti:
Non pater in Baccho matris haberet onus.
Quid queror? & toto facio conuicia cœlo?
Dij quoq; habêt oculos, Dij quoq; pectus habêt.
Si Deus ipse forem, numen sine fraude licerat:
Femina mendaci falleret ore meum.
Ipse ego iurarem verum iurasse puellam:
Et non de tetricis dicerer esse deis.
Tu tamen illorum moderatius vtere dono:
Aut oculis certè parce puella meis.

* peti scil. fulmine

a Amoris obsequio.

b Iupiter, cui? semori infans adhuc immaturus insertus est.

c Sine periculo: sicut contra fraudi esse dicimus quod damno est aut dedecori. Liu. lib. 1. Quod sine fraude mea populiq; Quiritium fiat.

ELEGIA IIII.

Ad virum seruantem coniugem.

DVre vir, impositò teneræ custode puellæ,
Nil agis: ingenio quæq; tuenda suo est.
Si qua metu demto casta est, ea denig; casta fuit.
Quæ, quia non liceat, non facit, illa facit.
Vt iam seruaris bene corpus, adultera mens est:
Nec custodiri, ni velit, vlla potest.
Nec mentem seruare potes: licet omnia claudas:
Omnibus exclusis intus adulter erit.

d Natura. Terent. Nam mihi, quale ingenium haberes, fuit indicio oratio. Vide Menand. siue Euripidis similes versus apud Stobæ. Serm. LXXII.

e In animo.

Cui

a γνώμη ἀπατηλική.

a Cui peccare licet, peccat minus: ipsa potestas
Semina nequitiæ languidiora facit.
Desine (crede mihi) vitia irritare vetando:
Obsequio vinces aptius ipse tuo.
Vidi ego nuper equum contra sua frena tenacem
Ore reluctanti fulminis ire modo.
Constitit: vt primùm concessas sensit habenas:
Frenaq; in * effusas laxa iacere * iubas. * effusa iuba
Nitimur in vetitum semper: cupimusq; negata:
Sic interdictis imminet ager aquis.
Centum fronte oculos, centum ceruice gerebat
Argus: & hos vnus sæpe fefellit amor.
In thalamo Danaë saxo ferroq; b perenni
Quæ fuerat virgo * credita, mater erat. b Firmo. Horat. Exegi monumentum ære perennius. * tradita.
Penelope mansit, quanuis custode careret,
Inter tam multos intemerata procos.
c Quicquid seruatur, cupimus magis: ipsaq; furem
*Cura vocat: pauci, quod sinit alter, amant. c Menand. τότ' ἄρσεν αἰεὶ τῇ κεκρυμμένῃ λίχνον.
Nec facie placet * ipsa sua, sed amore mariti: * Præda facit perperam.
Nescio quid, quod te cæperit, esse putant.
Nō proba* sic, quā vir seruat, sed adultera, cara est: * illa lib. duo.
Ipse timor precium corpore maius habet. * sit libr. duo.
*Indignere licet, * iuuat inconcessa voluptas: * Indulgere
Sola placet, timeo, dicere si qua potest. * placet
*Non tamen ingenuam d ius est seruare puellam: * Nec lib. duo.
Hic metus externæ corpora gentis agat. d Iura permittunt.
Scilicet vt posit custos ego dicere feci,
In laudem serui casta sit illa tui.
Rusticus est nimium, quem lædit adultera coniux:

Et notos mores non satis vrbs habet.
In qua Martigenæ non sunt sine crimine nati,
Romulus Iliades, Iliadesq́, Remus.
Quid tibi formosa, si non nisi casta placebat?
Non possunt vllis ista [a] coire modis.
Si sapis, indulge dominæ: vultusq́ severos
Exue: nec rigidi iura tuere viri.
Et cole, quos dederit: multos dabit vxor amicos.
Gratia sic minimo magna labore venit.
Sic poteris iuuenum conuiuia semper inire:
Et, quæ non tuleris, multa videre domi.

[a] Coniungi. Ita alib. Lis est cũ forma magna pudicitiæ.

ELEGIA V.

Ad amnem, dum iter faceret ad amicam.

AMnis arundinibus limosas obsite ripas,
Ad dominam propero: sistite parumper aquas.
Nec tibi sunt pontes, nec quæ sine remigis ictu
Concaua traiecto cymba rudente vehat.
Paruus eras: (memini) nec te transire refugi:
Summaq́ vix talos contigit vnda meos.
*Nunc ruus * apposito nimbus de monte solutus:*
Et turpi crassas gurgite voluis aquas.
Quid properasse iuuat? quid pauca dedisse quieti
Tempora? quid nocti conseruisse diem?
Si tamen hic standum est? si nõ datur artibus vllis,
Vlterior nostro ripa premenda pede?
Nunc ego, quas habuit pennas [b] Danaëius heros,

* oppositio minus scite. Appos. iuxta posito, vicino.

[b] Perseus Danaës & Iouis F.

Tem-

Terribili denſum cum tulit angue caput:
Nunc opto currum, [a] *de quo Cerealia primum*
Semina venerunt in rude miſſa ſolum.
Prodigioſa loquor veterum mendacia vatum:
**Non tulit hæc vnquam, nec feret vlla dies.*
Tu potius ripis effuſe capacibus amnis,
(Sic æternus eas) labere ſine tuo.
[b] *Non eris inuidiæ torrens (mihi crede) ferendæ:*
Si dicar per te forte retentus amans.
Flumina deberent iuuenes in amore iuuare:
Flumina ſenſerunt ipſa quid eſſet amor.
Inachus in media Bithynide pallidus iſſe*
Dicitur, & gelidis incaluiſſe vadis.
Nondum Troia fuit luſtris obſeſſa duobus,
Cum rapuit vultus Xanthe Neæra tuos.*
Quid? non Alpheon diuerſis currere terris
Virginis Arcadiæ certus adegit amor?
Te quoq; promiſſam Xantho Penee Neæram*
**Phittiadum terris occuluiſſe ferunt.*
Quid referam Aſopon? quem cepit Martia Thebe,
[c] *Natarum Thebe quinq; futura parens.*
Cornua ſi tua ſunt vbi nunc Acheloë requiram:*
Herculis irata fracta querêre manu.
Nec tanti Calydon, nec tota Aetolia tanti:
Vna tamen tanti Deianira fuit:
Ille fluens diues ſeptena per oſtia Nilus,
Qui patriam tantæ non bene celat aquæ,*

* ſint rectius.

* tam ben. libr. tres probè. Nili enim fontes ignoti, teſte Herodot. Euterp.

a Triptolemi currum innuit. Ita alib. Nunc ego Triptol. vellem cõſcendere curr.

* Nec lib. duo.

b Oratio ἐλλιπὴς: ſcilicet par aut idoneus, vel ſatis.

* Melia. quod nymphæ nomẽ eſt, ex qua Neptunus Amycum ſuſcepit Bebryciæ regem, teſte Callimacho. Vide Parth. epiſt. 6. Meminit eiuſd. Apollon. lib. 2.

* Parrhaſ. Naia. Creuſa enim quæ Peneo nupta eſt, quum iam Xantho fuiſſet deſponſa, binominis fuit, Naia dicta & Creuſa, id quod Pind. comment. annotauit.

* Creuſam libr. tres.

* Phthijadum libr. duo: melius. à Phthia Theſſaliæ ciuitate.

c Filiarũ, quas recenſ. cõmentat. Pindari oda 6. Olymp.

Fertur in * Euadne collectam Asopide flammam
Vincere gurgitibus non potuisse suis.
Siccus vt amplecti [a] Salmonida posset Enipeu,
Cedere iussit aquam : iussa recessit aqua.
[b] Nec te prætereo, qui per caua saxa volutus
Tyburis Argæi * spumifer artua rigas.
Ilia cui placuit, quanuis erat horrida vultu,
Vngue notata comas, vngue notata genas.
Illa gemens patruiq; nefas, delictaq; Martis,
Errabat nudo per loca sola pede.
Hanc amnis rapidis animosus vidit ab vndis:
Raucaq; de medijs sustulit ora vadis.
Atq; ita, Quid nostras, inquit, teris anxia ripas?
Ilia ab Idæo Laomedonte genus?
Quò cultus abiere tui? quid sola vagaris?
Vitta nec euinctas impedit alba comas?
Quid fles? & *teneros lacrymis corrumpis ocellos?
Pectoraq; insana * plangis * aperta manu?
Ille habet & silices, & durum in pectore ferrum,
Qui tenero lacrymas lætus in ore videt.
Ilia pone metus: tibi regia nostra patebit:
Teq; colent amnes: Ilia pone metus.
Tu centũ, aut plures inter dominabere nymphas:
Nam centũ, aut plures flumina nostra tenent.
*Nec me sperne (precor) tantũ Romana propago:
Munera promissis vberiora feres.
Dixerat. illa oculos in humum deiecta modestos
Spargebat tepido flebilis imbre sinus.
Ter molita fugam: ter ad altas restitit vndas:

Curre-

* Euanne libr. duo: vtrunq; rectè. Euanne siue Euadne Martis fuit F. ex Thebe vxore Asopi.

[a] Tyro Salmonei F.

[b] ἀπὸ τροφῆς ad Anienem fluu.

* pomifer non inscitè. Horat. Et præceps Anio, & Tiburni lucus, & vda Mobilibus pomaria riuis. Propert. lib 4. Ramosis Anio qua pomifer incubat aruis.

* madidos lib. duo.

* tundis libr. duo.

* acerba

* Ne me libr. duo.

Currendi vires eripiente metu.
*Sæua tamen scindens inimico pollice crinem
Edidit indignos ore tremente sonos.
O vtinam mea tecta forent, patrioq3 sepulcro
Condita, dum poterant virginis ossa tegi.
Cur modò Vestalis tedas inuitor ad vllas
Turpis, & Iliacis insitianda focis?
Quid moror? en digitis designor adultera vulgi:
Desit famosus, qui notet ora, pudor.
Hactenus: & vestem *timidis prætendit ocellis:
Atq3 ita se in rapidas perdita misit aquas.
Supposuisse manus ad pectora [a] lubricus amnis
Dicitur: & socij iura dedisse tori.
Te quoq3 credibile est aliquâ caluisse puella:
Sed nemora & syluæ crimina vestra tegunt.
Dum loquor, increuit *latis *spatiosius vndis,
Nec capit admissas alueus altus aquas.
Quid mecum furiose tibi? Quid mutua differs
Gaudia? quid cœptum rustice rumpis iter?
Quid, si legitimum [b] flueres, si nobile flumen?
Si tibi per terras maxima fama foret?
Nomen habes nullum *nuibus collecte caducis:
Nec tibi sunt fontes: nec tibi certa domus.
Fontis habes instar pluuiasq3, niuesq3 solutas:
Quas tibi diuitias pigra ministrat hyems.
Aut lutulentus agis brumali tempore cursus:
Aut premis arentem pulucrulentus humum.
Quis te vnquam potuit sitiens haurire viator?
Quus *dixit grata voce, perennis eas?

*Sera lib. duo: sed rectius est Sæua.

*tumidis, h.e. turgidis nimio fletu. Catull. Flendo turgiduli rubent ocelli.

a Anio vel Tiberis fluu. Ilia enim ad ripam Anienis sepulta, cum cinis eius exundante alueo flum. in Tibrim delatus esset, nupsisse ei dicta est.

*vastis

*spatiosus in vnd. minus bene.

b Flumen idem fluit & manet: fluuius temporibus siccatur.

*riuis

*grata dixit

Damnosus pecori curris : damnosior agris :
Forsitan hæc alios, me mea damna mouent.
* væ. al. nunc. *Huic ego,*næ demens, narrabam fluminis amores :*
Iactasse indigno nomina tanta pudet.
* quem libr. duo. *Nescio* quid spectas, Acheloon et Inachon annes,*
Et potui nomen Nile referre tuum.
a Turbide. *At tibi pro meritis opto a non candide torrens*
Sint rapidi soles, siccaq; semper hyems.

ELEGIA VI.

Quod ab amica receptus, cum ea coire non potuit, conqueritur.

* At. vet. lectio : quod aliqui rectius putant : vt sit εἰρωνεία. *AVt non formosa est,*aut nō bene culta puella*
* Sic **Aut, puto, non votis sæpe petita meis.*
b Ipse piger. Hypall. *Hanc tamen in nullos tenui malè languidus ignes*
**Sed iacui b pigro crimen onusq; toro.*
Nec potui cupiens, pariter cupiente puella,
Inguinis effeti parte iuuante frui.
Illa quidem nostro subiecit eburnea collo
Brachia, Sithonia candidiora niue.
* cupida lingua libr. duo. probè. *Osculaq; inseruit* cupidè luctantia* linguis :*
Lasciuum femori supposuitq; femur.
c Blanditijs vsitata. *Et mihi blanditias dixit, Dominumq; vocauit :*
Et quæ præterea c publica verba iuuant.
* signum libr. duo : rectè. vt indicetur statua. De signo & statua vide Ald. Manut. quæsit. per epist. *Tacta tamen gelida veluti mea membra cicuta*
Segnia propositum destituêre meum.
Truncus iners iacui, species, & inutile lignum :*
Nec satis exactum est, corpus, an vmbra foret.

Qui

Quæ mihi ventura est, siquidē est ventura senectus?
Cùm desit [a] numeris ipsa iuuenta suis?
Ah pudet annorum, quod me iuuenemq́, virumq́,
Nec iuuenem, nec me sensit amica virum.
Sic flammas aditura pias æterna sacerdos
Surgit, & à caro fratre [b] verenda soror.
At nuper bis flaua Chie, ter candida Pitho,
Ter Libas [c] officio continuata meo est.
Exigere à nobis angusta nocte Corinnam,
Et memini numeros sustinuisse nouem.
Num mea Thessalico languent deuota veneno
Corpora? num misero carmē & herba nocent?
**Sagáue punicea defixit nomina cera?*
Et medium tenues in iecur vrget acus?
*[d] Carmine læsa Ceres *sterilē vanescit in * herbam:*
Deficiunt læsi carmine fontis aquæ.
Ilicibus glandes, cantataq́, vitibus vua
Decidit: & nullo poma mouente fluunt.
**Quid vetat & neruos magicas torpere per artes?*
Forsitan impatiens sit latus inde meum.
Huc pudor accessit facti: pudor ipse nocebat.
Ille fuit vitij causa secunda mei:
At qualem vidi, qualem tetigiq́, puellam:
Sic etiam [e] tunica tangitur illa sua.
Illius attactu Pylius iuuenescere posset:
Tithonusq́, annis fortior esse suis.
*Hæc mihi contigerat: sed *non vir contigit illi:*
Quas nunc concipiam per noua vota preces?
Credo etiam magnos, quo sum tam turpiter vsus,

[a] Officijs, muneribus.
[b] Non temeranda.
[c] Imitat. Propert. — sæpe est experta puella Officium tota nocte valere meum.
*Sagaq́; Phœnicea lib. duo.
[d] Carminum & incantationum vis.
* steriles herbas
* Quis
[e] Interula, tunica intima. ἐχεστάρχω χιτωνίῳ. Ita supr. Diripui tunicam.
* vir non libr. duo.

Muneris oblati pœnituisse deos.
Optabam certè recipi: sum nempe receptus:
Oscula ferre, tuli: proximus esse, fui.
Quid mihi fortunæ tantum? quid regna sine vsu?
Quid mihi possedi diues auarus opes.
Sic aret mediis [a] *taciti vulgator in vndis:*
Pomaq́, quæ nullo tempore tangat, habet.
A tenera [b] *quisquam sic surgit manè puella,*
Protinus vt sanctos posſit adire Deos.
Sed [*] *non blanda, puto, non optima perdidit in me*
Oscula: non omni sollicitauit ope.
Illa graues potuit quercus, adamantaq́, durum,
Surdaq́, blanditijs saxa mouere suis.
Digna mouere fuit certe * *diuosq́, virosq́:*
Sed neq́ tunc vixi: nec vir, vt antè, fui.
Quid iuuat ad surdas si cantet [c] *Phemius aures?*
Quid miserum [*] *Thamyram picta tabella iuuat?*
At quæ non tacita formaui gaudia mente?
Quos ego non finxi dispositiq́, modos?
Nostra tamen iacuêre, velut præmortua, membra
Turpiter, hesterna languidiora rosa.
Quæ nunc ecce vigent intempestiua, valentq́:
Nunc opus exposcunt, militiamq́ suam.
Quin istic pudibunda iace pars peßima nostri:
Sic sim pollicitis captus vt ante tuis.
Tu Dominum fallis: per te deprensus inermis
[d] *Tristia cum magno damna pudore tuli.*
Hanc etiam non est mea dedignata puella
Molliter admota sollicitare manu.

[a] Tantalus proditor.

[b] Quispiam fine aliquis.

[*] puto non blanda est: Naug. Sed puto non blanda, non opt. rectè. Et est ἐφυτείας Demosthenis quoq; vsurpata. ἀλλ' οἶμαι πεῖσαι ὑτοί μου.

* viuosq́; Fruter.

[c] Hom. ἀοιδοῦ.

* Thamyrin. Iliad. β. αὐτὰρ ἐμοὶ Θάμυριν τὸν Θρήϊκα πᾶσιν ἀοιδῆς.

[d] Hesiod. libr. 1. πρός τ' ἀλλοτρίων ἄλγια πάσχει.

Sed

*Sed postquam nullas * consurgere posse per artes,*
Immemoremq; sui procubuisse videt:
Quid me ludis, ait? quis te malè sane iubebat
Inuitum nostro ponere membra toro?
*Aut te traiectis Aeæa venefica * ranis*
Deuouet, aut alio lassus amore venis.
Nec mora: dissiluit tunica velata recincta,
Et decuit nudos proripuisse pedes.
Néue suæ possent intactam scire ministræ,
Dedecus hoc [a] sumta dissimulauit aqua.

* assurgere libr. duo, melius.

* Ianis. al. ranis, vt de rubetis intelligatur: sed & ranarum vsus est in magicis sacris, vt ex Theocr. pharmac. liquet.

[a] Exonerando vesicam: aquā enim veteres honestè vrinā appellabant: & aquam sumere, ire ad secessum exonerandæ vesicæ causa. Scal.

ELEGIA VII.

Quòd ab amica non recipiatur, dolet.

EN quisquam ingenuas etiamnum suscipit artes?
Aut tenerum dotes carmen habere putat?
Ingenium quondam fuerat pretiosius auro:
At nunc barbaria est grandis, habere nihil.
Cùm pulcrè nostri dominæ placuêre libelli:
Quò licuit libris, non licet ire mihi.
Cùm bene laudauit, laudato ianua clausa est:
Turpiter huc illuc ingeniosus eo.
Ecce recens dives parto per vulnera censu
Præfertur nobis [b] sanguine factus eques.
Hunc potes amplecti formosis stulta lacertis?
Huius in amplexu stulta iacere potes?
Si nescis, caput hoc galeam portare solebat:
Ense latus cinctum, quod tibi seruit, erat.

[b] Precio sanguinis, sanguinis impendio.

Læua manus, cui nũc ſerum malè conuenit [a] aurũ,
Scuta tulit: dextram tange, cruenta fuit.
Quæ periit aliquis, potes hanc contingere dextrã?
Heus vbi mollitus pectoris illa tui eſt?
Cerne cicatrices veteris veſtigia pugnæ:
Quæſitum eſt illi corpore, quicquid habet.
Forſitan & quoties hominem iugulauerit, *ipſe
Indicet: hoc faſſas tangis auara manus?
Ille ego Muſarum purus, Phœbiq; ſacerdos
Ad rigidas canto carmen inane fores.
Diſcite, qui ſapitis, non hæc, quæ ſcimus inertes:
Sed trepidas acies, & fera bella ſequi.
Proq; bono verſu [b] primum deducite pilum:
Hoc tibi, ſi velles, poſſet Homere dari.
Iuppiter admonitus * nil eſſe potentius auro,
Corrupta [c] precium virginis ipſe fuit.
Dum merces aberat: durus pater, ipſa ſeuera,
Aerati poſtes, ferrea turris erat.
Sed poſtquam ſapiens in munera venit adulter:
Præbuit ipſa ſinus: & dare iuſſa, [d] dedit.
At cùm regna ſenex cœli Saturnus haberet,
Omne lucrum tenebris alta premebat humus.
Aeraq;, & argentum, cumq; auro pondera ferri
Manibus [e] admorat: nullaq; maſſa fuit.
At meliora dabat, curuo ſine vomere fruges,
Pomaq;, & in quercu mella reperta caua.
Nec valido quiſquam terram ſcindebat aratro:
[f] Signabat nullo limite foſſor humum.
* Non freta dimiſſi verrebant eruta remi:

Vltima

[a] Annulus aureus, quem geſtabant equites.
* ille
[b] Centurionatum, ſiue ordinem quem centurio Primipilus ducebat. Cæſar lib. 6. Bell. Gall. Sextius primũ pilũ apud Cæſarem duxerat.
* nihil
[c] Verſus quippe in aurum. Horat. Cõner. ſo in precium deo. Oda 16. lib. 3.
[d] Sui copiam fecit, quod Latini dare dicunt, Græci παρέχειν. Idẽ alib. Quę dant, quæq; negant.
[e] Admouerat. 1. Metamor. Quasq; recondiderat, Stygijsq; admouerat vmbris.
[f] Idem. 1. Metam. Cautus hum. longo ſignauit limite foſſor.
* Nec freta demiſſo verreb. er, remo libr. duo. probè.

Vltima mortali tum via littus erat.
Contra te solers hominum natura fuisti,
Et nimium [a] damnis ingeniosa tuis.
Quid tibi turritis incingere mœnibus vrbes?
*Quid tibi discordes addere in arma * manus?*
Quid tibi cum pelago? terra contenta fuisses.
Cur non & cœlum tertia regna petis?
Quà licet, affectas cœlum [b] quoq; templa Quirinus,
Liber, & Alcides, & modò Cæsar habent.
Eruimus terra solidum pro frugibus aurum:
Possidet inuentas sanguine miles opes.
Curia pauperibus clausa est: dat census honores:
Inde grauis iudex, inde seuerus eques.
Omnia possideant: illis campusq; forumq;
*Seruiat: hi pacem * sæuaq; bella gerant:*
*Tantum ne nostros auidi * lucrentur amores:*
** Et satis est, * aliquam pauperis esse finant.*
*At nunc exæquet tetricas licet * illa Sabinas:*
Imperat vt capta, qui dare multa potest.
Me prohibet custos: in me timet illa maritum:
Si dederim, tota cedat vterq; domo.
O si neglecti quisquam Deus vltor amantis,
Tam malè quæsitas [c] puluere mutet opes.

[a] In tua damna.

* viros libr. duo.

[b] Sicut terram & pelagus.

* crudaq; libr. duo. non inscitè.

* licentur, h. e. precium offerant pro puella mea in auctione.

* Queis

* aliquid

* ipsa

[c] Ad nihilum redigat. Tibull. at Deus illa In cinerem & liquidas munera vertat aquas.

ELEGIA VIII.

Tibulli mortem deflet.

MEmnona si mater, mater plorauit Achillem,
Et tangunt magnas tristia fata deas:

Flebilis

Flebilis indignos Elegeia solue capillos:
Ah nimis ex vero nunc tibi nomen * erit!
Ille tui vates operis, tua fama, Tibullus
Ardet in extructo corpus inane rogo.
Ecce puer Veneris fert euersamq; pharetram,
Et fractos arcus, & sine luce facem.
Aspice, demisso vt eat miserabilis alis:
Pectoraq; infesta [a] tundat aperta manu.
Excipiunt lacrymas sparsi per colla capilli:
Oraq; singultu concutiente sonant.
Fratris in Aeneæ sic illum funere dicunt
Egressum * castris pulcer Iule tuis.
Nec minus est confusa Venus moriente Tibullo:
Quàm * iuueni rupit cum ferus inguen aper.
[b] At sacri vates, & diuûm cura vocamur:
Sunt etiam, qui nos numen habere putent.
Scilicet omne sacrum mors importuna profanat:
Omnibus [c] obscuras injcit illa manus.
Quid pater Ismario, quid mater profuit Orpheo?
Carmine quid victas obstupuisse feras?
Et Linon in syluis idem pater * abditus altis
Dicitur * inuicta * concinuisse lyra.
* Aspice Mæoniden, à quo, ceu fonte perenni,
[d] Vatum Pierijs ora rigantur aquis.
Hunc quoq; summa dies nigro submersit Auerno:
Effugiunt auidos carmina sola rogos.
Durat opus vatum, [e] Troiani fama laboris,
[f] Tardaq; nocturno tela retexta dolo.
Sis Nemesis longum, sic Delia nomen * habebit,

Altera

* ineſt.

a Plangat, percutiat.

* tectis
* iuuenis. Innuitur autem Adonis.

b αὐθυποφορικῶς. Poëtæ vates sunt προφῆται & ὑποφῆται.

c Atras.
* edidit minus bene.
* inuita libr. duo bene.
* conticuisse malè.
* Adjce
d Manil. lib. 2. cuiusq; ex ore profuso Omnis posteritas latices in carmina duxit.

e Notatio Iliados.
f Odysseam innuit.
* habebunt libr. duo.

Altera [a] cura recens, altera primus amor.
Quid [*] nos sacra iuuãt? quid nũc Aegyptia prosunt
Sistra? quid in vacuo secubuisse toro?
Cùm rapiant mala fata bonos: (ignoscite fasso)
Sollicitor nullos esse putare Deos.
Viue pius, moriere [*] tamen: cole sacra, colentem
Mors [*] tamen à templis in [*] caua busta trahet.
Carminibus confide bonis: iacet ecce Tibullus:
Vix manet è toto parua quod vrna capit.
[b] Téne sacer vates flammæ rapuêre rogales?
Pectoribus pasci nec timuêre tuis?
Aurea sanctorum potuissent templa deorum
Vrere, quæ tantum sustinuêre nefas.
Auertit vultus [c] Erycis quæ posßidet arces:
Sunt quoq; qui lacrymas continuisse negant.
Sed tamen hoc melius, quàm si [d] Phæacia tellus
Ignotum vili [e] supposuisset humo.
Hîc certè manibus [*] fugientis pressit ocellos
Mater, & in cineres vltima dona [*] tulit.
Hîc soror in partem misera cum matre doloris
Venit inornatas [*] dilaniata comas.
Cumq; tuis sua iunxerunt Nemesisq;, priorq;
Oscula: nec solos destituêre rogos.
Dela discedens, Felicius, inquit, amata
Sum tibi: vixisti, dum tuus ignis eram.
Cui Nemesis, Quid, ait, tibi sunt mea dãna dolori?
Me tenuit moriens deficiente manu.
Si tamen è nobis aliquid, [f] nisi nomen, & vmbra
Restat: in Elysia valle Tibullus erit.

[a] Amor noua.
[*] nunc
[*] pius melius.
[*] grauis
[*] sua
[b] Ἐπιφώνημα ad Tibull. cum indignatione.
[c] Venus Erycina.
[d] Vbi in aduersam valetudinem inciderat: de quo vide lib. 1. eleg. 3. Tibull.
[e] Sepeliuisset. Periphr.
[*] morientis
[*] dedit
[*] dilacerata libr. duo. vtrunque rectè habens comas dilaniatas. Græca constructione.
[f] Præter nomen.

Obuius

Obuius huic venies hedera iuuenilia cinctus
Tempora cum Caluo docte Catulle tuo.

Tu quoq;, [a] *si falsum est temerati crimen amici,*
Sanguinis atq; [b] *animæ prodige Galle tuæ.*
His comes vmbra tua est: si qua est modò corporis (vmbra:
Auxisti numeros culte Tibulle pios.
Ossa quieta, precor, tuta * *requiescite in vrna:*
Et sit [c] *humus cineri non onerosa tuo.*

[a] Si falsa est suspicio coniurationis in Augustum Cæs.

[b] Horat. animæque magnæ Prodigum Paullum.

* requiescere

[c] Eurip. Alcest. κοῦφα σοι χθὼν ἐπάνω πέσοις. Summa votorum apud manes, vt quieti essent, & ne qs se solicitaret.

ELEGIA IX.

Ad Cererem, conquerens quod eius sacris cum amica concumbere non permittatur.

ANnua venerunt Cerealis tempora sacri:
Secubat in vacuo sola puella toro.
Flaua Ceres tenues spicis redimita capillos,
Cur inhibes sacris commoda nostra tuis?
Te Dea munificam gentes vbicunq; loquuntur:
Nec minus humanis inuidet vlla bonis.
Antè nec hirsuti torrebant farra coloni:
Nec notum terris area nomen erat.
Sed glandem quercus, [c] *oracula prima, ferebant:*
Hæc cibus, & teneri cespitis herba torus.
Prima Ceres docuit [d] *turgescere semen in agris:*
Falce coloratas subsecutq; comas.
Prima iugis tauros supponere colla coëgit:
Et veterem curuo dente reuellit humum.
Hanc quisquã lacrymis latari credat amantum?

[c] Propter querecus Dodonæi nemoris fatidicas. Virgil. 2. Georg. Atque habitæ quondam Graijs oracula querc⁹. [d] σφριγῶν, ὀργῶν. Victor. lib. 18. cap. 22. Var. lect.

Et

Et bene [a] tormentis fecubituq; coli ?
*Nec tamen est, quanuis agros amet illa feraces,
Rustica: nec * vacuum pectus amoris habet.
Cretes erunt testes, [b] nec fingunt omnia Cretes:
[c] Cretes nutrito terra superba Ioue.
Illic, sideream mundi qui temperat arcem,
Exiguus tenero lac bibit ore puer.
Magna fides testi: [d] testis laudatur alumno:
Fassuram Cererem crimina nota puto.
Viderat Iasium Cretæa diua sub Ida
Figentem certa terga ferina manu.
Vidit: &, vt teneræ flammam rapuêre medullæ,
Hinc pudor, ex * illa parte trahebat amor.
Victus amore pudor: fulcos arere videres,
Et sata cum minima parte redire sui.
Cùm bene tactati pulsarunt arua ligones:
Ruperat & duram vomer aduncus humum:
Seminaq; in latos ierant æqualiter agros:
[e] Irrita decepti vota colentis erant.
Diua potens frugum sylua errabat in altis.
Deciderant longæ spicea serta comæ.
Sola fuit Crete fecundo fertilis anno:
Omnia, quâ tulerat se Dea, messis erant.
Ipse locus nemorum canebat frugibus Idæ:
Et ferus in sylua farra metebat aper.
Optauit Minos similes sibi legifer annos:
Optauit Cereris longus vt esset amor.
*Quid tibi secubitus tristes, Dea sæua, fuissent,
Hos cogor sacris nunc ego ferre tuis.

a ἐν δεὶ δυσὶν: cruciatibus secubitus.
* Hæc perp.
* viduum libr. duo.
b Epimen. κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται.
c Synecdochicè pro Creta. Callim. etiam vitam in Creta consumasse Iouem scripsit, imbique sepulcrum eius extare. Vide Polit. Miscell. 35.
d Cretæ testimonium probatur Ioue alumno.
* alia
e Contrà Virg. Illa seges demum votis respondet auari Agricolæ. Horat. Spem mentita seges.
* Qui lib. tres. & rectè.

Cur

Cur ego sum tristis, cùm sit tibi nata reperta?
*Regnaq́ * quàm Iuno sorte minora regat?*
Festa dies Veneremq́ vocat, cantumq́, merumq́:
Hæc decet ad dominos munera ferre Deos.

* quæ

ELEGIA X.

Ad amicam, à cuius amore discedere non potest.

Multa diuq́ tuli: vitijs patientia victa est:
Cede fatigato pectore turpis amor.
Scilicet asserui iam me: fugiq́ catenas:
Et quæ non puduit ferre, tulisse pudet.
Vicimus: & domitum pedibus calcamus amorem:
Venerunt capiti cornua sera meo.
Perfer, & obdura: dolor hic tibi proderit olim:
Sæpe tulit lassis succus amarus opem.
Ergo ego sustinui foribus tam sæpe repulsus
Ingenuum dura ponere corpus humo!
Ergo ego nescio cui, quem tu complexa tenebas,
Excubui clausam seruus vt ante domum!
Vidi ego, cum foribus lassus prodiret amator,
Inualidum referens emeritumq́ latus.
Hoc tamen est leuius, quàm quòd sum visus ab illo:
Eueniat nostris hostibus ille pudor.
*Quando ego non fixus lateri * patientis adhæsi?*
Ipse tuus custos, ipse vir, ipse comes?
Scilicet & populo per me comitata placebas:
Causa fuit multis noster amoris amor.

* patienter

a Serò tandem cœpi indignari, meque contra opponere. Ita alib. tunc pauper cornua sumit. Micyll.

Turpia

Turpia quid referam vana mendacia linguæ?
Et [a] periuratos in mea damna Deos?
Quid iuuenum tacitos inter conuiuia nutus?
Verbaq; compositis dissimulata notis?
Dicta erat ægra mihi: præceps, amensq; cucurri:
Veni: [*] & riuali non erat ægra meo.
His, & quæ taceo, [b] duraui sæpe ferendis:
Quære alium pro me, qui velit ista pati.
Iam mea votiua puppis redimita corona
Læta tumescentes æquoris audit aquas.
Desine blanditias, & verba potentia quondam
Perdere: non ego sum stultus, vt ante fui.
Luctantur: pectusq; leue in contraria ducunt
Hâc amor, hâc odium: sed puto vincet amor.
Odero, si potero: si non, inuitus amabo:
Nec iuga taurus amat: quæ tamen odit, habet.
Nequitiam fugio: fugientem forma reducit:
Auersor morum crimina: [c] corpus amo.
Sic ego nec sine te, nec tecum viuere possum:
Et videor voti nescius esse mei.
Aut formosa fores minus, aut minus improba velle:
Non facit ad mores tam bona forma malos.
Facta merent odium: facies exorat amorem:
Me miserum, vitijs plus valet illa suis!
Parce per, ô, lecti socialia iura, per omnes
Qui dant fallendos se tibi sæpe Deos.
Perq; tuam faciem magni mihi numinis instar:
Perq; tuos oculos, qui rapuêre meos.
Quicquid eris, mea semper eris. tu selige tantum:

[a] Peieratos, falsò iuratos: vel adiuratos.

[*] τὸ & libr. duo non habent.

[b] Obdurui: callum obduxi.

[c] Pulcritudinẽ & venustatem corporis.

Me quoq; velle, velis, ánne coactus amem?
Lintea dem potius: ventusq; ferentibus vtar:
Vt quamuis nolim, cogar amare tamen.

ELEGIA XI.

Dolet amicã suam ita suis carminibus innotuisse, vt riuales multos sibi pararit.

QVis fuit ille dies, quo tristia semper amanti
Omnia [a] non albæ concinuistis aues?
Quódue putem sidus nostris occurrere votis?
Quósue deos in me bella mouere querar?
Quæ modò dicta mea est: quam cœpi solus amare
[b] Cum multis vereor ne sit habenda mihi.
Fallimur? an nostris innotuit illa libellis?
Sic est: ingenio prostitit illa meo.
Et meritò: quid enim formæ præconia feci?
Vendibilis culpa facta puella mea est.
*Me lenone placet: duce me * perductus amator:*
Ianua per nostras est adaperta manus.
An prosint dubium est: nocuerunt carmina certè,
[c] Inuidiæ nostris illa fuêre bonis.
Dum Thebæ, cum Troia foret, cum Cæsaris acta
Ingenium mouit sola Corinna meum.
**O vtinam aduersis tetigissem carmina Musis:*
Phœbus & inceptum destituisset opus.
Nec tamen [d] vt testes mos est audire Poëtas,
Malueram verbis pondus abesse meis.
Per nos Scylla patri canos furata capillos,

Pube

[a] Infelices, inauspicatæ: intelligit autem aues oscines.

[b] Græci dicunt ἐχθρὸν κοινὸν.

* producti libr. duo: sed illud melius.

[c] In causa fuerunt vt bonis meis inuideretur.

* Aduersis vtinam libr. duo.

[d] Tanquam testes, quos mentiri non decet.

Pube premit rabidos inguinibusq́ canes.
Nos pedibus pennas dedimus: nos crinibus angues:
Victor [a] Abantiades alite fertur equo.
Iidem per ſpatium Tityon porreximus ingens:
Et tria vipereo fecimus ora cani.
Fecimus Enceladum iaculantem mille lacertis:
Ambiguæ captos [b] virginis ore viros.
Æolios Ithacus incluſimus vtribus Euros:
Proditor in medio Tantalus amne ſitit.
De Niobe ſilicem: de virgine fecimus vrſam:
Concinit Odryſium [c] Cecropis ales Itym.
Iuppiter aut in aues, aut ſe transformat in aurum:
Aut ſecat impoſita [d] virgine taurus aquas.
Protea quid referam? [e] Thebanaq́ ſemina dentes?
Qui vomerent flammas ore, fuiſſe boues?
*Flere genis * auriga ſuis electra ſorores?*
[f] Quæq́ rates fuerant, nunc maris eſſe deas?
Auerſumq́ diem menſis furialibus Atrei?
Duraq́ [g] percuſſam ſaxa ſecuta lyram?
Exit in immenſum fecunda licentia vatum:
Obligat hiſtorica nec ſua verba fide.
Et mea debuerat falsò laudata videri
*Femina: credulitas nunc mihi * veſtra nocet.*

a Perſeus memoratur propter Pegaſum equum alatũ, qui ex ſanguine capitis Meduſæ ab eo deſecti repente proſilijt. Mycyll. Vel potius fertur talaribus alatis ſicut Pegaſo Bellerophon. de quibus Heſiod. ἀμφὶ δὲ ποσσὶν ἔχε πλεκτὰς πτέρυγας.
b Sirenum cantu. Enallage numeri.
c Progne in hirund. mutata.
d Europa.
e Dentes ſerpentis quos Cadmus ſeuit Thebarum cõditor.
* electra, tuas auriga libr. duo. rectè. Eſt enim ἀποστροφὴ ad Phaëthontem.
f Naues Aeneæ in Nymphas marinas.
g Pulſatam plectro Amphionis.
* noſtra perp.

ELEGIA XII.

De Iunonis feſto.

CVm mihi pomiferis coniux foret orta Phaliſcis,
[h] Mœnia contigimus victa Camille tibi.

h Phalerios oppidum Phaliſcor.

Casta sacerdotes Iunoni festa parabant,
**Et celebres ludos, [a] indigenamq; bouem.*
Grande morae pretium ritus cognoscere: quamuis
Difficilis cluis huc via praebet iter.
Stat vetus, & densa praenubilus arbore lucus:
Aspice: concedes numinis esse locum.
Accipit ara preces, votiuaq; thura pierum:
Ara per antiquas facta sine arte manus.
Hîc vbi personuit solenni tibia cantu:
It per velatas annua pompa vias.
Ducuntur niueae populo plaudente iuuencae:
Quas aluit campis herba Phalisca suis.
Et vituli nondum metuenda fronte minaces:
Et minor ex humili victima porcus hara:
[b] Duxq; gregis cornu per tempora dura recuruos:
Inuisa est dominae sola [c] capella Deae.
Illius indicio syluis inuenta sub altis
*Dicitur inceptam * destituisse fugam.*
Nunc quoq; per pueros iaculis inceditur [d] index:
Et precium auctori vulnere ipsa datur.
Qua ventura Dea est, iuuenes, timidaeq; puellae,
Praebuerant latas veste iacente vias.
Virgineis crines auro gemmaq; premuntur:
Et tegit auratos palla superba pedes.
*More patrum * sancta velata vestibus albis*
Tradita suppositio vertice sacra ferunt.
Ore fauent populi tunc, cum venit aurea pompa:
Ipsa sacerdotes subsequiturq; suas.
Argiua est pompae facies. Agamemnone caeso,

* Per celebr. libr. duo. non malè.

a Vaccam istic natam. Vacca autem candida Iunoni litari moris fuisse indicat Virgil. 4. Aen.

b Aries.

c Iuno Aegophaga cognominata est, q; Hercules illi capram mactasset, quod & Lacedæmonij fecisse perhibentur.

* detinuisse

d Capella quæ Iunonem Ioui prodidit eam persequenti in forma cuculi.

* sanctè.

Et sce-

Et scelus, & patrias fugit Halesus opes.
Iamq; pererratis profugus terraq; mariq;
Mœnia felici condidit alta manu.
Ille suos docuit Iunonia sacra [a] Phalisços: [a] Hos in VI. Fast. Iunonicolas appellat.
Sint mihi, sint populo semper amica suo.

ELEGIA XIII.

Ad amicam, si peccatura est, vt occultè peccet.

Non ego ne pecces, cum sis formosa, recuso:
Sed ne sit misero scire necesse mihi.
Nec te nostra iubet fieri censura pudicam:
Sed tamen, vt tentes dissimulare, * rogat. * rogo.
Non peccat, quacunq; potest peccasse negare:
Solaq; * deformem culpa professa facit. * famosam lib. tres probè.
Quis furor est, quæ nocte latent, in luce fateri?
Et, quæ clàm facias, facta referre palam.
Ignoto meretrix corpus iunctura Quiriti,
Opposita populum submouet ante sera.
Tu tua prostitues famæ peccata sinistræ?
Commissi perages indicium q; tui?
Sit tibi mens melior, saltemq; imitare pudicas:
Teq; probam, quanuis non eris, esse putem.
Quæ facis, hæc facito: tantum feciſſe negato:
Nec pudeat coràm verba modesta loqui.
Est qui nequitiam locus exigat: omnibus illum
Delicijs imple: sit procul inde pudor.
Hinc simul exieris, lasciuia protinus omnis

Abſit: & in lecto crimina [a] *pone tuo.*
Illic nec tunicam tibi ſit poſuiſſe pudori:
Nec femori impoſitum ſuſtinuiſſe femur.
Illic purpureo condatur lingua labello:
Inq; modos Venerem mille figuret amor.
Illic nec voces, nec verba iuuantia ceſſent:
Spondaq; laſciua mobilitate tremat.
Indue cum tunicis metuentem crimina vultum:
Et pudor obſcœnum diſſiteatur opus.
Da populo, da verba mihi: ſine neſcius errem:
Et liceat [c] *ſtulta credulitate frui.*
Cur toties video mitti recipiq; tabellas?
Cur preſſus prior eſt interiorq; torus?
Cur plus quàm ſomno turbatos eſſe capillos?
Collaq; conſpicio dentis habere notam?
Tantum non oculos crimen deducis ad ipſos:
Si dubitas famæ parcere, parce mihi.
Mens abit, & morior, quoties peccaſſe fateris:
Perq; meos artus frigida gutta fluit.
Tunc amo: tunc odi ſruſtra, & amare neceſſe eſt:
Tunc ego, ſed tecum, mortuus eſſe velim.
Nil equidem inquiram: nec, quæ celare parabis,
Inſequar: & falſi criminis inſtar erit.
Si tamen in media deprenſa tenebere culpa,
Et fuerint oculis probra videnda meis:
Quæ bene viſa mihi fuerint, bene viſa negato:
Concedent verbis lumina noſtra tuis.
Prona tibi vinci cupientem vincere palma eſt:
Sit modò, Non feci, dicere lingua memor.

[a] Depone: συνκαγμένως.

[b] Alludit ad illud Herodoti Cleio. ἅμα δὲ κιθῶνι ἐνδυομένῃ σωτὴρ δύσεαι καὶ τῷ αὐτῷ γυνή.

[c] Quæ ſtultorum propria eſt.

[d] Facile eſt tibi vincere cupientem vinci.

Cum

Cùm * *bene contingat verbis superare duobus,*
Et, si non causa, iudice vince tuo.

* tibi lib. tres. rectè.
* Etsi lib. duo. probè.

ELEGIA XIIII.

Ad Venerem, quòd elegis finem imponat.

QVære nouum vatem tenerorum mater amorũ:
*Traditur hæc elegis vltima * meta meis.*
Quos ego composui Peligni ruris alumnus:
Nec me deliciæ dedecuêre meæ.
Si quid id est, vsq; à proauis vetus a ordinis hæres,
Non modò b militiæ turbine factus eques.
Mantua Vergilio gaudet, Verona Catullo:
Peligna dicar gloria gentis ego.
Quem sua libertas ad honesta coëgerat arma:
Cum timuit c socias anxia Roma manus.
Atq; aliquis spectans hospes Sulmonis d aquosi
*Mœnia, * qua campi iugera pauca tenent.*
Quæ tantum, dicet, potuistis ferre poëtam:
Quantulacunq; estis, vos ego magna voco.
Culte puer, puerisq; parens, mihi tempore longo,
Aurea de campo vellite signa meo.
Corniger increpuit thyrso grauiore Lyæus:
Pulsanda est magnis arena maior equis.
Imbelles elegi, genialis Musa, valete,
Post mea mansurum fata superstes opus.

* charta.

a Equestris sc.
b Militiæ tumultu, vel arte militari.
c Bellum Italicum siue Sociale.
d Irrigui aquis.
* quæ libr. tres.

FINIS.

P. OVIDII NASONIS SVLMONENSIS DE ARTE AMANDI,

Liber primus.

SI quis in hoc artem populo non nouit amandi,
Me legat, &, lecto carmine, doctus amet.
Arte citæ veloq3 rates, remoq3 reguntur:
*Arte * leues currus, arte regendus amor.*
Curribus Automedon lentiq3 erat aptus habenis:*
Tiphys in Aemonia puppe magister erat.
Me Venus artificem tenero præfecit amori:
Tiphys, & Automedon dicar amoris ego.
Ille quidem ferus est, & qui mihi sæpe repugnet:
Sed puer est, ætas mollis, & apta regi.
Phillyrides puerum citharæ præfecit Achillem,*
*Atq3 animos * molli contudit arte feros.*
Qui toties socios, toties × perterruit hostes,
Creditur annosum pertimuisse senem.
Quas Hector sensurus erat, poscente magistro
Verberibus iussas præbuit ille manus.
Aeacidæ Chiron, ego sum præceptor amoris:
Saeuus vterq3 puer: natus vterq3 Dea.
Sed tamen & tauri ceruix oneratur aratro:
Frænaq3 magnanimi dente teruntur equi.
Et mihi cedet amor: quamuis mea vulneret arma
Pectora: iactatas excutiatq3 faces.
Quò me fixit amor, quò me violentius vsit:

Hoc

a Titinn. Sapientia gubernator nauim torquet, non valentia, Iliad. ψ. μήτι δ' ἐῢτε κυβερνήτης ἐὺι οἴνοπι πόντῳ νῆα θοὴν ἐέλῳ ἐδύῃ.

* leuis

× lentis er.

* cithara perfecit libr. duo.

vt sit exactè erudiuit. Ita supr. Ponendis in mille modis perfecta capil. h. e. probè erudita atque instructa.

* placida libr. duo.

× exterruit

Hoc * melius facti vulneris vltor ero.
Non ego Phœbe datas à te mihi * mentiar artes:
Nec nos aeria voce monemur auis.
Non mihi sunt visæ Clio, Cluûsq́, sorores,
[a] Seruanti pecudes vallibus Ascra tuis.
[b] Vsus opus mouet hoc. Vati parete perito:
Vera canam: cœptis mater Amoris ades.
[c] Este procul vittæ tenues, insigne pudoris:
Quaq́, tegis medios instita longa pedes.
Nos Venerem tutam, concessaq́, furta canemus:
Inq́, meo nullum carmine crimen erit.
Principio, quod amare velis, reperire labora,
Qui noua nunc primùm miles in arma venis.
Proximus huic labor est, placidam exorare puellæ:
Tertius, vt longo tempore duret amor.
Hic modus: hæc nostro signabitur area curru:
Hæc erit admissa meta terenda rota.
Dum licet: & loris passim potes ire solutis:
Elige cui dicas, tu mihi sola places.
Hæc tibi non veniet tenues delapsa per auras:
Quærenda est oculis apta puella tuis.
Scit bene venator, cerui vbi retia tendat:
Scit bene, qua frendens valle moretur aper.
Aucupibus noti frutices: qui sustinet hamos,
Nouit quæ multo pisce natentur aquæ.
Tu quoq́, materiam longo qui quæris amori,
Ante, frequens quo sit, disce, puella, loco.
Non ego quærentem ventis dare vela iubebo:
Nec tibi, vt inuenias, longa terenda via est.

* melior libr. tres.
* mentior libr. duo: & rectè.

[a] Alludit ad Hesiodum.
[b] Columell. Vsus & experientia dominãtur in artibus. lib. 1. cap. 1.
[c] περιβλεπτήρια, qua virgines & matronas submouet ab artis huius lectione: quod se fecisse profitetur libr. 2. Trist.

Andromeden Perſeus nigris * portauit ab Indis,
Raptaq; * ſit Phrygio Graia puella viro.
Tot tibi nanq; dabit formoſas Roma puellas:
Hæc habet, vt dicas, quicquid in orbe fuit. (mos:
a Gargara quot ſegetes, q; habet Methymna race-
Aequore quot piſces, fronde teguntur aues:
Quot cælum ſtellas, tot habet tua Roma puellas:
Mater & Aeneæ conſtat in vrbe * ſua.
Seu caperis primis & adhuc creſcentibus annis:
Ante oculos venict vera puella tuos.
Siue * petis iuuenem: iuuenes tibi mille placebunt:
Cogeris voti neſcius eſſe tui.
Seu te forte iuuat ſera & ſapientior ætas:
Hoc quoq; (crede mihi) crebrius agmen erit.
Tu modò Pompeia lentus ſpaciare ſub b vmbra,
c Cum Sol Herculei terga Leonis adit.
Aut, d vbi muneribus nati ſua munera mater
Addidit, externo marmore diues opus.
Nec tibi vitetur, quæ priſcis ſparſa tabellis,
Porticus, auctoris e Liuia nomen habet.
* Quæq; parare necem miſeris patruelibus auſa
Belides, & ſtricto * barbarus enſe pater.
f Nec te prætereat Veneri ploratus Adonis:
g Cultaq; Iudæo ſeptima ſacra viro.

* portarit lib. duo. nec inſcitè.
* ſic libr. duo.
a Poetica infinitatis notatio. Vide Macrob. libr. 5. Saturn. ca. 20.
* ſui libr. duo.
* cupis
b Portieu vmbram faciente: Metonym. Propert. lib. 2. Scilicet vmbroſis ſordet Pompeia columnis. Porticus.
c Aeſtatis tempore: ſed & aliis anni temporibus in ea frequentes ambulabant oblectationis gratia. Catull. In Magni ſimul ambulatione.
d Marcelli theatrum & baſilica innuitur, cui fuit Octauiæ porticus contigua.
* extremo minus bene.
e Liuiæ vxoris Aug. porticus, artificum tabulis ornata, quã Strab. inter præclara Vrbis ornamenta recenſet.
* Quaq; rectè. Indicatur autem portic. Apollin. Palatini cuius & in 3. Triſt. meminit & lib. 2. Amor. elegia 2.
* Stat ferus libr. duo. probè.
f Adonidis ædes
g Iudæorum ſabbatum & cerimoniæ ad quas conſuebant puellæ Romanæ.

Neu fuge Niligenæ Memphitica * sacra iuuencæ :
Multas illa facit, quod fuit ipsa Iouí.
Et fora conueniunt (quis credere posset ?) amori :
Flammaq; in arguto sæpe reperta foro * est.
Subdita * quæ Veneris facto de marmore templo,
[a] Appias expressis ærea pulsat aquis.
Illo sæpe loco capitur consultus amore :
Quiq; alijs [b] cauit, non cauet * ille sibi.
Illo sæpe loco desunt sua verba diserto :
Resq; nouæ veniunt, causaq; agenda sua est.
Hunc Venus è templis, quæ sunt confinia, ridet :
Qui modò patronus, * iam cupit esse cliens.
Sed tu præcipuè [c] curuis venare theatris :
Hæc loca sunt * votis fertiliora * tuis.
Illic inuenies, quod ames : [d] quod ludere possis :
Quodq; semel tangas : quodq; tenere velis.
Vt redit, itq; frequens longum formica per agmen,
Granifero solitum dum vehit ore cibum :
Aut vt apes saltusq; suos, & olentia nactæ
Pascua, per flores & thyma summa volant :
Sic ruit * in celebres cultissima femina ludos :
Copia iudicium sæpe morata meum est.
Spectatum veniunt : veniunt spectentur vt ipsæ :
Ille locus casti damna pudoris habet.
Primus sollicitos fecisti Romule ludos,
Cum iuuit viduos rapta Sabina viros.
Tunc neq; marmoreo pendebant vela theatro :
Nec fuerant liquido pulpita rubra croco.
Illic quas tulerant nemorosa palatia, frondes

Simpli-

* Nec
* Niliacæ : Fabric. linigeræ.
* templa
* ro est libr. * vn. non habet.
* qua lib. tres. probè.
a Aqua Appia, in foro Cæsar, in quo templũ Veneris Genitricis, & Iul. posuit, qui se a Venere prognatum ferebat.
b Iurisconsultor. verbũ proprium : qui cauere alijs dicunt respondendo de iure.
* ipse
* nunc
c Propter formã hemicycli.
* voto tuo.
d Cum qua ludere : συναλλαγμάτας. Catull. Qui cũ ludere, quem sinu tenere.
* ad

Simpliciter posita, scena sine arte fuit.
In gradibus sedit populus de cespite facto:
Qualibet hirsutas fronde tegente comas.
*Respiciunt: oculisq; * notant sibi quisq; puellam,*
*Quam velit, & tacito pectore multa * mouent.*
*Dumq; rudem *præbente modum tibicine Thusco,*
Lydius æquatam ter pede pulsat humum:
In medio plausu (plausus tunc arte carebat)
Rex populo prædæ signa petenda dedit.
Protinus exiliunt animum clamore fatentes:
Virginibus cupidas iniiciunt q; manus.
Vt fugiunt aquilas timidissima turba columbæ:
Vtq; fugit visos agna nouella lupos:
Sic illæ timuêre viros sine lege ruentes:
Constitit in nulla, qui fuit antè, color.
Nam timor vnus erat, facies non vna timorûm:
Pars laniat crines: pars sine mente sedet.
Altera mœsta silet: frustra vocat altera matrem:
Hæc queritur: stupet hæc: hæc fugit: illa manet.
Ducuntur raptæ genialis præda puellæ,
*Et potuit multas ipse decere * pudor.*
Si qua repugnabat nimium, comitemq; negabat:
Sublatam cupido vir tulit ipse sinu.
Atq; ita, quid teneros lacrymis corrumpis ocellos?
Quod matri pater est, hoc tibi, dixit, ero.
Romule militibus sciſti dare commoda solus:
Hæc mihi si dederis commoda, miles ero.
Scilicet ex illo sollemnia more theatra
Nunc quoq; formosis insidiosa manent.

* notat libr. duo.
* mouet
* præcunte

* timor. quod aliqui rectius putant.

ἀναπροφὴ facetа ad Romulum.

Nec

Nec te nobilium fugiat certamen equorum:
Multa capax populi commoda Circus habet.
Nil opus est digitis, per quos arcana loquaris:
Nec tibi per nutus accipienda nota est.
Proximus * ad dominam nullo prohibente sedeto: * à domina melius.
Iunge tuum lateri, quam potes vsq; latus.
Et bene * te cogit, si nolit, [a] linea iungi: * quod
Qua tibi tangenda est lege puella [b] loci. a Signum datũ in cuneis densare. Ita supra eleg. 2. lib. 3. Amor.
Hic tibi quæratur socij sermonis origo: b Iubentis vos densare spectandi ludos causa.
Et moueant primos publica verba sonos.
Cuius equi veniant, facito studiose requiras:
Nec mora, quisquis erit, cui fauet illa, fauе.
At cum [c] pompa frequens certantibus ibit ephebis; c Pompam intelligit, quæ certamen præibat.
Tu Veneri dominæ plaude fauente manu.
Vtq; fit, in gremium puluis si fortè puellæ
Ciderit, digitis excutiendus erit.
Et, si nullus erit puluis, tamen excute nullum:
Qualibet officio causa sit apta tuo.
Pallia si terræ nimium demissa iacebunt,
Collige, & immunda sedulus effer humo.
Protinus officij precium, patiente puella,
Contingent oculis crura videnda tuis.
Respice præterea post vos quicunq; sedebit,
Ne premat oppositо mollia terga genu.
Parua leues capiunt animos: fuit vtile multis,
* Puluinar facili composuisse manu. * Puluinum
Profuit & * tenui [d] ventos mouisse flabello: * tenues
Et caua sub tenerum scamna dedisse pedem. d Terent. Cape hoc flabellum, & ventulũ huic fac facito.
Hos aditus Circusq; nouo præbebit amori,

Sparsaq;

Sparsaq; sollicito tristis arena foro.
Illa sæpe puer Veneris pugnauit arena:
Et, qui spectauit vulnera, vulnus habet.
*Dum loquitur, tangitq; * manu, poscitq; libellum:*
Et quærit, posito pignore, vincat vter:
Saucius ingemuit: telumq; volatile sensit:
Et pars spectati vulneris ipse fuit.
Quid modo cum [a] belli naualis imagine Cæsar,
*Persidas induxit, * Cecropiasq; rates?*
Nempe [b] ab vtroq; mari iuuenes, ab vtroq; puella
Venêre: atq; ingens orbis in vrbe fuit.
Quis non inuenit turba, quod amaret, in illa?
**Ebeu quàm multos aduena torsit amor!*
[c] Ecce parat Cæsar, domito quod defuit orbi,
Addere: nunc Oriens vltime noster eris.
Parthe dabis pœnas: Crassi gaudete sepulti:
Signaq; barbaricas non bene passa manus.
Vltor adest: primusq; ducem profitetur in annis:
Bellaq; non puero tractat agenda puer.
Parcite [d] natales timidi numerare Deorum:
Cæsaribus virtus contigit ante diem.
Ingenium cœleste suis velocius annis
Surgit, & ignauæ fert male damna moræ.
*Paruus erat, manibusq; * suis Tirynthius angues*
Pressit: & in cunis iam Ioue dignus erat.
*Nunc quoq; qui puer es, * tantus tũ Bacche fuisti,*
Cum timuit thyrsos India victa tuos!
*Auspicijs, * animisq; patris puer arua mouebis,*
*Et vinces * animis auspicijsq; patru.*

Tale

* manum libr. duo. rectè.
[a] Augustus .n. præter cæteros ludos prœlium nauale dedit. Sueton.
* Cecropidasque libr. duo.
[b] Supero & infero, siue Adriatico & Tyrrh. Virgil. An mare quod supra memorem quodq; alluit infra?
* Heu heu
[c] Apparatum intelligit belli Parthici & Armenici, ad quæ Caium Cæs. alterum ex nepotibus misit August. teste Floro.
[d] Annos ætatis. August. apud Gell. sibi gratulatur de natali 64. libr. 15. cap. 7.
* duos libr. duo. probè.
* quanq; tunc libr. duo. melius.
* annisq; libr. duo. probè.
* annis

Tale rudimentum tanto sub nomine debes,
Nunc iuuenum princeps, deinde future senum.
Cum tibi sint fratres, fratres vlciscere læsos:
Cumq; pater tibi sit, iura tuere patris.
*Præbuit arma tibi genitor patriæq; tuusq; :
Hostis ab multo regna parente rapit.
Tu pia tela feres: scelerata ille sagittas:
Stabit pro signis iusq; piumq; tuis.
Vincuntur Parthi causa: vincantur & armis:
Eoas Latio dux meus addat opes.
Marsq; pater, Cæsarq; pater, date numen eunti:
*Est Deus è vobis alter, & alter erit.
Auguror: en vinces: votiuaq; carmina reddam:
Et magno nobis ore sonandus eris.
Consistes: atiemq; meis hortabere verbis:
O desint animis ne mea verba tuis.
Tergaq; Parthorum, Romanaq; pectora dicam:
Telaq; ab *aduerso quæ iacit hostis equo.
Quid fugis, vt vincas? q̃d victos Parthe relinquis?
Parthe malum iam nũc [a] Mars tuus omẽ habet.
Ergo erit illa dies, qua tu pulcerrime rerum,
Quattuor in niueis aureus ibis equis.
Ibunt antè duces onerati colla catenis:
Ne possint tuti, qua prius, esse fuga.
Spectabunt iuuenes læti, mistæq; puellæ:
[b] Diffundet q; animos omnibus illa dies.
Atq; aliqua ex illis, dum regum nomina quæret,
[c] Quæ loca, qui montes, quæue ferantur aquæ:
Omnia respõde: nec tantum si qua rogabit:

* Induit libr. tres. melius.

* Nam Deus è vob. alter es, alter eris libr. duo. itemque Ald. & Naug. non insentè. Intelligit autẽ Martem & Augustum.

* auerso libr. tres: & ita legendum. Virg. Fidentemq; fuga Parthum, versisq; sagittis.

[a] Mos pugnandi fugam præ se ferens.

[b] Lætitia perfundet, in qua est dilatatio quædam cordis.

[c] Quorum locorum & montium & amnũ imagines & simulacra præferantur triumphanti.

Et,

* Sed

*Et, quæ nescieris, vt bene nota refer.

a μίμνησις respondentis puellæ.

[a] Hic est Euphrates præcinctus arundine frontem:
Cui coma dependet cærula, Tigris erit.

b Perses enim filius Persei & Andromedæ nepos Danaës, Persarum genti originem & appellationem dedit.

Hos fac Armenios: hæc est [b] Danaëia * Persis:
Vrbs in Achæmeniis vallibus * ista fuit.

* proles

Ille, vel ille, duces: & erunt, quæ nomina dicam.
Si poteris, verè: si minus, apta tamen.

* illa

Dant etiam positis additum conuiuia mensis.
Est aliquid præter vina, quod inde petas.

* positus

Sæpe illic * positis, teneris * abducta lacertis
Purpureus Bacchi [c] cornua pressit Amor.

* adducta lib. tres rectè.

Vinaq; cùm bibulas sparsêre Cupidinis alas,
Permanet, & capto stat grauis ille loco.

c Demulsit, inclinando ad amoris illecebram, priorem animi ferociã & fastum.

Ille quidem pennas velociter excutit vdas:
Sed tamen aspergi pectus amore nocet.

d In effusam prolabitur audaciam. Phornutus cornua pro audacia accipit, quod vinum audaces reddat. Prouerb. Tollere cornua.

Vina parant animos, faciuntq; caloribus aptos:
Cura fugit, multo diluiturq; mero.
Tunc veniunt risus: tunc pauper [d] cornua sumit
Tunc dolor, & curæ, rugaq; frontis abit.

e Fraudem sc. & simulationũ. & τὸν ὑποκεί μενον.

Tunc aperit mentes auo rarissima nostro
Simplicitas, [e] artes excutiente Deo.
Illic sæpe animos iuuenum rapuêre puellæ:
Et Venus in vinis, ignis in igne fuit.
Hîc tu fallaci nimium ne crede lucernæ:
Iudicio formæ noxq; merumq; nocet.
Luce Deas, cœloq; Paris spectauit aperto:
Cùm dixit Veneri, Vincis vtranq; Venus.
Nocte latent mendæ: vitioq; ignoscitur omni:
Horaq; formosam quamlibet * illa facit.

* ista

Consule

Consule de gemmis, de tincta murice lana:
Consule de facie corporibusq; diem.
Quid tibi femineos [a] cœtus venatibus aptos
Enumerem? numero cedet arena meo.
Quid referam [b] Baias? prætextaq; littora velis?
Et, quæ de calido sulphure fumat, aquam?
Hinc aliquis vulnus referens in pectore, dixit,
Non hæc (vt fama est) vnda salubris erat.
Ecce suburbana templum nemorale Dianæ,
Partaq; per gladios [c] regna nocente manu.
Illa quòd est virgo, quòd tela Cupidinis odit:
Multa dedit populo vulnera, multa dabit.
Hactenus, vnde legas quod ames, vbi retia* ponas,
Præcipit imparibus vecta Thaleia modis.
Nunc, tibi quæ placuit, quas sit capienda per artes,
Dicere præcipuæ molior artis opus.
Quisquis vbiq; viri* faciles aduertite mentes,
Pollicitisq; fauens vulgus* adesto meis.
Prima tua menti veniat fiducia, cunctas
Posse capi: capies: tu modò tende plagas.
Vere prius volucres tacebunt, æstate cicadæ:
Mænalius lepori det sua terga canis:
Femina quàm iuueni blandè tentata repugnet:
Hæc quoq;, quam poteris credere nolle, volet.
Vtq; viro furtiua Venus, sic grata* puellis:
Vir male dissimulat: tectius illa cupit.
[d] Conueniat maribus, ne quam nos ante rogemus:
Femina iam partes victa rogantis* aget.
Mollibus in pratis adnugit femina tauro:

a Conuentus & congregatio mulierum aptas ad venãdum eam quã amare velis. Ita supr. Sed tu præcipuè curu. venare theatr.
b De his Propert. conqueritur lib. 1.
c Sacerdotium, quod armis dimicando sibi acquirebant sacerdotes Dianæ Aricinæ. Pausan. Corinth. Ouid. Fast. Regna tenent fortes manibus pedibusq; fugaces.
* tendas libr. duo. probè.
* dociles libr. duo.
* adeste
* puellæ est: duo libr. sed alter τὸ est omittit.
d Si mares cõueneriint. ἐὰν λάβωσι.
* agat.

Femina cornipedi semper adhinnit equo.
Parcior in nobis, nec tam furiosa libido est:
Legitimum finem flamma virilis habet.
Byblida quid referam? vetito quæ fratris amore
Arsit: & [a] est laqueo fortiter vita nefas.
Myrrha patrem, sed non * vt filia debet, amauit:
Et nunc obducto cortice pressa latet.
Illius lacrymis, quas * arbor fundit odora,
*Vnguimur, & dominæ nomina gutta tenet.
Forte sub vmbrosis nemorosæ vallibus Idæ,
Candidus armenti gloria taurus erat,
Signatus tenui media inter cornua * virga:
Vna fuit labes: cetera lactis erant.
Illum * Gnosiades, Sidoniadesq; iuuencæ
Optarunt tergo sustinuisse suo.
Pasiphaë fieri gaudebat adultera tauri:
Inuida formosas oderat illa boues.
Nota cano: non hoc, quæ [b] centum sustinet vrbes
[c] Quanuis sit mendax, Creta negare potest.
Ipsa nouas frondes, & prata tenerrima, tauro
Fertur inassueta subsecuisse manu.
It comes armentis: nec ituram cura moratur
Coniugis: & Minos a boue victus erat.
Quid tibi Pasiphaë pretiosas sumere vestes?
Ille tuus nullas sentit adulter opes.
Quid tibi cum speculo montana armenta petenti?
Quid toties positas fingis inepta comas?
Crede tamẽ speculo, quod te negat esse iuuencam:
Quam cuperes fronti cornua nata tuæ!

* Fortior. Ita in Heroid. Fortius ingen. suspicor esse viris. Et 7. Met. Et iam fortis erat pulsusque resederat ardor.

a In 9. Met. in fontem delicuisse dicit.

* qua * arbore libr. duo. probè.

* Vngimur libr. tres.

* nigro libr. tres. h. e. macula nigra.

* Gnosiadesq; Cydoniadesq; Nauger. & alij nonnulli rectè. Cnossos & Cydon Cretę opida.

b Vnde ἑκατόμπολις Græcis dicta est.

c Hinc κρητίζειν Græ. pro mentiri dicunt. Vide adag. Cretiza cum Cretens.

Sine

Siue placet Minos, nullus quæratur adulter:
Siue virum mauis fallere, falle viro.
In nemus & saltus thalamo regina relicto
Fertur, vt [a] Aonio concita Baccha Deo.
Ah quoties vultu vaccam spectauit iniquo!
Et dixit, Domino cur placet ista meo?
Aspice, vt ante ipsum teneris exultat in herbis:
*Nec dubito, quin se stulta * placere putet.*
Dixit: & ingenti iamdudum de grege duci
Iussit: & immeritam sub iuga curua trahi:
Aut cadere ante aras, commentaq; sacra coëgit:
Et tenuit læta pellicis exta manu.
Pellicibus quoties placauit numina cæsis!
Atq; ait exta tenens, Ite, placete meo!
Et modò se fieri Europam, modò postulat Iò:
Altera quòd bos est, altera vecta boue.
Hanc tamen [b] impleuit vacca deceptus acerna
Dux gregis, & partu proditus auctor erat.
Cressa Thyestæo si se abstinuisset amore:
(Ah quantum est vni posse placere viro!)*
Non medium rapuisset iter: curruq; retorto
Auroram versis Phœbus adisset equis.
Filia purpureos Niso furata capillos
Puppe cadens celsa, facta refertur auis.
Altera Scylla maris monstrum, medicamine Circes
Pube premit rabidos inguinibusq; canes.
Qui Martem terris, [d] Neptunum effugit in vndis,
Coniugis Atrides victima dira fuit.
Cui non defleta est [e] Ephyræa flamma Creusa?

[a] Baccho Thebis oriundo Bœoticis.

* decere perp.

[b] Grauidam fecit.

[c] Aërope Cretens. Atrei vxor.
* O quant.

[d] Tempestatem & vim Neptuni.

[e] Corinthiacæ: Creontis regis Corinth. F,

Et nece natorum sanguinolenta [a] parens?
Fleuit [b] Amyntorides per inania lumina Phœnix:
Hippolytum rapidis diripuistis equi.
Quid fodis immeritis Phineu tua lumina natis?
Pœna reuersura est in caput ista tuum.
Omnia femineæ sunt ista libidine mota:
Acrior est nostra, plusq; furoris habet.
Ergo age ne dubita cunctas superare puellas:
Vix erit è multis quæ neget vna tibi.
Quæ dant, quæq; negant, gaudent tamẽ esse rogatæ:
Vt iam fallaris, tuta repulsa tua est.
Sed cur fallaris, cum sit noua grata voluptas?
Et capiant animos plus aliena suis?
Fertilior seges est alienis semper in agris:
Vicinumq; pecus grandius vber habet.
Sed prius ancillam captata nosse puellæ
Cura sit: accessus molliet * ista tuos.
Proxima consilijs dominæ sit vt illa videto:
[c] Neue parum tacitis conscia fida iocis.
Hanc tu pollicitis, hanc tu corrumpe rogando:
Quod petis, ex facili, si volet illa, feres.
Illa leget tempus (medici quoq; tempora seruant)
Quo facilis domina mens sit, & apta capi.
Mens erit apta capi tunc, cùm lætissima rerum,
Vt seges in pingui luxuriabit humo.
Pectora dum gaudent, nec sunt astricta dolori,
Ipsa patent: blanda tum subit arte Venus.
Tum cum tristis erat, defensa est * Ilios armis:
Militibus grauidum læta recepit equum.

[a] Medea.

[b] Amyntoris F. qui cum pellice deprehensum visu priuauit, sanatum postea à Chirone. Lycophr. Propert. lib. 2. Phœnicis Chiron lumina Phillyrides.

* ipsa. al. illa.

[c] Micyll. videto ne parum fida sit tacitis iocis conscia. h. e. vt clam habeat lusus vestros occultos quorum est conscia.

* Ilion libr. duo. & rectè sicut in Penelop.

Tum

Tum quoq; tentanda est, cum pellice læsa dolebit:
Tunc facies, opera ne sit inulta tua.
*Hanc * matutinos pectens ancilla capillos*
Incitet: & velo remigis addat opem.
Et secum tenui suspirans murmure dicat,
Vt puto, non poteris ipsa [a] referre vicem.
Tunc de te narret: tunc persuadentia verba
Addat: & insano iuret amore mori.
Sed [b] propera, ne vela cadant: iraq; residant:
Vt fragilis glacies, interit ira mora.
Quæris, an hanc ipsam prosit violare ministram?
Talibus admissis alea grandis inest.
Hæc ad concubitum fit sedula: tardior illa:
*Hæc domina munus * temperat, illa sibi.*
Casus in euentu est: licet [c] hic indulgeat ausis,
Consilium tamen est abstinuisse meum.
Non ego per præceps & acuta cacumina vadam:
Nec iuuenum quisquam, me duce, captus erit.
Si tamen illa tibi dum dat recipitq; tabellas,
Corpore non tantum sedulitate, placet:
*Fac domina potiare prius: comes illa * sequetur:*
Non tibi ab ancilla est incipienda Venus.
Hoc vnum moneo (si quid modò creditur arti,
**Ne mea dicta rapax per mare ventus * agat)*
Aut nunquam tentes, aut perfice: [d] tollitur index:
Cum semel in partem criminis illa venit.
Non aliis vtiliter viscatis effugit alis:
Non bene de laxis casibus exit aper.
Saucius arrepto piscis retinetur ab hamo;

* matutino aduerb. vel ἐλλαπάδι. scil. tempore.

a Vlcisci te cõpensando id quod coniux in te peccauit. Micyll.

b Occupa puellam deuincendo eius animum prius, quàm ira resideat.

* comparat

c Casus faueat audentibus.

* sequatur libr. duo: melius.

* Nec agit libr. tres: & melius.

d Nunquã dominam prodet marito postquam ipsa in societatem culpæ venit.

Opprime tentatam, nec, nisi victor, abi.
*Tunc neq; te prodet communi noxia culpa,
Factaq; erunt dominæ, dictaq; nota tibi.
Sed bene celetur: bene sic celabitur index:
Notitiæ suberit semper amica tuæ.
[a]Tempora qui solis operosa colentibus arua,
Fallitur, & nautis aspicienda putat.
Nec semper credenda Ceres fallacibus aruis,
Nec semper viridi concaua puppis aquæ:
Nec teneras tutum est semper captare puellas:
Sæpe dato melius tempore fiet idem.
Siue dies suberit natalis, siue kalendæ,
[b]Quas Venerem Marti continuasse iuuat:
Siue erit ornatus, non vt fuit ante, [c]sigillis,
Sed [d]regum positas Circus habebut opes:
Differ opus: tũc tristis hyems: tũc Pleiades instant.
Tunc * & in æquorea mergitur Hœdus aqua.
Tunc bene desinitur: tunc, si quis creditur alto,
Vix tenuit lacera naufraga membra ratis.
Tunc licet incipias, [f]qua flebilis Allia luce
Vulneribus Latijs sanguinolenta fuit.
Quaq; die redeunt rebus minus apta gerendis
[g]Culta Palæstino septima festa viro.
Magna superstitio tibi sit natalis amicæ:
Quaq; aliquid dandum est, illa sit atra dies.
Cum bene vitaris, tamen* auferet: inuenit autem
Femina, quæ cupidi carpat amantis opes:

* Tum
[a] Tempora obseruanda amanti non minus quam agricolis aut nautis.
[b] Kalend. Aprii. quæ continuantur mensi Martio, celebratæ sacro Veneris, cum florib. & myrto.
[c] Statuis, quib. theatra exornari moris erat.
[d] Reb. speciosis adornatus fuerit, quibus contemplandis puellæ occupatæ vacare nequeunt amatoribus.
[e] Propositum captandi puellam: tentandi puellæ animũ, periclitaturus quippe, sicut nauta sub ortum & occas. Pleiad. aut hœdor. nauigationem instituens.
* tener æquor.
[f] h. e. die Alliensi, quando reliqua ciuitas in luctu est ac mœsta.
[g] Sabbatum Iudæorum, quod septimo quoque die redire solet. Hypall.
* auferet

Institor ad dominam veniet discinctus emacem:
Expediet merces teq; sedente suas.
Quas illa, inspicias, [a] sapere vt videare, rogabit:
Oscula deinde dabit: deinde rogabit, emas.
Hoc fore contentam multos iurabit in annos:
Nunc opus esse sibi, nunc bene, dicet, emi.
Si non esse domi, quos des, causabere nummos:
[b] Littera poscetur, nec didicisse iuuat.
Quid, quasi natali cum poscit munera libo?
Et quoties opus est, nascitur illa sibi?
Quid, cum mendaci damno mœstissima plorat?
Elapsusq; caua fingitur aure lapis?
Multa rogant tradenda sibi, data reddere nolunt:*
Perdis: & in damno gratia nulla tuo est.
Non mihi, sacrilegas meritricum vt persequar ar-
Cum totidem linguis sint satis ora decem. (tes,
*[c] Cera vadum * tentet rasis infusa tabellis:*
*Cera tuæ primum conscia mentis * erit.*
Blanditias ferat illa tuas, imitataq; amantum
Verba: nec exiguas, quisquis es, adde preces.
Hectora donauit Priamo prece motus Achilles:
Flectitur iratus voce rogante Deus.
Promittas facito: quid enim promittere ladit?
Pollicitis dines quilibet esse potest.
Spes tenet in tempus, semel est si credita, longum:
Illa quidem fallax, sed tamen apta Dea est.
Si dederis quicquam, poteris ratione relinqui;
Præteritum tulerit, perdiderit; nihil.
*Et, * quod non dederis, semper videare daturus:*

[a] Licet optimè illas noris.

[b] Syngraphum, quo caueatur institori.

* vtenda dari: al. reddenda dari.

[c] Literæ explorent puellæ animum.
* tentat
* eat lib. duo rectè.

* quæ lib. duo.

Sic dominum sterilis sæpe fefellit ager.
Sic, ne perdiderit, non cessat perdere lusor:
Et reuocat cupidas alea sæpe manus.
Hoc opus, hic labor est, primùm sine munere iungi
Si [a] dederit gratis, quæ dedit, vsq; dabit.
Ergo eat, & blandis peraretur littera verbis:
Exploretq; animos, primaq; tentet iter.
Littera Cydippen pomo perlata fefellit:
Insciaq; est verbis capta puella suis.
Discite bonas artes (moneo) Romana iuuentus:
Non tantum trepidos vt tueare reos.
Quàm populus, iudexq; grauis, lectusq; senatus:
Tam dabit eloquio victa puella manus.
Sed lateant vires: nec sis in fronte disertus:
Effugiant voces verba [b] molesta tuæ.
Quis, nisi mentis inops, teneræ declamat amicæ?
Sæpe valens odij littera causa fuit.
Sit tibi [c] credibilis sermo, consuetaq; verba:
Blanda tamen, præsens vt videare loqui.
Si non accipiet scriptum, illectumq; remittet:
Lecturam spera: propositumq; tene.
Tempore difficiles veniunt ad aratra iuuenci:
Tempore lenta pati frena docentur equi.
[d] Ferreus assiduo consumitur annulus vsu:
Interit assidua vomer aduncus humo.
Quid magis est durum saxo? quid mollius vnda?
Dura tamen molli saxa cauantur aqua.
Penelopen ipsam, perstes modò, tempore vinces:
Capta vides sero Pergama, capta tamen.

[a] Copiam sui fecerit vt supra dixi.

[b] Affectata; quæ enim talia sunt, sine molestia legi non possunt.

[c] πιθανὸς non παράδοξος: verisimilis.

[d] Lucret. 1. Annulus in digito subtertenuatur habendo: Stillicidi casus lapidem cauat: vncus aratri Ferreus occultè decrescit vomer in aruis.

Legerit

Legerit, & nolit reſcribere: cogere noli:
Tu modò blanditias fac legat ipſa tuas.
Quæ voluit legiſſe, volet reſcribere lectis:
Per numeros veniunt iſta gradúſq; ſuos.
Forſitan & primò veniet tibi littera triſtis:
Quæſq; roget, ne ſe ſollicitare velis. (ſtes:
Quod rogat illa, timet: & non rogat, optat vt in-
Inſequere: & voti poſtmodo compos eris.
Interea ſiue illa toro [a] *reſupina feratur:*
Lecticam dominæ diſſimulanter adi.
Néue aliquis verbis odioſas afferat aures,
Quàm potes ambiguis callidus abde notis.
Seu pedibus vacuis illi ſpacioſa teretur
Porticus: hîc ſocias tu quoq; iunge moras.
Et, modò præcedas, facito: modò terga ſequaris:
Et modò feſtines: & modò lentus eas.
Nec tibi de mediis * *aliquot tranſire* * *columnas*
Sit pudor, * *& lateri continuaſſe latus.*
Nec ſine te curuo ſedeat ſpecioſa theatro.
Quod ſpectes, humeris afferet illa ſuis:
**Illam reſpicias, illam mirere licebit:*
Multa ſupercilio, multa loquare notis.
Et plaudas aliquo mimo ſaltante puellæ:
Et faueas illi, quiſquis agatur amans.
Cùm * *ſurgit, ſurgas: donec ſedet illa,* * *ſedeto:*
Arbitrio dominæ tempora perde tuæ.
Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos:
Nec tua mordaci pumice crura teras.
Iſta iube faciant, quorum Cybeleia mater

[a] Iacebat enim in puluino reſupina, quæ lectica ferebatur.

* aliquam
* columnis Naug.
* aut

* Iam ſi reſp. perp.

* ſurget, ſurges
* ſedebis

Concinitur Phrygijs exululata modis.
Forma viros neglecta decet. [a] Minoida Theseus
Abstulit à nulla tempora comtus acu.
Hippolytum Phædra, nec erat bene*comtus, amaCura deæ, syluis aptus Adonis erat. (ua.
Munditiæ placeant: fuscentur corpora campo:
Sit bene conueniens, & sine labe toga.
Linguaq; nec rigeat: careant rubigine dentes:
Nec vagus [b] in laxa pes tibi pelle natet.
Nec malè deformet rigidos tonsura capillos:
Sit coma, sit docta barba resecta manu.
Et nihil emineant, & sint sine sordibus vngues:
Inq; caua nullus stet tibi nare pilus.
Nec malè odorati sit tristis anhelitus oris:
Nec lædat nares [c] virq; paterq; gregis.
Cetera lasciuæ faciant concede puellæ:
[d] Et si quis [d] malè vir quærit habere virum.
Ecce suum vatem Liber vocat: hic quoq; amantes
Adiuuat: & flammæ, qua calet ipse, fauet.
Gnosia in ignotis amens errabat arenis,
Quà breuis æquoreis Dia feritur aquis.
Vtq; erat è somno tunica velata recincta,
Nuda pedem, croceas irreligata comas:
Thesea crudelem surdas clamabat ad vndas,
Indigno teneras imbre rigante genas.
Clamabat, flebatq; simul: sed vtrunq; decebat:
Nec facta est lacrymis [e] turpior illa suis.
Iamq; iterum tundens mollissima pectora palmis,
Perfidus ille abijt, quid mihi fiet? ait.

[a] Phædram: vel Ariadnen.

* cultus

[b] In calceo laxiore.

[c] Caper sub alis: quem Catull. epigr. in Ruf. naforum pestem appellat propter grauolentiam.

* Vel probè.

[d] Cultu & habitu corporis mollitiem muliebr. præ se ferens: quod qui faceret, virum quærere dicebatur. Cum. quid credas hunc sibi velle? virum. Petron. Arbit. Quæq; virum quærunt.

[e] Deformior.

Quid

Quid mihi fiet? ait. ſonuerunt cymbala toto
Littore: & attonita tympana pulſa manu.
[a]*Excidit illa metu: rupitq; nouiſſima verba:*
Nullus in exanimi corpore ſanguis erat.
Ecce [b] *Mimallonides ſparſis in terga capillis:*
Ecce leues Satyri præuia turba Dei:
Ebrius ecce ſenex pando Silenus aſello
Vix ſedet, & preſſas continet arte iubas.
Dum ſequitur Bacchas, Bacchæ fugiuntq; petūtq;:
Quadrupedem ferula dum malus vrget eques:
In caput aurito cecidit delapſus aſello:
Clamarunt Satyri, Surge age, ſurge pater.
Iam Deus in curru, quem ſummum texerat vuis,
Tigribus adiunctis aurea lora dabat.
Et color, & Theſeus, & vox abiere puellæ:
Terq; fugam petijt: terq; retenta metu eſt.
Horruit, vt ſteriles, agitat quas ventus, ariſtæ:
Vt leuis in madida canna palude tremit.
Cui Deus: En adſum tibi cura fidelior, inquit:
Pone metum, Bacchi Gnoſias vxor eris.
Munus habe cœlum: * *cœlo ſpectabere ſidus:*
Sæpe reges dubiam Creſſa puella ratem.
Dixit: &, è curru, ne tigres illa timeret,
Deſilit: impoſito ceſſit arena pede.
Implicitamq; ſinu (neq; enim pugnare valebat)
Abſtulit: vt facile eſt omnia poſſe Deo.
Pars Hymenæe canunt: pars *altera Euoe clamant:*
Sic coëunt ſacro nupta deusq; toro.
Ergo, vbi contigerint poſiti tibi munera Bacchi,

Atq;

a Sermone ſe ſiue verbis, in terrumpente illa metu.

b Mimallones ſunt Bacchæ mulieres, ἀπὸ τῆς μιμήσεως ſic dictę quod virorum facta imitarentur: vel quod Dionyſium imitat. Degentes enim in mōtib. leones manib. ſecum adducebant, aliasq; feras. Eædem ab inſania Mænades, ab imperu & furore Thyades appellatæ.

* cœli

* euhye euhye cl.

Atq; erit in socij femina parte tori:
Nyctelumq; patrem, nocturnaq; sacra precare:
*Ne iubeant capiti vina nocere tuo.
Hic tibi multa licet sermone latentia * tecto
Dicere, qua dici sentiat illa sibi.
Blanditiasq; leues tenui * perscribere vino:
Vt dominam in mensa se legat illa tuam:
Atq; oculos oculis spectare a fatentibus ignem:
Sæpe tacens vocem verbaq; vultus habet.
Fac primus rapias illius tacta labellis
Pocula: quaq; bibit parte puella, bibas.
Et quemcunq; cibum digitis libauerit illa,
Tu pete: dumq; petes, sit tibi tacta manus.
Sint etiam tua vota, viro placuisse puellæ:
Vtilior votis factus amicus erit.
Huic, si forte* bibas, sortem concede priorem:
Huic detur capiti missa corona tuo.
Siue * sit inferior, seu par, prior omnia sumat:
Ne dubites illi verba secunda loqui.
Tuta frequensq; via est, per amici fallere nomen:
Tuta frequensq; licet sit via, crimen habet.
Inde propinator * nimirum multa propinet,
Et sibi mandatis plura * bibenda putet.
Certa tibi à nobis dabitur mensura bibendi.
Officium præstent mensq; pedesq; suum.
Iurgia præcipuè vino stimulata caueto:
Et nimium faciles ad fera bella manus.
Occidit Eurytion stultè data vina bibendo:
Aptior est dulci mensa meruq; ioco.

Si

* Ne subeant capiti vina nociua tuo. Iosc. Scal. Propert. lib. 4. Clamabis capiti vina subisse meo.
* ficto lib. tres. melius.
* præscrib.
a Profitentib. amorem.

* bibes
* erit
* nimium quoque libr. duo. In veterib. Ipse procurator nimium quoq; mul. procurat, Vt sibi. vt pergat loqui de ijs, qui sub amici nomine obrepentes maritos fallunt, & procuratores relicti illis absentibus aliam longè vxorum curam habent, quam mandatum sit.
* videnda libr. tres.

Si vox est, canta: si mollia brachia, salta:
Et, quacunq; potes dote placere, place.
Ebrietas vt vera nocet, sic ficta iuuabit:
Fac titubet blæso subdola lingua sono.
**Et quicquid dices, faciésue proteruius æquo,*
Credatur nimium causa fuisse merum.
Et bene dic dominæ: bene, cum quo dormiet illa:
Sed [a] malè sit, tacita mente precare, viro.
*At, cum discedet mensa conuiua * relicta,*
Ipsa tibi accessus turba, locumq; dabit.
Insere te turbæ: leuiterq; admotus eunti
Velle latus digitis: & pede tange pedem.
Colloquij tam tempus adest: fuge ruslice longè
*Hinc pudor: audacem * forsq; Venusq; iuuant.*
Non tua sub nostras veniet facundia leges:
Fac tantum cupias, sponte disertus eris.
Est et [b] agendus amans, imitandaq; vulnera verbis:
Hîc tibi quæratur qualibet arte fides.
**Nec credi labor est: sibi quæq; videtur amanda:*
Pessima sit, nulli non sua forma placet.
Sæpe tamen verè cœpit simulator amare:
Sæpe, quod incipiens finxerat esse, fuit.
Quò magis ô faciles imitantibus este puellæ:
Fiet amor verus, qui modò fictus erat.
*Blanditijs animum furtim deprendere * fas est,*
Vt pendens liquida ripa subitur aqua.
Nec faciem, nec te pigeat laudare capillos,
Et teretes digitos, [c] exiguumq; pedem:
Delectant etiam castas prætonia formæ:

* Vt q. dicas faciasue vet. lectio, & rectius.
[a] Catull. At vob. malè sit malæ tenebræ.
* remota melius.
* forsque libr. duo. melius.
[b] Agenda persona amantis.
* Non lib. duo.
* nunc fit, libr. duo.
[c] Virg. contrà de rustica: —spatiosa prædiga planta.

Virgini-

*curæ est grat. f. sua. *Virginibus * curæ, gratáq; forma sua est.*
Nam cur in Phrygijs Iunonem & Palladа sylua
Nunc quoq; iudicium non tenuisse pudet?

a Pauo: de quo vide Phylen. Plin. libr. 10. cap. 20. Gemmantes laudatus expandit colores aduerso maximè Sole, quia sic fulgentiq; radiant. * recondit *Laudatas ostendit a auis Iunonia pennas:*
*Si tacitus spectes, illa * recondet opes.*
Quadrupedes inter rapidi certamina cursus,
Depexaq; iubæ, plausaq; colla iuuant.
Nec timidè promitte: trahunt promissa puellas:
Pollicitus testes quoslibet adde Deos.
Iuppiter ex alto periuria ridet amantum,
Et iubet Aeolios irrita ferre Notos.

* falsum *Per Styga Iunoni * falsò iurare solebat*
Iuppiter: exemplo nunc fauet ille suo.
Expedit esse Deos: &, vt expedit, esse putemus:
Dentur in antiquos thura merumq; focos.
Nec secura quies illos, similisq; sopori
Detinet: innocui viuite, numen adest.
Reddite depositum: pietas sua fœdera seruet:
Fraus absit: vacuas cædis habete manus.

b Promissis fallite. * tuenda *b Ludite, si sapitis, solas impunè puellas:*
*Hac minus est vna fraude * pudenda fides.*
Fallite fallentes: ex magna parte profanum
Sunt genus: in laqueos, quos posuêre, cadant.

c Pluuijs æstiuis augentibus Nili incrementa, vnde Aegypt. irrigatur & fecunda fit. * annis *Dicitur Aegyptus caruisse c iuuantibus arua*
*Imbribus, atq; * annos sicca fuisse nouem:*
Cùm Thrasius Busirin adit, monstratq; piari
Hospitis effuso sanguine posse Iouem.
Illi Busiris: fies Ioue hostia primus,
Inquit: & Aegypto tu dabis hospes aquam.

Et

Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
Torruit: infelix imbuit auctor opus.
Iustus vterq; fuit: neq; enim lex *iustior vlla est, * æquior
Quam necis artifices arte perire sua.
Ergo *vt periuras merito periuria fallant: * & per. libr. duo.
Exemplo doleat femina læsa suo.
Et lacrymæ prosunt: lacrymis adamanta mouebis:
Fac madidas videat, si potes, illa genas.
Si lacrymæ (neq; enim veniunt in tempore semper)
*Deficiunt: vda lumina tange manu. * Deficient
Quis sapiens blandis non misceat oscula verbis?
Illa licet non det, non data sume tamen.
Pugnabit primò fortasse, & improbe dicet:
Pugnando vinci se tamen illa volet.
Tantum ne noceant teneris malè rapta labellis:
Neue queri possit dura fuisse, caue.
Oscula qui sumsit, si non & cetera sumsit,
Hæc quoq;, quæ data sunt, perdere dignus erat.
Quantum desuerat [a] pleno post oscula voto? a Ad explendã amoris cupiditatem & desiderium.
Hei mihi, rusticitas, non pudor ille fuit.
Vim licet appellent: grata est vis *ista puellis: * illa
Quod iuuat, inuitæ sæpe dedisse volunt.
Quæcunq; est Veneris subita violata rapina,
Gaudet: & improbitas muneris instar habet.
At quæ, cum posset cogi, non tacta recessit:
*Cum simulet vultu gaudia, tristis erit. * Vt
Vim passa est Phœbe: vis est illata [b] sorori: b Thelayrę: vide Theocr. διοσκ. & 5. Fast.
Et gratus raptis raptor vterq; fuit.
Fabula nota quidem, sed non indigna referri,

Scyrias

[a] Deidamia Lycomed. regis Scyri F.

[a] Scyrias Aemonio victa puella viro.
Iam Dea laudatæ dederat mala præmia formæ
Colle sub Idæo vincere digna Venus.
Iam nurus ad Priamum diuerso venerat orbe:
* Grataq; in Iliacis mœnibus vxor erat.
Iurabant omnes in læsi verba mariti:
[b] Nam dolor vnius publica causa fuit.
[c] Turpe, nisi hoc matris precibus tribuisset, Achilles
Veste virum longa dissimulatus erat.
Quid facis Aeacide? non sunt tua munera lana:
Tu titulos alia Palladis arte * pete.
Quid tibi cũ calathis? clypeo manus apta ferendo:
Pensa q̃d in dextra, qua * cadat Hector, habes?
Reïce [d] succinctos operoso stamine fusos:
Quassanda est ista Pelias hasta manu.
Forte erat in thalamo virgo regalis eodem:
Hæc illum stupro comperit esse virum.
Viribus illa quidem victa est: (ita credere oportet)
Sed voluit vinci viribus illa tamen.
Sæpe, mane, dixit, cum iam properaret Achilles:
Fortia nam posita sumserat arma colo.
Vis vbi nunc illa est? quid blanda voce morari
Auctorem stupri Deïdameia tui?
Scilicet, vt pudor * est, quandam cœpisse priorem:
Sic alio gratum est incipiente pati.
[e] Ah nimia est propriæ iuueni fiducia formæ,
Expectet si quis, dum prior illa roget.
Vir prior accedat: vir verba precantia dicat:
* Excipiat blandas molliter illa preces.

* Graiaq;. rectè. Loquitur enim de Helena Ilium aducta.

[b] Ita 13. Met. Vt dolor vnius Danaos peruenit ad omnes.

[c] Turpiter: αἰσχρῶς.

* petas libri duo. melius.

* cadat libri duo. probè.

[d] Plenos, inuolutos.

* est quidam; libr. tres. rectè.

[e] Prop. Falsa est illa tuæ mulier fiducia formæ.

* Excipiat blandas comiter libri duo probè.

Vt

Vt potiare, roga: tantum cupit illa rogari:
Da causam voti principiumq; tui.
Iuppiter ad veteres supplex heroidas ibat:
Corripuit magnum nulla puella Iouem.
Si tamen à precibus tumidos accedere fastus
Senseris, incepto parce, referq; pedem.
[a]Quod refugit, multæ cupiunt: odêre, quod instat:
Lenius instando tedia tolle tui.
Nec spes est Veneris semper profitenda roganti:
Intret amicitiæ nomine tectus amor.
Hoc aditu vidi tetricæ data verba puellæ:
Qui fuerat cultor, factus amator erat.
Candidus in nauta [b] turpis color: æquoris vnda
Debet & à radijs [c] sideris esse niger.
*Turpis * & agricolæ, qui vomere semper adunco,*
Et grauibus rastris sub Ioue versat humum.
Et tu, Palladiæ petitur cui fama coronæ,
Candida si fuerint corpora, turpis eris.
Palleat omnis amans: color est hic aptus amanti:
**Hoc decet: * hoc multi non valuisse putant.*
*Pallidus in * Lyricen syluis errabat Orion:*
*Pallidus in lenta * Naiade Daphnis erat.*
**Arguet & macies vultum: nec turpe putaris*
Pileolum nitidis imposuisse comis.
Attenuant iuuenum vigilatæ corpora noctes,
*Curaq;, &, * immenso qui fit amore, dolor.*
Vt voto potiare tuo, miserabilis esto:

a Terent. noui ingenium mulierũ. Nolunt, vbi velis: vbi nolis, cupiunt vltro.
b αὐχηρὸς, deformis. ἰλ. ϛ. αὐχεῖ δ' ὅ γε νηϊ ὑπὸ Ιλιον ἦλθεν.
c Solis. κατ' ἐξοχήν.
* in agricola: quia libr. duo.
* Hic
* hunc.
* Lyncen. Parrhas. Lyncem legit, Dianam indicari putãs, cuius desiderio pallens Orion in tylu. ve nabatur.
* Naide. Sosith. Thaliam vocat, quam poeta lentam nominat, quod Daphnidi amoris ipsius desiderio contabescenti opem non tulerit, offensa pellicis suspicione. Vide expos. Parrhas.

* Arguat & mac. animum libr. tres probè.
* in magno.

Vt, qui te videat, dicere posſit, Amas.
*Conquerar? an moneam? *mixtum fas esse nefaq;?*
*Nomen * amicitiæ, nomen inane fides.*
*Hei mihi, non tutum est, q̃ *ames, laudare sodali:*
*Cum tibi laudanti credidit: * ille subit.*
At non Actorides lectum temerauit Achillis:
Quantum ad Pirithoum, Phædra pudica fuit.
*Hermionẽ Pylades, *quo Pallada Phœbus, amauit:*
Quodq; tibi geminus Tyndari Castor, erat.
Si quis idem sperat: laturas poma myricas
Speret: & è medio flumine mella petat.
Nil, nisi turpe, iuuat. curæ est sua cuiq; voluptas:
Hæc quoq; ab alterius grata dolore venit.
Heu facinus, non est hostis metuendus amanti:
Quos credis fidos, effuge, tutus eris.
Cognatum, fratremq; caue, fidumq; sodalem:
Præbebit veros hæc tibi turba metus.
Finiturus eram: sed sunt diuersa puellis
Pectora: mille animos excipe mille modis.
[a]Nec tellus eadem parit omnia: vitibus illa
Conuenit: hæc oleis: hîc bene farra virent.
Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figuræ:
Qui sapit, innumeris moribus aptus erit.
Vtq; leuis Proteus modò se tenuabat in vndas:
Nunc leo, nunc arbor, nunc erat hirtus aper.
Hi iaculo pisces, illi capiuntur ab hamis:
Hos caua contento retia fune trahunt.
Nec tibi conueniet cunctos modus vnus ad annos:
Longius insidias curua videbit anus.

*nullum perp.
* amicitia. alij am. est: malè.
* amas libri duo.
* ipse lib. duo. probè.
* qua lib. tres. probè.

[a] Virg. 1. Georg. Hic segetes, illic veniunt felicius vuæ. Idem 2. Nec verò terræ ferre omnes omnia possunt: Fluminib. salic.

Si doctus videare rudi, petulansúe pudenti:
Diffidet miseræ protinus illa sibi.
Inde fit, vt, quæ se timuit committere honesto,
Vilis in amplexus inferioris eat.
Pars superat cœpti: pars est exhausta laboris:
Hîc teneat nostras ancora iacta rates.

P. OVIDII NASONIS SVLMONENSIS DE ARTE AMANDI

Liber II.

Dicite iò Paan: & iò bis dicite Paan:
Decidit in casses præda petita meos.
Lætus amans donet viridi mea carmina palma:
Præferor [a] Ascræo Mæoniogᵛ seni.
Talis ab armiferis [b] Priamêius hospes Amyclis
Candida cum rapta coniuge vela dabat.
Talis erat, [c] qui te curru victore ferebat,
[d] Vecta peregrinis Hippodameia rotis.
Quid properas iuuenis? [e] medijs tua pinus in vndis
Nauigat: & longè, quem peto, portus abest.
Non satis inuenisse tibi est me vate puellam:
Arte mea capta est: arte tenenda mea est.
[f] Nec minor est virtus, quàm quærere, parta tueri:
Casus inest illic, hîc erit artis opus.
Nunc mihi, si quando, puer, & Cytherea fauete:
Nunc Erato: nam tu nomen amoris habes.

a Hesiodo & Homero.
b Paris.
c Pelops cum Hippod. victoriæ præmium secum vehebat eburneo curru.
d Proper. Aucta externis Hippod. rotis.
e Prouerbial. figura de re nondum ad finem perducta.
f Demosth. τὸ φυλάξαι τἀγαθὰ τοῦ κτήσασθαι χαλεπώτερον.

Magna paro, quas posit amor remanere per aë-
Dicere: tam vasto peruagus orbe puer. (tos
Et leuis est: & habet geminas, quibus euolet, alas:
Difficile est illis imposuisse modum.
Hospitis effugio præcluserat omnia Minos:
Audacem pennis repperit ille viam.
Vide eand. fabul. lib. 8. Metam. Virgil. 6. Aen. Hygin. Pa læph. lib. 1. fabulos. narrationum Plin. libr. 36. cap. 13.
Dædalus vt clausit conceptum crimine matris
Semibouemq; virum, semituirumq; bouem:
Sit modus exilio, dixit, iustissime Minos:
Accipiat cineres terra paterna meos.
Et, quoniam in patria fatis agitatus iniquis
Viuere non potui, da mihi posse mori.
Da reditum puero, senis est si gratia vlla:
Si non vis puero parcere, parce seni.
Dixerat hæc: sed & hæc, & multò plura licebat
* & libr. duo. Dicere: * at egressus non dabat ille viro.
Quod simul ac sensit, nunc nunc ô Dædale, dixit,
Materiam, qua sis ingeniosus, habes.
Possidet & terras, & possidet æquora Minos:
Nec tellus nostra, nec patet vnda fugæ.
Restat iter cœli: cœlo tentabimus ire:
* alte lib. duo, non ineptè. Da veniam cœpto luppiter * alme meo.
Non ego sidereas affecto tangere sedes:
Qua fugiam dominum nulla nisi ista via est.
* transibim⁹. Per Styga detur iter: Stygias * transibimus vndas:
Sunt mihi naturæ iura nouanda meæ.
Ingenium mala sæpe mouēt. quis crederet vnquam
Aërias hominem carpere posse vias?
Remigium volucrum disponit in ordine pennas:

Et le-

Et leue per lini vincula nectit opus :
Iamq; pars ceris astringitur igne solutis :
Finitusq; noua iam labor artis erat.
Tractabat ceramq; puer, pennasq; [a] renidens :
Nescius hæc humeris arma parata suis.
Cui pater, his, inquit, patria est adeunda carinis :
Hac nobis Minos effugiendus ope * est.
Aëra non potuit Minos, alia omnia clausit :
* Quà licet, inuentis aëra rumpe meis.
Sed tibi non [b] virgo Tegeæa, comesq; Bootes,
Ensifer Orion aspiciendus erit.
Me pennis sectare datus : ego præuius ibo :
Sit tibi cura sequi : me duce tutus eris.
Nam siue ætherias vicino sole per auras
Ibimus : impatiens cera caloris erit :
Siue humiles propiore freto iactabimus alas :
Mobilis æquoreis penna madescet aquis.
Inter vtrunq; vola : ventos quoq; nate caueto :
Quaq; ferent auræ, vela secunda dato.
Dum monet, aptat opus puero : monstratq; moueri :
Erudit infirmas vt sua mater aues.
Inde * suis factas humeris accommodat alas :
Perq; nouum * timidus corpora librat iter.
Iamq; volaturus paruo dedit oscula nato :
Nec patriæ lacrymas continuêre [c] genæ.
Monte minor collis, campis erat altior æquis :
Hinc data sunt miseræ corpora bina fugæ.
Et mouet ipse suas, & nati respicit alas
Dædalus : & cursus sustinet vsq; suos.

[a] Ridens, hilarem præ se ferens speciem. Catull. in Egnat. Renidet vsquequaque.
* τὸ est lib. vnus non habet.
* Quàm lic.
[b] Arctos siue Vrsa.
* sibi perp.
* timidè
[c] Oculi.

Iamq; nouum delectat iter : positoq; timore
Icarus audaci fortius arte volat.
Hos aliquis, tremula dum captat arundine pisces,
Vidit : & inceptum dextra reliquit opus.
Iam Samos à laua fuerat Naxosq; relicta,
Et Paros, & Clario Delos amata Deo.
Dextra Lebinthos erat, syluisq; vmbrosa Calymne,
Cinctaq; piscosis Astypalæa vadis.
Cùm puer, incautis nimium temerarius annis,
Altius egit iter, deseruitq; patrem.
Vincla labant : & cera a Deo propiore liquescit :
Nec tenues venti brachia mota tenent.
Territus à summo despexit in æquora cœlo :
Nox oculis pauido venit oborta metu.
Tabuerant ceræ : nudos quatit ille lacertos :
Et trepidat : nec, quo sustineatur, habet.
Decidit: atq; cadens, pater ô pater auferor, inquit:
Clauserunt virides ora loquentis aquæ.
*At pater infelix, * non iam pater, Icare clamat:*
Icare, clamat, vbi es ? quóue sub axe volas ?
Icare clamabat : pennas aspexit in vndis :
Ossa tegit tellus : b æquora nomen habent.
Non potuit Minos hominis compescere pennas :
Ipse Deum volucrem detinuisse paro.
Fallitur c Aemonias si quis decurrit ad artes :
Datq; d quod à teneri fronte reuellit equi.
Non facient, vt viuat amor, Medeides herbæ:
Mixtaq; cum magicis Marsa venena sonis.
Phasias Aesoniden, Circe tenuisset Vlyssem :

* Calymna : alij Pachynne : sed illud recti? teste Strabon. & 8. Metam.

a Sole vicinior.

* nec iam pat. Et est græca figura. δᾶερα ἄδωρα, γάμος ἄγαμος.

b Mare Icariũ.

c Thessalicas, h. e. magicas.

d Hippomanes.

Si mo-

Si modò ſeruari carmine poſſet amor.
Nec data profuerint pallentia philtra puellis:
Philtra nocent animis, vimq; furoris habent.
Sit procul omne nefas: vt ameris, amabilis eſto:
Quod tibi non facies, ſoláue forma dabit.
Sit licet antiquo Nireus adamatus Homero,
Naiadumq; tener crimine raptus Hylas.
Vt dominam teneas, nec te mirêre relictum:
Ingenij dotes corporis adde bonis.
Forma bonũ fragile eſt: [a] quantũq; accedit ad an- a Isocr. κάλλος μὲν γὰρ ἧττον χρόνου εὐάλωτον, ἢ νόσου ἐμάγεσε.
Fit minor: & ſpacio carpitur [*] illa ſuo. (nos,
Nec ſemper violæ, nec ſemper lilia florent:
Et riget amiſſa ſpina relicta roſa.
Et tibi iam venient cani formoſe capilli:
Iam venient rugæ, quæ tibi corpus arent.
Iam molire animum qui duret: & aſtrue formã:
Solus ad extremos permanet ille rogos.
Nec leuis ingenuas pectus coluiſſe per artes
Cura ſit: & linguas edidiciſſe duas.
Non formoſus erat, ſed erat facundus Vlyſſes:
Et tamen æquoreas torſit amore Deas.
Ah quoties illum doluit properare Calypſo,
Remigioq; aptas eſſe negauit aquas!
Hac Troiæ caſus iterumq; iterumq; rogabat:
Ille referre aliter ſæpe ſolebat idem.
Littore conſtiterant: illic quoq; pulcra Calypſo
Exigit [b] Odryſij [*] facta cruenta ducis. b Rheſi Thraciæ regis. * fata lib. duo.
Ille leui virga, (virgam nam forte tenebat)
Quod rogat, in ſpiſſo littore pingit opus.

* Hæc melius. *Hîc (inquit) Troia est (muros in littore fecit)
Hic tibi sit Simois, hæc mea castra puta.
Campus erat, (campum fecit) quem cæde Dolonis
Sparsimus: Aemonios dum vigil optat equos.
Illic Sithonij fuerant tentoria Rhesi:
* reuectus Hac ego sum captis nocte * reuersus equis.
Pluraq; pingebat: subitus cum Pergama fluctu
Abstulit, & Rhesi cum duce castra suo.
Tum Dea, Quas, inquit, fidas tibi credis iuuo:
Perdiderint vndæ nomina quanta, vides?
Ergo age fallaci timidè confide figuræ,
Quisquis es, atq; aliquid corpore plurùs habe.
a Obsequium. Tibull. obsequio plurima vincit amor. a Dextera præcipue capit indulgentia mentes:
Asperitas odium sæuaq; bella mouet.
Odimus accipitrem, quia viuit semper in armis:
Et pauidum solitos in pecus ire lupos.
At caret insidijs hominum, quia mitis hirundo
b Columba. Quasq; colat turres b Chaonis ales habet.
Este procul lites, & amaræ prælia linguæ:
Dulcibus est verbis mollis alendus amor.
Lite fugant nuptæq; viros, nuptasq; mariti:
Inq; vicem credunt c rem sibi semper agi.
c Alludit ad diuortij formulas: Tuas res tibi habeto: tuas res tibi agito. Hoc decet vxores: d dos est vxoria lites:
Audiat optatos semper amica sonos.
d Iuuenal Semper habet lites alternaq; iurgia lectus In quo nupta iacet. Non legis iussa lectum venistis in vnum:
Fungitur in vobis munere legis amor.
Blanditias molles, auresq; iuuantia verba
Affer: vt aduentu læta sit ipsa tuo.
Non ego diuitibus venio præceptor amandi:

Nil

Nil opus est illi, qui dabit, arte mea.
Secum habet ingenium, qui, cum libet, Accipe, dicit:
*Cedimus, inuentis plus * habet ille meis.* * valet iste
Pauperibus vates ego sum: quia pauper amaui:
Cùm dare non possem munera, verba dabam.
Pauper amet caute: timeat maledicere pauper:
Multaq; diuitibus non patienda ferat.
*Me * memini iratum dominæ turbasse capillos:* * iratum memini Naug.
Hæc mihi quàm multos abstulit ira dies!
*Nec puto, nec sensi tunicam lantasse: sed * ipsa* * illa
*Dixerat: & precio est * illa redemta meo.* * ipsa
**At vos (si sapitis) vestri peccata magistri* * Et vos. Nauger.
Effugite: & culpæ damna timete meæ.
Prœlia cum Parthis, cum culta pax sit amica:
Et iocus, & causas quicquid amoris habet.
*Si nec blanda satis, nec erit tibi comis * amica:* * amanti
Perfer, & obdura: postmodò mitis erit.
Flectitur obsequio curuatus ab arbore ramus:
Franges, si vires experiere tuas.
*Obsequio * tranantur aquæ: nec vincere possis* * transnantur
Flumina, si contrà, quàm rapit vnda, nates.
Obsequium tigresq; domat, tumidosq; leones:
Rustica paulatim taurus aratra subit.
Quid fuit asperius [a] Nonacrina Atalanta? [a] Arcadica: de qua supra.
Succubuit meritis trux tamen illa viris.
*Sæpe suos casus * immitia facta puellæ* * nec mitia libr. tres. probè.
Flesse sub arboribus Melaniona ferunt.
Sæpe tulit iusso fallentia retia collo:
Sæpe fera torquos cuspide fixit apros.

[a] Propert. lib. 1. Ille etiam, Hylæi percussus vulnere rami Saucius Arcadijs rupibus ingemuit. Callim. in Dian.
*Pectora Nau.
* certè
* Arguit libr. duo. melius.
Terent. Negat quis, nego: ait, aio.
* malè.
[b] Pecuniæ iactura, multa.
[c] Propert. Semper damnosi subsiluére canes. Indicatur tali planicies, qui iactus erat detrimentosus.
* distenta suis fortass. rectius. h. e. expansa virg. solitis ac propriè debitis.
* tuis lib. tres.
[d] Frigore scil.
[e] Iubendo defessæ. 9. Metamorph.
* perdendo perp.
* Ionicas inter. al. Inter Ioniacas: prima brevi.

[a] *Sensit & Hylæi contentum saucius arcum;*
Sed tamen hoc arcu notior alter erat.
Non te Mænalias armatum scandere syluas:
Nec iubeo collo retia ferre tuo.
**Corpora nec missus iubeo præbere sagittis:*
*Artis erunt * cautæ mollia iussa meæ.*
Cede repugnanti: cedendo victor abibis:
Fac modò, quas partes illa iubebit, agas.
**Arguet, arguito: quicquid probat illa, probato;*
Quod dicit, dicas: quod negat illa, neges.
Riserit, arride: si flerit, flere memento:
Imponat leges vultibus illa tuis.
Seu ludet, numerosq; manu iactabit eburnos:
*Tu malè iactato: tu * bene iacta dato.*
Seu iacies talos, victam ne [b] pœna sequatur,
[c] Damnosi facito flent tibi sæpe canes.
Siue latrocinij sub imagine calculus ibit:
Fac pereat vitreo miles ab hoste tuus.
*Ipse tene * distincta * suis vmbracula virgis,*
Ipse face in turba, quâ venit illa, locum.
Nec dubita tereti scamnum producere lecto:
Et tenero soleam deme vel adde pedi.
Sæpe etiam domina, quanuis [d] horrebis & ipse,
Algentis manus est calfacienda sinu.
Nec tibi turpe puta (quanuis sit turpe, placebit)
Ingenua speculum sustinuisse manu.
*Ille [e] fatigatæ * vincendo monstra nouercæ*
Qui meruit cœlum, quod prior ipse tulit.
*Inter * Ioniacas calathum tenuisse puellas*

Credi-

Creditur: & lanas excoluisse rudes.
Paruit imperio domina Tirynthius heros:
I nunc, & dubita ferre, quod ipse tulit.
Iussus adesse foro, iussa maturius hora
Fac semper venias: nec, nisi serus, abi.
Occurras aliquò tibi dixerit: omnia differ:
Curre, nec inceptum turba moretur iter.
Nocte domum repetens epulis perfuncta redibit:
*Tunc quoq; pro seruo, si vocat illa, veni.
Rure erit, & dicet venias, (amor odit inertes)
Si rota defuerit, tu pede carpe viam.
Nec graue te tempus, [a] sitiensue canicula tardet:
Nec via per iactas candida facta niues.
Militiæ species amor est: discedite segnes:
Non sunt hæc timidis signa tuenda viris.
Nox, & hyems, longæq; viæ, sæuiq; * labores
Mollibus his castris, & * dolor omnis abest.
Sæpe feres imbrem cœlesti nube solutum:
Frigidus in nuda sæpe iacebis humo.
[b] Cynthius Admeti vaccas pauisse * per æstus
Fertur: & in parua delituisse casa.
Quod Phœbum decuit, quẽ non decet? exue fastus,
Curam mansuri quisquis amoris habes.
Si tibi per tutum * placitumq; negabitur ire,
Atq; erit opposita ianua fulta sera:
At tu per præceps tecto delabere aperto:
Det quoq; furtiuas alta fenestra vias.
Læta erit, [c] vt causam tibi se sciet esse pericli:
Hoc domina certi pignus amoris erit.

* Tu
[a] Sirius. Arat. ὃς ῥα μάλιστα Ὀξείᾳ σφριάᾳ. Virgil. 10. aut Sirius ardor. Ille sitim morbosq; ferens. Hom. ἰλ. χ. * dolores recte.
* labor omnis inest libr. duo. probè.
[b] Apollo Admeti pecus pauit, adolescentis eius forma inductus. Callim. hymn. εἰς Ἀπόλλ. Tibull. lib. 2. Pauit & Admeti tauros formosi Apollo. Idem lib. 3. eleg. 4. Me quondam Adm. niueas pauisse iuuencas. Vide & Eurip. Alcest.
* Pheræas: al. pherbas. Sed rectum est Pheræas, hoc est, παιδὸς Φεραίου, vt est apud Euripid.
* placidumq; u. l. recte.
[c] Postquam sciet.

Sæpe

Sæpe tua poteras Leandre carere puella:
Tranabas, animum nosset vt illa tuum.
Nec pudor ancillas, vt quæq; erit ordine prima;
Nec tibi sit seruos demeruisse pudor.
Nomine quenq; suo (nulla est iactura) saluta:
Iunge tuas humiles ambitiose preces.
Sed tamen & seruo (leuis est impensa) roganti
Porrige fortunæ munera parua tuæ.
Porrige & ancillæ, quæ pœnas luce pependit
Lusa maritali Gallica veste manus.
Fac plebem (mihi crede) tuam: sit semper in illa
Ianitor, & thalami qui iacet ante fores.
Nec dominam iubeo precioso munere dones:
Parua, sed è paruis callidus apta dato.
Dum bene dives ager, dum rami pondere mutâ,
Afferat in calatho rustica dona puer.
Rure suburbano poteris tibi dicere missa
Illa: tibi in Sacra sint licet emta via.
Afferat aut vuas, aut quas Amaryllis amabat:
Et nunc castaneas, nunc amat illa nuces.
Quin etiam turdoq; licet, missaq; corona,
Te memorem dominæ testificêre tuæ.
Turpiter his emitur spes mortis, & orba senectus:
Ah pereant, per quos munera crimen habent!
Quid tibi præcipiam teneros quoq; mittere versus?
Hei mihi, non multum carmen honoris habet!
Carmina laudantur: sed munera magna petuntur:
Dum modò sit dives barbarus, ille placet.
Aurea sunt verè nunc sæcula: plurimus auro

Venit

* Transnabas

* tuis lib. duo. * manus libr. duo. * qua lib. tres: & ita legendũ. Innuit .n. Non. Caprotinas, quo die Galli cæsi sunt. Vide Parrh. expos. & epist. Politian. libr. x i, a Imitatione Terent. Adelph. Paulatim plebem primum facio meam, h. e. mihi fauentem. * Cum libr. duo. probè. * vel in sacr. libr. tres: & rectè. b Vbi poma vænibant contra aurum, id est, magnò, vt scripsit Varro. c Castaneas. * At libr. duo. d Hæreditas, q faciebant hæredipetæ. * nunc vere sunt. Propert. similia fere lib. 3. eleg. Quæritis vnde auid,

Venit honos: auro conciliatur amor.
Ipse licet venias Musis comitatus Homere:
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.
Sunt tamen & doctæ rarissima turba puellæ:
*Altera, non docta * turba, sed esse volunt.*
Vtraq; laudetur per carmina: carmina lector
Commendet dulci qualiacunq; sono.
*His ergo, * atq; illis, vigilatum carmen in ipsas*
Forsitan exigui muneris instar erit.
*At, quod * eris per te facturus, & vtile credis:*
Id tua te facito semper amica roget.
Libertas alicui fuerit promissa tuorum:
Hanc tamen à domina fac petat ille tua.
Si pœnam seruo, si vincula sæua remittis:
Quod facturus eras, debeat illa tibi.
Vtilitas tua sit: titulus donetur amicæ:
Perde nihil: partes illa petentis agat.
*Sed * tu, cuicunq; est retinendæ cura puellæ,*
Attonitum forma fac putet esse sua.
Siue erit in Tyrijs, Tyrios laudabis amictus:
[a]Siue erit in Cous, Coa decere puta.
Aurata est: ipso tibi sit precioſior auro:
*Gausapa si * sumit, gausapa sumta proba.*
Astiterit tunicata: moues incendia, clama:
Sed timida, caueat frigora, voce roga.
Compoſitum [b] discrimen erit, discrimina lauda:
[c]Torserit igne comam, torte capille places.
Brachia saltantis, vocem mirare canentis:
Et cum desierit, verba querentis habe.

* sed tamen esse libr. tres.

* aut perp.
* eras
* te libr. duo.
a Propert. libr. 2. Siue togis illam fulgent, incedere Cois. Coa gerebant propriè puellæ non nimium bonæ famæ. Vnde Horat. Cois tibi pæne videre Ve nudã est Micyll. legend. suspicatur Siue erit in Ceis, Ceadec. Vide Tibull. lib. 4. e. leg. 1.
* sumsit libr. duo.
b διαχλευσμα. Gloſſar. vet. Claud. hæc mortua numerosi dentis eburno Multifidum discrimen arat.
c Calamistro si crispauerit crinem.

Ipsos

*querula gaudia voce notes. libr. duo.

*dicta libr. duo. Fidem dictis tuis abroga: vt aliter sentire videaris, aliter loqui.

a Cicer. de inuent. Suspicio quædam apparationis atque artificiosæ diligentiæ maximè orationi fidem, oratori verò adimit auctoritatem.

*Auctumno

b Ideo in Metam. inæquales auctumnos appellat.

c Lustrationibus sulphur & aquam perennis fluu. adhibet Homer. ἰλ. ω'. Apulei. lucidam tedam, ouum & sulphur. Item Iuuenal. Saty. 2. & 6. Vide Natal. lib. 1. Mythol. cap. 14.

*tabulas: vt testamenta & fenum indicentur.

*suus libr. duo. probè.

Ipsos concubitus, ipsum venerêre licebit
*Quod tuuat: * & quædam gaudia vocis habe.*
Si fuerit torua violentior ipsa Meduſa:
Fiet amatori lenis & æqua suo.
Tantum ne pateas verbis simulator in illis,
*Effice: nec vultu destrue * verba tuo.*
Si latet ars, prodest: affert deprensa pudorem:
Atq; a adimit merito tempus in omne fidem.
*Sæpe sub * Auctumnum, cùm formosissimus annus,*
Plenaq; purpureo subrubet vua mero:
b Cũ modò frigorib. premimur, modò soluimur æstu:
Aëre non certo corpora languor habet.
Illa quidem valeat: sed, si malè firma cubabit,
Et vicium cœli senserit ægra sui:
Tunc amor, & pietas tua sit manifesta puellæ:
Tunc fere, quæ plena postmodò falce metas.
Nec tibi morosi veniant fastidia morbi:
Perq; tuas fiant, quæ sint illa, manus.
Et videat flentem: nec tædeat oscula ferre:
Et sicco lacrymas combibat ore tuas.
Multa voue, sed cuncta palàm: quotiesq; licebit,
Quæ referas illi, somnia læta vide.
Et veniat, quæ c lustret anus lectumq; locumq;:
Præferat & tremula sulphur & oua manu.
Omnibus his inerunt gratæ vestigia curæ:
*In * thalamos multis hæc via fecit iter.*
Ne tamen officijs odium quæratur ab ægra,
*Sit * tuus in blanda sedulitate modus.*

Néue

Néue cibos præbe: nec amari pocula ſucci
Porrige: riualis miſceat illa tuus.
Sed non, quo dederas à littore carbaſa, vento
**Vtendum, medio cum potiare freto.*
*Dum nouus errat amor, vires ſibi * colligit vſu:*
Si bene nutrieris, tempore firmus erit.
Quem taurum metuis, vitulum mulcere ſolebas:
Sub qua nunc recubas arbore, virga fuit.
Naſcitur exiguus, ſed opes acquirit eundo,
Quaq; venit, multas accipit amnis aquas.
Fac tibi [a] conſueſcat: nihil aſſuetudine maius,*
Quam tu dum capias, tædia nulla fuge.
Te ſemper videat: tibi ſemper præbeat aures:
Exhibeat vultus noxq; diesq; tuos.
Cum tibi maior erit fiducia [b] poſſe requiri:
Tunc procul abſenti cura futurus eris.
Da requiem: requietus ager bene [c] credita reddit:
Terraq; cœleſtes arida ſorbet aquas.
*Phyllida Demophoon præſens * moderantius vſus:*
Exarſit veli acrius illa datis.
Penelopen abſens ſolers torquebat Vlyſſes:
[d] Phyllacides aberat Laodamia tuus.
Sed mora tuta breuis: [e] lenteſcunt tempore curæ:
Vaneſcitq; abſens, & nouus intrat amor.
Dum Menelaus abeſt, Helene, ne ſola iaceret,
Hoſpitis eſt tepido nocte recepta ſinu.
Quis ſtupor hic Menelaë fuit? tu ſolus abibas,
Iiſdem ſub tectis hoſpes & vxor erant.
[f] Accipitri timidas credis furioſe columbas:

* Vtendum eſt libr. duo.
* colligat
[a] Virg. Georg. 2. — adeo a teneris conſuescere mult. eſt. Theophr. libr. 4. de cauſ. pl. γέγονε δ' οἷον φύσις τὸ ἔθος.
* nil
[b] Vt abſentis tui deſiderio afficiatur, tunc aliquandiu ab ea te amouebis.
[c] Semina terræ mandata.
* moderatius libr. duo melius.
[d] Proteſilaus Phylaci nepos ex patre Iphiclo. Micyll.
[e] Lentiores fiunt ac minuuntur.
[f] Prouerbial. figura Terent. Quem lupo commiſti. Cic. O præclarum cuſtodem ouium, vt aiunt, lupum.

Plenum

Plenum montano credis ouile lupo.
Nil Helene peccat: nil hic committit adulter:
Quod tu, quod faceret quilibet, ille facit.
Cogis adulterium, dando tempusq́, locumq́:
Quo, niſi conſilio eſt vſa puella tuo?
Quid faciat? vir abeſt, et adeſt non ruſticus hoſpes:
Et timet in vacuo ſola cubare toro.
Viderit Atrides: Helenen ego crimine ſoluo:
Vſa eſt humani [a] *commoditate viri.*
Sed neq; fuluus aper media tam ſæuus in ira eſt,
Fulmineo * *rapidos dum rotat ore canes:*
Nec lea, cùm catuſis lactentibus vbera præbet:
Nec breuis ignaro vipera læſa pede:
Femina quàm ſocij deprenſa pellice lecti
Ardet: & [b] *in vultu pignora mentis habet.*
In ferrum flammasq́, ruit: poſitoq́, * *decore*
Fertur, vt [c] *Aonij cornibus icta Dei.*
Coniugis admiſſum, violatasq́, iura mariti,
Barbara per natos Phaſias vlta ſuos.
Altera dira parens (hæc eſt, quam cernis, hirundo)
Aſpice, ſignatum ſanguine pectus habet.
Hoc bene cõpoſitos, **hoc firmos rumpit amores:*
Crimina ſunt cautis iſta timenda viris.
Nec mea vos vni [d] *donat cenſura puellæ:*
Dij melius; vix [e] *hoc nupta tenere poteſt.*
Ludite: ſed furto celetur culpa modeſto:
Gloriæ peccati nulla petenda tui eſt.
Nec dederis munus, cognoſſe quod altera poſſit:
**Et ſint nequitiæ tempora certa tuæ.*

[a] τῇ εὐθείᾳ. Eſtq; ironia.

* rabidos.

[b] Catull Frons expirantis præportat pectoris iras.

* pudore

[c] Mænadum aliqua. Medea. Progne.

* Hoc diſtich. in duob. libr. omittitur. alij legunt: Hæc ben.

[d] Addicit tanquam rem propriam.

[e] Vt vno ſit contenta.

* Nec lib. tres & rectius.

Et, ne

Et, ne te capiat latebris sibi femina notis,
*Non vno est * semper conuenienda loco.*
*Et quoties * scribu, totas prius ipse tabellas*
Inspice: plus multæ, quàm sibi missa, legunt.
[a]Læsa Venus iusta arma mouet, telumq; remittit:
*Et modò * quod questa est, ipse querare facit.*
Dum fuit Atrides vna contentus, & illa
Casta fuit: vitio est improba facta viri.
Audierat [b] laurumq; manu, vittasq; ferentem
Pro nata Chryseu non valuisse sua.
Audierat [c] Lyrnesi tuos abducta dolores:
Bellaq; per turpes longius isse moras
Nec tantum audierat. [d] Priameïda viderat ipsa,
Victor erat præda præda pudenda suæ.
Inde [e] Thyestiaden animo thalamoq; recepit:
Et male peccantem [f] Tyndaris vlta virum est.
Quæ bene celaris, si quà tamen acta patebunt,
Illa licet pateant, tu tamen vsq; nega.
Tu neq; subiectus, solito neq; blandior esto:
Hæc animi multum signa nocentis habent.
*Sed lateri * nec parce tuo: & pax omnis in illo est:*
Concubitu prior est insitianda Venus.
*Sunt qui præcipiant herbas * Saturea nocentes*
Sumere: iudicijs ista venena meis.
Aut piper vrticæ mordacis semine miscent:
Tritaq; in annoso flaua pyretra mero.
*Sed Dea non patitur sic ad sua * munera cogi,*
Colle sub vmbroso quam tenet altus Eryx.

* omnis
* scribes melius.
a Amica offensa.
* quæ questa est ipsa querare ta. libr. duo. rectè.
b Hom. σὺμμα τ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος.
c Διαφορὴ ad Briseidem Lyrneso orundam.
* Hæc Naugè probe.
d Cassandram.
e Aegysthum à voce patronym.
f Clytæmnestra.
* ne
g Pacificatio.
* Satyrea Græca scriptione: σατύριον. alij Satureia, quæ & thymbr. peram. cum sit feminin.

* gaudia libr. duo.

* Alcathoi. Ita quidã corrigunt Megaram intelligentes, cui Alcathous Pelop. F. imperauit post Megareõ, teste Pausan. Sed cum arcium Megarens. altera dicta sit Alcathoë, viderur poëta σιωικδοχικῶς ἢ μεταυμικῶς hoc nomen toti vrbi accommodasse.

Candidus Alcathoë qui mittitur vrbe Pelasga*
Bulbus: & ex horto quæ venit [a] herba salax:
*Ouaq; sumantur, * nec non humentia mella,*
Quæsq; tulit folio pinus acuta nuces.
*Docta quid ad magicas. Erato * diuerteris artes?*
*Interior curru meta * tenenda meo est.*
Qui modò celabas monitu tua crimina nostro,
Flecte iter: & monitu detege furta meo.
*Nec leuitas*mea culpanda est: *nec semper eodem*
Impositos vento panda carina vehit.
Nam modò Threicio Borea, modò currimus Euro:
Sæpe tument Zephyro lintea, sæpe Noto.
Aspice, vt in curru modò det fluitantia rector
Lora: modò admissos arte retentet equos.
Sunt quibus [b] ingrate timida indulgentia seruit:
Et, si nulla subest æmula, languet amor.
Luxuriant animi rebus plerunq; secundis:
Nec facile est æqua commoda mente pati.
*Vt leuis * absumtis paulatim viribus ignis*
Ipse latet: summo candet in igne cinis.
Sed tamen extinctas admoto sulphure flammas
Inuenit: & lumen, quod fuit antè, redit.
Sic, vbi [c] pigra situ, securaq; pectora torpent:
Acribus est stimulis eliciendus amor.
Fac timeat de te: tepidamq; recalface mentem:
Palleat indicio criminis illa tui.
O, quantũ, & quoties numero cõprendere non est,

a Eruca 2. Remed.
*sumantur Hymertia lib. tres.
vt sit geminatio.
* conuerteris libr. duo. sed malo diuerter. vt significetur digressio, ideo sequitur, Interior. h. e. minus remota & deuia.
* terenda libr. duo. probè.
* culpanda mea est. libr. duo.
* non.
b Ingratum est obsequij seruitiũ sine pellice.
* assumtis libr. duo: minus bene. non enim latet ignis, postquam vires sumsit.
c Tarda amandi desuetudine.

Felicem

Felicem, de quo læsa puella dolet!
Quæ simul inuitas crimen peruenit ad aures,
Excidit: & miseræ vox, & color, fugit.
[a] Ille ego sim, cuius laniet furiosa capillos:
Ille ego sim, teneras cui petat vngue genas.
Quem videat lacrymans, quem toruis spectet ocellis:
Quo sine non posit viuere, posse velit.
Si spacium quæras, breue sit, quo læsa queratur:
Ne vires lenta colligat ira mora.
Candida iamdudum cingantur colla lacertis:
Ingq; tuo flens est accipienda sinu.
Oscula da flenti: Veneris da gaudia flenti:
Pax erit: hoc vno soluitur ira modo.
Cùm bene sæuierit, cùm [b] certa videbitur hostis:
Tunc pete concubitus fœdera: mitis erit.
Illic depositis habitat concordia telis:
Illo (crede mihi) gratia nata loco est.
Quæ modò pugnarũt, iungunt sua rostra columbæ:
Quarum blanditias verbaq; murmur habet.
[c] Prima fuit rerum confusa sine ordine moles:
Vnaq; erat facies, sidera, terra, fretum.
Mox cœlum impositum est terris: humus æquore
Inq; suas partes cessit inane Chaos. (cincta est:
Sylua feras, * aër volucres accepit habendas:
In liquida pisces delituistu aqua.
Tum genus humanum solis errabat in agris:
*Huq; meræ vires, & rude corpus erat.
Sylua, domus fuerat: cibus, herba: cubilia, frondes:
Iamq; diu nulli cognitus alter erat.

a Idẽ Propert. Cynth. iubet lib. 3. Tu verò nostros, audax, inuade capillos, Et mea formosis vnguibus ora nota.

b Græc. est σαφὴς, sic σαφὴς πρᾶξις Xenoph. à Cicerone exponitur certiss. paupertas.

c Chaos rerum principium.

* cepit, volucres agicabilis aër libr. duo: melius.
* Idque.

Blanda truces animos fertur mollisse voluptas:
Constiterant vno femina virq; toro.
Quid facerent, ipsi nullo didicêre magistro:
[a] Arte Venus nulla dulce peregit opus.
Ales habet quod amet: cũ quo sua gaudia iungat,
Inuent in media femina pisce aqua.
Cerua parem sequitur: serpens serpente tenetur:
Hæret adulterio cum cane nexa canis.
Læta salitur ouis: tauro quoq; læta iuuenca est:
Sustinet [b] immundum sima capella marem.
*[c] In furias agitantur equæ: spatioq; * remota*
Per loca diuiduos amne sequuntur equos.
Ergo agè, & iratæ medicamina fortia prabe:
[d] Illa feri requiem sola doloris habent.
Illa Machaonios superant medicamina succos:
His, vbi peccaris, restituendus eris.
Hæc ego cùm canerem, subitò manifestus Apollo
Mouit inauratæ pollice fila lyræ.
*In manibus laurus: sacrus * inducta capillis*
Laurus erat: vates ille videndus adest.
Is mihi, lasciui, dixit, præceptor amoris,
Duc age discipulos ad mea templa tuos.
*Est * vbi diuersum fama celebrata per orbem*
[e] Littera, cognosci quæ sibi quenq; iubet.
Qui sibi notus erit, solus sapienter amabit:
Atq; opus ad vires [f] exiget omne suas.
Cui faciem natura dedit, spectetur ab illa:
Cui color est, humero sæpe patente cubet.
Qui sermone placet, tacitúrna silentia vitet:

[a] Sine docentis opera, absque magistro. Sept. catus.

[b] Olentem.

[c] 3. Georg. In furias ignemq; ruunt.

* remoto libr. duo.

[d] ἀνώδυνα sunt, τῷ πονεῖν ὀδύνας. Metaph. à corpor. ad anim.

* inducta libr. duo.

* ibi

[e] τὸ γνῶθι σεαυτὸν, pro foribus templi Delphici ab Amphictyonibus inscriptũ. Plato Charmid.

[f] Bona sua naturæ regula metiendo.

Qui

Qui canit arte, canat: qui bibit arte, bibat.
Sed neq; declament medio sermone diserti:
Nec sua vesanus scripta poëta legat.
Sic monuit Phœbus: Phœbo parete monenti:
Certa Dei sacro est huius in ore fides.
*Ad propiora vocor. quisquis * sapienter amabit,* *patienter melius.
Vincet: & è nostra, quod petet, arte feret.
Credita non semper sulci cum fenore reddunt:
Nec semper dubias adiuuat aura rates.
Quod iuuat, exiguum est: plus est, q̃ ladit aman-
Proponant animo multa ferenda suo. (tes:
Quot lepores in Atho, quot apes pascuntur in Hy-
Cærula quot baccas Pallados arbor habet: (bla,* * Palladis.
Littore quot conchæ: tot sunt in amore dolores:
Quæ patimur, multo spicula felle madent.
*Dicta erit isse foras, * quam tu fortasse videbis:* * quum
Isse foras, & te falsa videre puta.
Clausa tibi fuerit promissa ianua nocte:
Perfer, & immunda ponito corpus humo. * Perfer & immun. ponere. alij: & in nuda ponere, h. e. sustine corpus ponere etiam in humo nuda.
Forsitan & vultu mendax ancilla superbo
*Dicet, quid nostras * obsidet iste fores?* * possidet peram.
*Postibus, & duræ * precibus blandire puellæ:* * supplex libr. tres probè.
*Et capiti demtas * limine pone rosas.* * in fore
Cùm volet, accedes: cùm te vitabit, abibis: * Effuge, dehinc non est. Est autem locus obscurus.
Dedecet ingenuos tædia ferre sui.
Effugere hinc non est, quare tibi posit amica * obest
*Dicere, non omni tempore sensus * abest.*
Nec maledicta puta, nec verbera ferre puellæ
Turpe: nec ad teneros oscula ferre pedes.

Quid moror in paruis? animus maioribus instat:
Magna canam: toto pectore vulgus ades.
*Ardua molimur: sed nulla, nisi ardua * vincunt.*
Difficilis nostra poscitur arte labor.
Ritualem patienter habe: victoria tecum
Stabit: eris magni victor in arce Iouis.
Hæc tibi non hominē, sed quercus crede [a] Pelasgas
Dicere: nil istis ars mea maius habet.
Innuet illa, feras: scribet, ne tange tabellas:
*Vnde * libet, veniat: * quoq; libebit, eat.*
Hæc in legitima præstant vxore mariti,
Cum tener ad partes tu quoq; somne venis.
Hæc ego, confiteor, non sum perfectus in arte:
Quid faciam? monitis sum minor ipse meis.
Mēne palam nostræ det quisquam signa puellæ?
*Et * patiar? nec me quolibet ira ferat?*
Oscula vir dederat (memini) suus: oscula quæstus
Sum data: barbarie nostra abundat amor.
Non semel hoc vitium nocuit mihi: doctior ille est,
[b] Quo veniunt alij conciliante viri.
Sed melius nescisse fuit: sine furta tegantur:
**Nec fugiat victo * falsus ab ore pudor.*
Quo magis ô iuuenes deprendere parcite vestras:
**Peccent: peccantes verba dedisse putent.*
Crescit amor prensis: vbi par fortuna duorum est,
In causam damni perstat vterq; sui.
Fabula narratur toto notissima cœlo;

* virtus libr. tres. rectè. Aristot. 2. Nicom. περὶ τὸ καλλιπώγωνον ἀεὶ ἡ τέχνη καὶ ἡ ἕξις. Vide adag. σύσκολα τὰ καλά.

[a] Dodonæi templi, quod Pelasgi extruxerunt. vbi columbæ & quercus humana voce responsa dedisse perhibentur. Vide Herodot. libr. 2.

* volet, libr. tres probè.

* quaq;

* Hoc

* patiar ne me perp.

[b] Qui alios quoque puellę suæ amatores conciliat.

* Ne fug. victo fassus lib. tres. rectè. h. e. ne culpæ sæpius commicta peccandi pudorē abijciat.

* Peccant in antiquis rect. si peccant, putent se amatores decepisse.

Mulci-

*Mulciberis capti Marsq; Venusq; dolis.
Mars pater insano Veneris turbatus amore,
De duce terribili factus amator erat.
Nec Venus orienti (nec enim Dea mollior vlla est
Rustica Gradiuo difficilusq; fuit.
Ah quoties lasciua *pedes risisse mariti
Dicitur, & duras igne vel arte manus.
Marte palàm simul * est Vulcanum imitata, dece-
Multaq; cum forma gratia mista fuit. (bat:
Sed bene concubitus primò celare solebant:
Plena verecundi culpa pudoris erat.
[a]Indicio Solis (quis Solem fallere posset?)
Cognita Volcano coniugis acta suæ.
Quàm mala Sol exemplà *moues: pete munus ab
Et tibi, si taceas, quod dare possit, habet. (ipsa:
Mulciber obscuros lectum circaq; *superq;
Disponit laqueos: lumina fallit opus.
[b]Fingit iter Lemnon: veniunt ad fœdus amantes:
Impliciti laqueis nudus vterq; iacent.
Conuocat ille Deos: præbent spectacula capti:
Vix lacrymas Venerem continuisse *putant.
Non vultus texisse suos, non demiq; possunt
Partibus obscœnis opposuisse manus.
Hîc aliquis ridens, [c]in me fortissime Mauors,
Si tibi sunt oneri, vincula transfer, ait.
Vix precibus Neptune tuis captiua resoluit
Corpora: Mars[d] Creten occupat: illa Paphon.
Hoc tibi profecit Volcane: quod antè tegebant,
Liberius faciunt: & pudor omnis abest.

* Mulcibri libr. tres. contra lectionem Prisciani.
* pedem
* & libr. tres.
a ὐδ. Φ. ἄφαρ δὲ οἱ ἀγγελος ἦλθεν Ηλιος.
* mouet.
* supraque
b Homer. εἶσατ' ἰόντε ἐς Λῆμνον.
* ferunt libr. duo.
c Homerus ista Mercurium dicentem fecit.
d Videtur legend. Thracen ex Homeri versibus his: τὸ μὲν Θρήκλω δὲ βεβήκει, ἡ δ' ἄρα κύπρον ἵκανε φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη ἐς Πάφον.

Sæpe tamen demens ſtultè feciſſe fateris :
Teq; ferunt iræ pœnituiſſe tuæ.
*Hoc vetui : vos ecce vetat deprenſa Dione
Inſidias illas, quas tulit ipſa, dare.
Nec vos riuali laqueos diſponite : nec vos
Excipite arcana verba notata manu.
Iſta viri captent, ſi * iam captanda putabunt :
Quos * faciet iuſtos ignis & vnda viros.
En iterum teſtor : nil hic, niſi lege remiſſum :
Luditur in noſtris [a] inſtita nulla iocis.
Quis Cereris ritus audet vulgare profanus ?
Magnaq; [b] Threicia ſacra reperta Samo ?
*Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus :
*At contra grauis eſt culpa, tacenda loqui.
Quàm bene : quod, fruſtra captatis arbore pomis,
Tantalus in media garrulus aret aqua.
Præcipuè [c] Cytherea iubet ſua ſacra taceri :
Admoneo, veniat ne quis ad illa loquax.
Condita ſi non ſunt Veneris myſteria [d] ciſtis :
Nec caua veſanis ictibus [e] æra ſonant :
Attamen inter nos medio verſantur in vſu :
*Sed ſic inter nos vt latuiſſe velint.
Ipſa Venus pubem, quoties velamina ponit,
Protegitur læua ſemireducta manu.
In medio paßimq; coit pecus : hoc quoq; viſo
Auertit vultus ſæpe puella ſuos.

* Hæc
* tam captanda probabunt. Micyll. ſi capt. putabunt.
* facient libr. duo rectè. Innuit autem nuptias legitimas, in quibus ignis & aqua in limine poſita ab vtrisq; manu tangebãtur: ipſaq; nupta eiuſdem aquæ aſperſione luſtrabatur. Vide Plutarch. probl.
[a] Matrona. Signum prore ſignata. Repetit ꝓteſtationem initio poſitam.
[b] In Samothracia. Diod. 5.
* Exigua
* Et
[c] Tibull. celari vult ſua furta Venus. Et quæ ſequuntur lib. 1. eleg. 2.
* Sic tamen libr. tres. probè.
[d] Quæ in Cereris ſacris inter ſymbola habebantur ſignificantes omnia clauſa atq; arcana haberi debere.
[e] Cimbala & tinnitus æris, quorum ſimiliter vſus fuit in ſacris Dionyſij & Cereris Proſerpinæque, quæ coniuncta fuêre. Micyll.

Conue-

Conueniunt thalami furtis & ianua nostris :
Parsq; sub intecta veste pudenda latet.
Et si non tenebras, * aut quiddam nubis opacæ
Quærimus : * est aliquid luce patente minus.
Tum quoq;, cum solem nondū prohibebat & imbrē
Tegula, sed quercus tecta cibumq; dabat :
In nemore atq; antris, nō sub Ioue iuncta voluptas.
Tanta rudi populo cura pudoris erat.
At nunc nocturnus titulos imponimus actis :
Atq; emitur magno nil, nisi posse loqui.
a Scilicet excutiēs omnes, vbi quæq; puella est :
Cuilibet vt dicas, Hæc quoq; nostra fuit.
*Nec desint, quas tu digitis ostendere possis.
*Vt quamq; attigeris, fabula turpis erit.
Parua queror : fingunt * quædam, quæ vera negant :
Et nulli non se concubuisse ferunt.
*Corpore si nequeunt, & possunt, nomine tanguntur :
Famaq;, non facto crimine, crimen habet.
I nunc, claude fores custos odiose puellæ :
Et centum duris postibus adde seras.
Quid tuti superest, vbi nominis extat adulter ?
Et credi, quod non contigit esse, cupit ?
Nos etiam veros parcè profitemur amores :
Tectaq; * sint solida mystica furta fide.
Parcite * præterea vitia exprobrare puellis :
Vtile quæ multis dissimulasse fuit.
Nec suus Andromedæ color est obiectus ab illo,
b Mobilis in gemino cui pede penna fuit.
Omnibus Andromache visa est spatiosior æquo :

* at quidd.
* atque libr. tres & rectè.
a Tres sequentes versus ἀθετοῦνται, & cū interrogatione leg. Micyll.
* Neu
* Nec quanq;
* quidam libr. tres rectè.
* Corpora si nequeunt, quæ possi. nomina libr. duo. melius.
* sunt lib. tres. rectè.
* præcipuè libr. tres. melius.
b Notatio Persei.

Vnus qui modicam diceret, Hector erat.
Quod malè fers, assuesce, feres bene: multa vetu-
Lenit: at incipiens omnia sentit amor. (stas
Dum nouus in viridi coalescit cortice ramus:
Concutiat tenerum qualibet aura, cadet.
*Mox etiam ventis spatio durata * resistit,*
Firmaq; adoptiuas arbor habebit opes.
Eximit ipsa dies omneis de corpore mendas:
Quodq; fuit vitium, desinit esse mora.
Ferre b nouæ nares taurorum terga recusant:
**Assiduè domitas tempore fallit odor.*
c Nomimbus mollire licet mala: fusca vocetur,
Nigrior Illyrica cui pice sanguis erit.
Si pæta est, Veneri simile: si flaua, Mineruæ:
*Sit gracilis, macie quæ malè * visa sua est.*
*Dic *agilem, quæcunq; breuis: quæ turgida, plenã:*
Et lateat vitium proximitate boni.
Nec quotus annus eat, nec quo sit nata require
*Consule: quæ rigidus * munera censor habet.*
Præcipuè si flore caret: melius q; peractum est
Tempus: & albentes iam liga illa comas.
Vtilis ô iuuenes, aut d hæc, aut serior ætas:
e Iste feret segetes, iste serendus ager.
Dum vires annig; sinunt, tolerate labores:
Iam veniet tacito curua senecta pede.
*Aut mare nauigijs, aut vomere * scindite terram:*
Aut fera belligeras addite in arma manus:
Aut latus & vires, operamq; afferte puellis:
**Hæc quoq; militia est: *hæc quoq; * fecit opes.*

a Idem paulo antè nihil assuetudine maius.
* Leniet: incip. libr. duo.
* resistet libr. duo.
b Non assuetæ fœtori.
* Assiduo libr. duo.
c Lucret. lib. 4. Nam hoc faciunt homines plerunq; cupidine cæci: Et tribuunt ea, quæ non sunt his commoda vere, &c. τὰ σκληρὰ μαλθακῶς λέγει.
* viua
* habilem
* munia. quod Censoris est inquirere: quod Cens. officium.
d Ætas florida.
e ἀλληγορικῶς a maturiore ætate fructum sperandum esse dicit: floridiorem amori magis esse idoneam.
* findite libr. duo.
* Hoc libr. duo.
* quærit

Adde

Adde quod est [a] *illis operum prudentia maior :*
Solus & artifices qui facit, vsus adest.
Illa mundicijs annorum damna rependunt :
Et faciunt cura, ne videantur anus.
Vtq; velis, Venerem iungunt per mille figuras :
Inuent plures nulla tabella modos.
Illis sentitur * *non irritata voluptas :*
Quod iuuat, ex æquo femina virq; ferunt.
Odi concubitus, qui non vtrinq; resoluunt :
Hoc est, cur pueri tangar amore minus.
Odi quæ [b] *præbet, quia sit præbere necesse :*
Siccaq; [c] *de lana cogitat ipsa sua.*
Quæ datur officio, non est mihi grata voluptas :
Officium faciat nulla puella mihi.
Me voces audire iuuat sua gaudia fassas :
Vtq; morer, me me, sustineamq;, roget.
Aspiciam dominæ victos amentu ocellos :
Langueat : & tangi se vetet illa diu.
Hæc bona non primæ tribuit natura iuuentæ :
Quæ citò [d] *post septem lustra venire solent.*
Qui properant, noua musta bibant : mihi fundet a-
[e]Consulibus priscis condita testa merũ. (uetum
Nec platanus, nisi sera, potest obsistere * *ventis :*
Et lædunt nudos prata nouella pedes.
Scilicet Hermionen Helenæ præponere posses ?
Et melior Gorge, quàm sua [f] *mater, erat ?*
* *Ad Venerem quicunq; voles attingere seram,*
Si modò duraris, præmia digna feres.
Conscius ecce duos accepit lectus amantes :

[a] Aetate prouectioribus : Idem v. 1. Met. seris venit vsus ab annis.

* tractu irritata. Merul. tactu irr.

[b] πραξίχρ ἑαυτὴν.

[c] De lanificio suo.

[d] Post trigesimum quintum annum.

[e] Vinorum .n. ætas per Coss. designabatur.

* vento

[f] Althea.

* At

Ad

Ad thalami clausas Musa resiste fores.
Sponte sua sine te celeberrima verba loquentur:
Nec manus in lecto læua iacebit iners.
Inuenient digiti quid agant in partibus illis,
In quibus occultè spicula tingit amor.
*Fecit in * Andromache prius hoc fortissimus He-*
Non solum bellis vtilis ille fuit. (ctor:
Fecit & in capta Lyrnesside magnus Achilles,
Cùm premeret mollem lassus ab hoste torum,
Illis te manibus tangi Brisei sinebas,
Imbutæ Phrygia quæ nece semper erant.
An fuit hoc ipsum, quod te lasciua iuuaret,
Ad tua victrices membra venire manus?
Crede mihi, Veneris non est properanda voluptas:
Sed sensim tarda perficienda mora.
Cùm loca reppereris, quæ tangi femina gaudet,
Non obstet, tangas quo minus illa, pudor.
Aspicies oculos tremulo fulgore micantes:
*Vt Sol * in liquida sæpe refulget aqua.*
Accedunt questus: accedat amabile murmur,
Et dulces gemitus, aptaq; verba ioco.
Sed neq; tu dominam velis maioribus vsus
** Desere, nec cursus ante eat illa tuos.*
Ad metam properate simul: tunc plena voluptas,
Cùm pariter victi femina virq; iacent.
Hic tibi seruandus tenor est, cùm libera dantur
Ocia, furtiuum nec timor vrget opus.
Cùm mora non tuta est: totis incumbere remis
Vtile, & admisso subdere calcar equo.

Finis

¶ Andromachen perp.

* à liquida, h. e. repercussus ab aqua. Virg. 8. Sicut aqua tremulũ labris vbi lumen ahenis Sole repercussum, aut radiant.

* Desine

Finis adest operi: palmam date grata iuuentus:
Sertaq; odoratæ myrtea ferte comæ.
Quantus apud Danaos Podalirius arte medendi,
Aeacides dextra, Pectore Nestor erat:
Quantus erat Calchas extis, Telamonius armis,
Antomedon curru: tantus amator ego.
Me vatem celebrate viri: mihi dicite laudes:
Cantetur toto nomen in orbe meum.
Arma dedi vobis: dederat Volcanus Achilli:
Vincite muneribus, vicit vt ille, datis.
Sed quicunq; meo superarit [a] Amazona ferro,
Inscribat spolijs: Naso magister erat.
Ecce rogant teneræ, sibi dem præcepta, puellæ:
Vos eritis chartæ proxima cura meæ.

[a] Puellam. Species pro genere.

P. OVIDII NASONIS SVLMONENSIS DE ARTE AMANDI

Liber III.

Prima dedi Danais in Amazonas arma: super-
Quæ tibi dem, & turbæ Penthesilea tuæ. (sunt
Ite in bella pares: vincant, quibus alma Dione
Fauerit, & toto qui volat orbe puer.
Non erat armatis æquum concurrere nudas:
Sic etiam vobis vincere turpe viri.
*Dixerit è multis aliquis: * cur virus in angues*
*Adjcis? & * rapidæ tradis ouile * lupæ?*

* Arma dedi Dan. in Amazonas: arma supersunt Quæ tibi. rectius fortasse.

* quid libr. duo.
* rapidis lupis libri duo. melius.

Parcite

Parcite paucarum diffundere crimen in omneis:
Spectetur meritis quæq; puella suis.
Si minor Atrides Helenen, [a] *Heleneśq; sororem,*
Quo premat Atrides crimine maior habet:
Si scelere [b] *Oeclides* [c] *Talaoniæ Eryphiles*
Vnus, & in viuis ad Styga venit equis:
Est pia Penelope lustris errante duobus,
Et totidem lustris bella gerente viro.
Respice Phyllaciden: & [d] *quæ comes isse marito*
Fertur, & ante annos occubuisse suos.
Fata [e] *Pheretiadæ* [f] *coniux Pagasæa redemit:*
Proq; viri est vxor funere lata sui.
Accipe me Capaneu, cineres miscebimus, inquit
Iphias: in medios desiluitq; rogos.
Ipsa quoq; & cultu est & nomine, femina Virtus:
Nec mirum, populo si * *placet ipsa suo.*
Non tamen hæ [h] *mentes nostra poscuntur ab arte:*
Conueniunt cymbæ vela minora meæ.
Nil, nisi lasciui per me discuntur amores:
Femina præcipio quo si sit amanda modo.
Femina nec flammas, nec sæuos excutit arcus:
Parcius hæc video tela nocere viris.
Sæpe viri fallant, tenera non sæpe puellæ:
Paucaq;, si quæras, crimina fraudis habent.
Phasiadem matrem fallax dimisit Iason:
Venit in Aesonios [i] *altera nupta sinus.*
Quantum ad te Theseu, volucres Ariadna marinas
Pauit, in ignoto sola relicta loco.
Quare Nouem cur isse * *vices dicatur, & audi*
Deposi-

[a] Clytæmnestr.
[b] Amphiaraus Oeclei F.
[c] Talaonis Argiuor. regis F.
[d] Laodamiam.
[e] πεισάνδρος φέρητος. qui est Admetus. Eurip.
[f] Alcestis Thessala.
[g] Euadne.
* fauet rectè.
[h] e. feminis æquior est quàm maribus.
[h] Virtute præditæ, quales sunt virgines & matronæ.
[i] Creusa.
* vias al. Quære nouem vicibus cur vna feratur. & audi. sed mendosè: legendum enim est vias. Phyllis nanq; Demophoont. aduśq; Nouem vias secuta est: vbi tandē mortem sibi conscíuit. Parrh. Locus autem ille Græc. est εὐξείνος siue εὐξεῖνα ὁδοί. in Thrac. circa Amphipolin.

Depositis syluas Phyllida flesse comis.
Et famam pietatis habet: tamen hospes & ensem
Præbuit, & causam mortis, Elisa, tuæ.
Quid vos perdiderit, dicam: nescistis amare:
Defuit ars vobis: arte perennat amor.
Nunc quoq; nescirent: sed me Cytherea docere
Iussit: & ante oculos constitit ipsa meos.
Tum mihi, Quid miseræ, dixit, meruêre puellæ?
Traditur armatis vulgus inerme viris.
Illos artifices gemini fecêre libelli:
Hæc quoq; pars monitis erudienda tuis.
[a] Probra Therapnææ qui dixerat antè maritæ:
Mox cecinit laudes prosperiore lyra.
Si bene te nosti, cultas ne læde puellas:
Gratia, dum viuis, ista petenda tibi est.
*Dixit: & è myrto (myrto nam vincta capillos
Constiterat) folium, granaq; pauca dedit.
Sensimus [*] acceptum numen quoq; : * purior æther
Fulsit: & è toto pectore cessit onus.
Dum [*] fauet ingenium petite hinc præcepta puellæ: [*] facit libr. duo. probè.
Quæ pudor, & leges, & sua iura sinunt.
Venturæ memores iam nunc estote senectæ:
Sic nullum vobis tempus abibit iners.
Dum licet: & [b] veros etiam nunc editus annos: [b] Nonocculta-
Ludite: eunt anni more fluentis aquæ. tis ætatē, quip-
Nec quæ præterijt, * rursum reuocabitur vnda: pe adhuc flo-
Nec, quæ præterijt hora, redire potest. rentem.
Vtendum est ætate: cito pede labitur ætas: * cursu
Nec bona tam sequitur, quàm bona prima fuit.

[a] Stesichorum innuit qui Helenæ palinodiam cecinit. Plat. in Phædr. Pausan. Lacon. * Dixerat & myrti.
* acceptis
* purius libr. duo. melius.

Hos

Hos ego, qui canent frutices, violaria vidi:
Hac mihi de spina grata corona data est.
Tempus erit, quo tu, quæ nunc excludis amantes,
[a]Frigida deserta nocte iacebis anus.
Nec tua frangetur nocturna ianua rixa:
Sparsa nec inuenies limina mane rosa.
Quàm citò (me miserum) laxantur corpora rugis!
Et perit, in nitido qui fuit ore, color!
Quasq́; fuisse tibi canas [b]à virgine iuras:
Spargentur subitò per caput omne comæ.
[c]Anguibus exuitur tenui cum pelle vetustas:
Nec faciunt ceruos cornua tecta senes.
Vestra sine auxilio fugiunt bona: carpite florem:
*Qui nisi * captus erit, turpiter ipse cadet.*
Adde, quod & partus faciunt breuiora iuuentæ
Tempora: continua messe senescit ager.
Latmius Endymion non est tibi Luna rubori:
Nec Cephalus [d]roseæ præda pudenda Deæ.
Vt taceam de te, quem nunc quoq; luget, Adoni:
*Vnde habet Aenean, * Hermionenq; Venus?*
Ite per exemplum genus ô mortale Dearum:
Gaudia nec cupidis vestra negate viris.
Vt iam decipiant, quid perditus? omnia constant:
Mille licet sumant, deperit inde nihil.
Conteritur ferrum: silices tenuantur ab vsu:
Sufficit, & damni pars caret illa metu.
[e]Quis vetet apposito lumen de lumine sumi?
Quisue cauum vastas in mare seruet aquas?
[f]Et tamen vlla viro mulier non expedit (inquit)

Quid,

[a] Horat. lib. 1. Oda 25. Parcius iunctas quatiunt fenestras Ictibus crebris iuuenes protervi. & quæ seq.

[b] Ab ineunte ætate: sic dictum, sicut à puero.

* Sparguntur libr. duo.

[c] Tibull. Serpens nouus exuit annos. Cum pelle scilicet, quæ serpentũ senecta dicitur. Plin. lib. 8. cap. 27.

* carptus libr. duo: & rectè. Ita Catull. in epith. Idem cũ tenui carpt⁹ de floruit vngui.

[d] Auroræ, quæ Homero est ῥοδοδάκτυλος ἠώς.

* Harmonienque libr. duo.

[e] Enn apud Cicer. Quasi de suo lumine lumen accendat, facit.

[f] ἀδιακόλυθον. quanuis nihil inde amittat, tamen non vlla mul. inquit vi-

Quid, nisi quam sumus, dic mihi perdis [a] *aquam?*
Nec vos prostituit mea vox, sed vana timere
Damna vetat: damnis munera vestra carent.
Sed me flaminibus venti maiores iturum,
Dum sumus in portu, prouehat aura leuis.
Ordiar à cultu: cultus bene [b] *Liber ab vuis*
Prouenit: & culto stat seges alta solo.
Forma Dei munus: forma quota quæq; superbit?
Pars vestrum tali munere magna caret.
Cura dabit faciem: facies neglecta peribit: [c]
Idaliæ similis sit licet illa Deæ.
Corpora si veteres non sic coluêre puellæ:
Nec veteres cultus sic habuêre viri.
Si fuit Andromache tunicas induta * *valentes:*
Quid mirum? duri militis vxor erat.
Scilicet Aiaci coniux ornata veniret:
Cui tegmen septem terga fuêre boum.
Simplicitas rudis antè fuit: nunc aurea Roma est: [d]
Et magnas domiti possidet orbis opes.
Aspice, quæ nunc sunt Capitolia, quæq; fuerunt:
Alterius dices illa fuisse Iouis. [*]
Curia consilij nunc est dignissima tanti: [*]
De stipula, Tatio regna tenente, fuit.
Quæ nunc sub Phœbo, ducibusq; palatia fulgent: [e]
Quid, nisi araturis pascua * *bobus erant?*
Prisca iuuent alios: ego me nunc deniq; natum
Gratulor: hæc ætas moribus apta meis.
Non, quia nunc terræ lentum subducitur aurum:
* *Lectaq; diuerso littore concha venit:*

a Vrinam: sicut lib. 3. eleg. 6.

b Vinum.

c Cultus diligentia & ornandi studium.

* vagantes minus bene: nisi laxas putes significari.

d Quam huius, qui nunc in ijs colitur.

* Curia consilio quæ nunc dignissima tanto est: libr. duo.

e Apoll. Palatini templum in palatio, vbi & Augusti ædes fuit. Vide Propert. eleg. 1. lib. 4.

* bubus

* Læraque minus bene.

* Non, quia decr. melius, propter ἀῶα-φορίαν.

**Nec quia decreſcunt effoſſo marmore montes :*
Nec, quia [a] cæruleæ mole ſugantur aquæ :
Sed quia cultus adeſt : nec noſtros manſit in annos
Ruſticitas, priſcis illa ſuperſtes auis.
Vos quoq; non caris aures onerate lapillis :
Quos legit in viridi decolor Indus aqua.
Nec prodite graues inſuto veſtibus auro :
Per quas nos petitis, ſæpe fugatis, opes.
Munditijs capimur : nec ſint ſine lege capilli :
Admotæ formam dant, negant; manus.
Nec genus ornatus vnum eſt : quod quaq; decebit,
Eligat : & ſpeculum conſulat ante ſuum.
Longa probat facies capitis diſcrimina [b] puri :
Sic erat ornatis Laodamia comis.
[c] Exiguum ſumma nodum ſibi fronte relinqui,
**Vt pateant aures, ora rotunda volunt.*
Alterius crines humero iactentur vtroq; :
Talis es aſſumta Phœbe canore lyra.
Altera ſuccincta religetur more Diana :
Vt ſolet, attonitas cùm petit illa feras.
*Hanc decet inflatos laxè * ieciſſe capillos :*
Illa ſit aſtrictis impedienda comis.
Hanc decet ornari [d] teſtudine Cyllenea :
Suſtineat ſimiles fluctibus illa ſinus.
*Sed neq; ramoſa numerabis in ilice * frondes :*
Nec quot apes Hyblæ : nec quot in Alpe feræ :
Nec mihi tot cultus numero comprendere fas eſt :
Adijcit ornatus proxima quæq; dies.
** At neglecta decet multas coma : ſæpe iacere*

a Mare, quod in Lucrin. lacũ erumpere ſolitum, facto aggere excluſit Iul. Cæſ. Vnde Virg. Lucrinoq; addita clauſtra. Vide Sueton. & Plin. lib. 36. cap. 15.

b Sine reticulo aut velamine aliquo.

c Crines in orbem redactos, ſiue cincinnũ.

* Ne

* iacuiſſe libr. duo: non malè.

d Reticulo incuruo more teſtudinis.

* glandes

* Et libr. tres. probè.

Heſternam

Hesternam credas: illa repexa modò est.
Ars casum simulet. sic capta vidit in vrbe
Alcides Iolen: hanc ego, dixit, amo.
Talem te Bacchus, Satyris clamantibus euœ,
Sustulit in currus Gnosi relicta suos.
O quantum indulget vestro natura decori!
Quarum sunt multis damna [a] pianda modis.
Nos malè detegimur: [b] raptiq; ætate capilli,
Vt Borea frondes excutiente cadunt:
Femina canitiem [c] germanis imsicit herbis:
Et melior [d] vero quæritur arte color.
Femina procedit densissima crimbus emtis:
Proq; suis alios efficit ære suos.
*Nec pudor est emisse palam: * venisse videmus*
[e] Herculis ante oculos, virgineumq; chorum.
Quid de veste loquar? non iam [f] segmenta requiro:
*Nec quæ * de Tyrio murice lana rubet.*
Cùm tot prodierint precio leuiore colores,
Quis furor est census corpore ferre suos?
[g] Aëris ecce color, tum cùm sine nubibus aër:
Nec tepidus pluuias concitat Auster aquas.
[h] Ecce tibi similis, qui quondam Phryxō & Hellen
Diceru Inois eripuisse dolis.
[i] Hic vndas imitatur, habet quoq; nomẽ ab vndis:
Crediderim Nymphas hac ego veste tegi.
Ille crocum simulat: [k] croceo velatur amictu
Roscida luciferos cum Dea iungit equos.

[k] κροκόπεπλος est aurora in crepusculo, quæ paulò post superante die est ῥοδοδάκτυλος.

[a] Compensanda & quasi dissimulanda siue celanda. Micyll.
[b] Defluentes.
[c] Quibus Germanæ vtuntur puell. ad tingendos capillos.
[d] Natiuo, proprio.
* venire libr. duo.
[e] Herculis & Musar. ædem: de qua in 6. Fast.
[f] Fasciolas, extremis vestium oris assutas: peniculamenta: κροσσοὶ, παραμηρίδες.
* bis melius. Intelligit enim δίκαφον πορφύρεον de qua Plin. libr. 9. cap. 39.
[g] Notatio coloris cærulei, qui & glastino, & in oculis cæsius & glaucos. [h] ἀπροφὴ ad arietem aureo vellere.
[i] Thalassinus siue Cymatilis, qui & Venetus.

Hic Paphias myrtos : hic purpureos amethystos :
Albentésue rosas : * Threiciamq; gruem.
Nec glandes Amarylli tuæ, nec amygdala desunt :
Et sua velleribus nomina [a] cera dedit.
Quot noua terra parit flores, cùm vere tepenti
Vitis [b] agit gemmas, pigraq; fugit hyems :
Lana tot, aut plures succos bibit : elige certos :
Nam non conueniens omnibus * vnus erit.
Pulla decet niueas : Briseida pulla decebat :
Cùm rapta est, pulla tum quoq; veste fuit.
Alba decent fuscas : albis Cephei placebas :
Sic tibi vestitæ [c] pressa Seriphos erat.
Quam sæpe admonui, ne trux caper iret in alas :
Neue forent duræ aspera crura pilis.
Sed non Caucasea doceo de rupe puellas :
Quaq; bibunt vndas Myse Caice tuas.
Quid, si præcipiam, ne fuscet inertia dentes ?
Oraq; suscepta manè lauentur aqua ?
Scitis & inducta candorem quærere [d] cera :
Sangume quæ vero non rubet, arte rubet.
Arte [e] supercilij confinia nuda repletis :
Paruaq; sinceras velat aluta genas.
Nec pudor est oculos tenui signare fauilla :
Vel prope te nato lucide Cydne croco.
Est mihi, quo dixi vestræ medicamina formæ,
Paruus, sed cura grande libellus opus.
Hinc quoq; præsidium læsæ petitote puellæ :
Non est pro vestris ars mea rebus iners.
Non tamen expositas mensa deprendat amator

Pyxi-

* Threiciamue libr. tres.

[a] Qui color cereus & cerinus dicitur.

[b] πεφοάλλει.

* omnis. Propert. Omnia non pariter rerum sunt omnibus apta.

[c] Cum a Perseo Andromede in Seriphon insul. delata est.

[d] τῷ κηρῷ. Pall. libr. 2. Anthol. εἰς δυς. ἠγόρασας πλοκάμους, φῦκος, μίλτον, κηρὸν, ὀδόντα. Horat. Epod. od. 12.

[e] τὸ μετόφρυον, spatiũ inter supercilia, quæ quib. coëunt σωφόφρυς & μιξόφρυς appellantur, quo epitheto Theocr. puell. honestauit, quod veteres formositati aptum putarẽt.

Pyxidas: ars faciem dissimulata * iuuet. * iuuat.
Quem non offendat toto fex illita vultu,
Cùm fluit in tepidos pondere lapsa sinus?
*Oesypa quid redolent, quanuis mitrātur Athenis, * Oesopa libr. duo perp. Est enim Græcis οἴσυπος & οἰσύπη. Dioſc. lib. 2. cap. 84. Plin. lib. 29. cap. 2.
Demtus ab immunda vellere succus ouis?
Nec coràm mistas ceruæ sumsisse medullas,
Nec coram dentes * perfricuisse probem.
Ista dabunt faciem: sed erunt deformia visu: * defricuiſſe in vetterib. & tectius Catull. Dentem atque rusam defricare gingiuam.
Multaq; * cum fiunt, turpia, facta placent.
Quæ nunc nomen habent operosi signa Myronis,
Pondus iners quondam, duraq; massa fuit.
Annulus vt fiat, primò colliditur aurum: * dum libr. duo.
Quas geritis vestes sordida lana fuit.
Cùm fieret, lapis asper erat: nunc nobile signum, a Innuit Venerem αἰαδυομένην, de qua alibi.
a Nuda Venus madidas exprimit imbre comas.
*Tu faciem cura, dum te dormire putemus: * Tu quoque cum (dum) coleris, nos te dorm. vet. lect. melius.
Aptius b à summa conspicière manu.
Cur mihi nota tui causa est * splendoris in ore? * candoris nō malè.
Claude fores thalami, quæ rude cogis opus.
Multa viros nescire decet: pars maxima rerum
*Offendet, si non interiora tegas. * Offendit
Aurea quæ pendent ornato signa theatro
*Inspice, quam tenuis bractea ligna tegat. * Aſpice
Sed neq; ad illa licet populo, nisi facta, venire:
Nec nisi summotis forma paranda viris.
At non, pectendos coram præbere capillos,
Vt taceant fusi per tua colla, veto.
Illo præcipuè, ne sis morosa, caueto * laxas: lapſas libr. tres. probè.
Tempore, nec * nexas sæpe resolue comas.

Tuta sit ornatrix: odi, quæ sauciat ora
Vnguibus: & rapta brachia figit acu.
Deuouet: & tangit dominæ caput illa: simulq;
Plorat ad inuisas [a] sanguinolenta comas.
Quæ malè crinita est, custodem in limine ponat:
Ornetúrue [b] Bonæ semper in æde deæ.
Dictus eram subitò cuidam venisse puellæ:
Turbida peruersas induit illa comas.
Hostibus eueniat tam fœdi causa pudoris:
Inq; nurus Parthas dedecus illud eat.
Turpe pecus mutilum: turpis sine gramine campus:
Et sine fronde frutex: & sine crine caput.
Non mihi venistis Semele Ledeq; docendæ:
Perq; fretum falso [c] Sidoni vecta boue:
Aut Helene: quam non stultè, Menelaë, reposcis:
Tu quoq; non stultè Troice raptor habes.
Turba docenda venit, turpes pulcraq; puellæ:
[d] Pluraq; sunt semper deteriora bonis.
Formosæ minus artis opem, præceptaq; quærunt:
Est illis sua dos forma sine arte potens.
Cùm mare compositum est, securus nauita [*] cessat:
Cùm tumet, auxilijs aßidet ille suis.
Rara tamen menda facies caret: occule mendas:
[*] Quaq; potes, vitium corporis abde tui.
Si breuis es, sedeas: ne stans videare sedere:
Inq; tuo iaceas quantulacunq; toro.
Hic quoq;, ne poßit fieri mensura cubantis,
Iniecta lateant fac tibi veste pedes.
Quæ nimis est gracilis, pleno velamina filo
Sumat:

[a] Sanguine tincta.

[b] Ad quam viris non patebat accessus. Tibull. Sacra Bonæ maribus non adeunda deæ.

[c] Europa.

[d] Alludit ad Biant. dictum οἱ πλεῖστοι κακοί.

[*] transit.

[*] Quodq; minus bene.

Sumat: & ex humeris laxus amictus eat.
*Pallida purpureis * tangat sua corpora [a] virgis:*
Nigrior ad [b] Pharij confuge piscis opem.
Pes malus in niuea semper celetur aluta:
Arida nec vinclis crura resolue tuis.
*Conueniunt tenues scapulis * analectides altis:*
Angustum circa fascia pectus eat.
Exiguo signet gestu, quodcunq; loquatur,
Cui digiti pingues, & scaber vnguis erit.
Cui grauis oris odor, nunquam ieiuna loquatur:
Et semper spacio distet ab ore viri.
Si niger, aut ingens, aut non erit ordine natus
*Dens tibi: ridendo maxima damna * feret.*
Quis credat? discunt etiam ridere puellæ:
Quæritur atq; illis hac quoq; parte decor.
*Sint modici*rictus: * sint paruæ vtrinq; [c] lacunæ:*
Et summos dentes ima labella tegant.
Nec sua perpetuo [d] contendant ilia risu:
Sed leue nescio quid, femineumq; sonent.
*Est, quæ peruerso distorqueat ora * cachinno,*
Cùm risit: læta est altera: flere putes.
Illa sonat raucum quiddam, atq; inamabile ridet:
Vt rudit à scabra turpis asella mola.
Quo non ars penetrat? discunt lacrymare decenter.

* tingat libr. duo.
a Veste virgis purpureis intexta, quæ πορφυραῖ Græcis sunt. Virgil. Virgatis lucent sagulis. Vide Cæl. lib. 16. cap. 7.
b Crocodili simum, non quidem fluuiatilis sed terrestris. Horat. color. que stercore tucatus Crocodili. Vide Galen. lib. 10. de simpl. med. facult. itē Paul. Aeginet.
* ameletides libr. duo. Ioseph. Scal. omaletides. Dictæ autem videntur ὁμαλήτιδες ab æquandis & cōplanandis humeris. Vide Cæl. lib. 13. cap. 31.
* feres libr. duo. & tertio seres: nisi mendum est.
* risus perp.
* paruæque vtrinq;

c Sulculi, qui in ridentium ore apparent. Græci γελασῖνον appellant. Martial. Nec grata est facies, cui gelasinus abest. quem versum alij de dentibus exponunt qui in risu ostenduntur, alio nomine τομεῖς appellati.
d τοῦ γέλωτα καχχάζειν effundendo risum.
* cachinno: Cùm risu læta est.

Quoq́ volunt plorant tempore, quoq́ modo.
[a] Sua pronunciatione. *Quid cum [a] legitima fraudatur littera voce?*
Blæsaq́ fit iusso lingua coacta sono?
In vitio decor est, quadam malè reddere verba:
Discunt posse minus, quàm potuêre, loqui.
* quoniam *Omnibus his, * quando prosunt, impendite curam:*
Discite femineo corpora ferre gradu.
Est & in incessu pars non temnenda decoris:
* Allicit libr. duo. *Alligat ignotos illa fugatq́ viros.*
* fluentibus. *Hæc mouet arte latus: tunicaq́ * fluentibus auras*
Excipit: extensos fertq́ superba pedes.
* Vmbri libr. tres. probè. *Illa velut coniux * vmbris rubicunda mariti*
Ambulat: ingentes varica fertq́ gradus.
Sed sit, vt in multis, modus hîc quoq́: rusticus alter
Motus in incessu, mollior alter erit.
Pars humeri tamen ima tui, pars summa lacerti
Nuda sit, à læua conspicienda manu.
Hoc vos præcipuè niueæ decet: hoc vbi vidi,
Oscula ferre humero, quà patet vsq́, libet.
De Sirenibus vide ἀδυσ.μ́. *Monstra maris Sirenes erant, quæ voce canora*
Quoslibet admissas detinuêre rates.
His sua Sisyphides auditis pæne resoluit
Corpora: nam socijs illita cera fuit.
Res est blanda canor: discant cantare puellæ:
Pro facie multis vox sua lena fuit.
[b] Cantent quæ didicerunt. *Et modò marmoreis [b] referant audita theatris,*
[c] Aegyptiacis, qui ob lasciuiam max. placebant. *Et modò [c] Niliacis carmina lusa modis.*
Nec plectrum dextra, citharam tenuisse sinistra
Nesciat, arbitrio femina docta meo.

Saxa

Saxa feraſq́, lyra mouit Rhodopeius Orpheus,
Tartareoſq́ lacus, tergeminumq́ canem.
Saxa tuo cantu vindex iuſtiſſime matris
Fecerunt muros officioſa nouos. a Ἀντιστροφὴ ad Amphionem: de quo Horat. in Arte.
Quamuis mutus erat, voci fauiſſe putatur
Piſcis, Arionia fabula nota lyræ.
*Diſce etiam duplici genialia * nablia palma*
Vertere: conuenient dulcibus illa iocis. * naulia. Naulia ſiue nablia diminutiuum ab illis, quę vel naula vel nabla. Polit. Miſcel. 3 4.
Sit tibi Callimachi, ſit b *Coi nota poëtæ,*
Sit quoq́ c *vinoſi Teïa muſa ſenis.* b Philetæ. c Anacreontis Teïi.
Nota ſit & Sappho: quid enim laſciuius illa?
Cuiue d *pater vaſri luditur arte Getæ.* d Terentius. Periphr.
Et teneri poſſis carmen legiſſe Properti:
Siue aliquid Galli, ſiue Tibulle tuum.
Dictaq́ e *Varroni fuluis inſignia villis*
Vellera, germanæ Phrixe querenda tuæ. e Varr. Atacino. Propert. Hæc quoque perfecto ludebat Iaſone Varro. lib. 2. eleg. vlt.
Et profugum Aenean, altæ primordia Romæ,
Quo nullum Latio clarius extat opus.
Forſitan & noſtrum nomen miſcebitur iſtis:
Nec mea Lethæis ſcripta dabuntur aquis.
Atq́ aliquis dicet, noſtri lege culta magiſtri
*Carmina, * qui partes inſtruit ille duas.* * queis libr. tres: rectè.
Déue tribus libris, titulus quos ſignat Amorum, *Deq́ melius.
Elige: quos docili molliter ore legas.
Vel tibi compoſita cantetur epiſtola voce:
*Ignotum hoc aliis, * ille nouauit opus.* * illa perper. Quod genus epiſtolarum, h. e. heroidas primus ille compoſuit.
O ita Phœbe velis, ita vos pia numina vatum,
Inſignis cornu Bacche, nouemq́ Deæ.
Quis dubitat quin ſcire velim ſaltare puellam?

Vt moueat posito brachia iussa sono?
[a]Artifices lateris, scenæ spectacula amantur:
Tantum* nobilitas illa decoris habet.
Parua monere pudet: talorum dicere iactus
Vt sciat: & [b] vires tessera missa tuas.
Et modò treis iactet* numero: modò cogitet aptè,
Quam subeat partem callida, quamq; vocet.
Cautaq; non stultè [c] latronum prœlia ludat,
Vnus cum gemino calculus hoste perit.
Bellatorq; suo prensus sine compare* bellet,
Aemulus* inceptum sæpe recurrat* opus.
Reticuloq; pilæ leues fundantur aperto:
Nec, nisi quam* tollas, vlla mouenda pila est.
Est genus in totidem tenui ratione redactum
*Spicula, quot menses lubricus annus habet.
Parua tabella capit ternos vtrinq; lapillos,
*In qua viciſſe est, continuasse suos.
Mille fac esse iocos: turpe est, nescire puellam
Ludere: ludendo sæpe paratur amor.
Sed minimus labor est sapienter iactibus vti:
Maius opus mores composuisse suos.
Tunc sumus incauti, studioq; aperimur* in ipso:
Nudaq; per lusus pectora nostra patent.
Ira subit, deforme malum, lucriq; cupido,
Iurgiaq; & rixæ, sollicitusq; dolor.

* mero libr. duo. & rectè. h. e. in conuiuio.
[a] Histriones.
* mobilitas libr. tres. rectè.
[b] Nec ignoret ludum tesserarium.
* numeros lib. tres. Venerem innuit in ludo tesserario, qui ternis obibatur tesseris, eratque iactus suprem. & felicis. ter senarium explens. Sed in ludo talario qui quaternis constabat talis, superans tesseratiũ, Venus dicebatur cum tali singuli faciem ostenderẽt seu vultum diuersum.
[c] Latrunculorum seu calculorum ludum, qui latrones dicebantur, Græc. λῃστοί.
* pugnet libr. tres. Micyll. pugnat: & versu sequ. recurrat.
* & cœptum
* Iter libr. duo. * tolles
* Scripula Scal. Intelligit enim duodecim scriporum ludum, id quod ex sequenti distichо quoq; apparet.
* E quibus hic labor est continuare suos. Scalig.
* ab

Crimina

Crimina dicuntur: resonat clamoribus æther:
Inuocat iratos & sibi quisq; deos.
Nulla fides tabulis, [a] quæ non per vota petuntur:
Et lacrymis vidi sæpe madere genas.
Iuppiter à vobis tam turpia crimina pellat,
In quibus est vlli cura placere viro.
Hos ignaua iocos tribuit natura puellis:
Materia ludunt vberiore viri.
Sunt illis celeresq; pilæ, iaculumq;, trochiq;,
Armaq;, & in gyros ire coactus equus.
Nec vos Campus habet, nec vos gelidissima Virgo:
*Nec Thuscus * placidis deuehit amnis * aquis.*
At licet, & prodest [b] Pompeias ire per vmbras,
Virginis ætherijs cùm caput ardet equis.
*Visite * laurifero sacrata palatia Phœbo:*
Ille [c] Paræonias mersit in alta rates.
Quæq; [d] soror, [e] coniuxq; ducis monumenta para-
Naualiq; [f] gener cinctus honore caput. (rũt,
Visite thuricremas & vaccæ Memphitidos aras:
Visite conspicuis [h] terna theatra locis.
Spectentur [i] tepido maculatæ sanguine arenæ:
[k] Metaq; feruenti circumeunda rota.
Quod latet, ignotum est: ignoti nulla cupido:
Fructus abest, facies cum bona teste caret.
Tu licet et Thamyram superes atq; Orphea cantu,
Non erit ignotæ gratia magna lyræ.
*Si Venerem * Cous nunquam pinxisset Apelles,*
Mersa sub æquoreis illa lateret aquis.
Quid petitur sacris, nisi tantum fama, poëtis?

a Nisi deos adhibeant testes.

* Placida aqua
b Portic. Pompe. quam platani ex vtraq; parte ambientes nemoris modo vmbrã præbebant.
* laurigero libr. tres.
c Aegyptias: in prœlio scil. Actiaco.
d Octauia sotor Aug.
e Liuia vxor Augusti: de vtraq; supra.
f M. Agrippa, quem Aug. naualí corona donauit. Virg. 8.
g Isidis Aegyptiæ.
h Pompeij, Marcelli, Statilij. 3. Trist.
i Ludi gladiatorij.
k Circenses.
* Cois libr. duo.

Hoc

Hoc votum noſtri ſumma laboris habet.
Cura ducum fuerant olim regumq́ poëta:
Præmiaq́ antiqui magna tulêre chori.
Sanctaq́ maieſtas, & erat venerabile nomen
Vatibus, & largæ ſæpe dabantur opes.
Ennius emeruit, [b] Calabris in montibus ortus,
Contiguus poni Scipio [c] magne tibi.
Nunc hedera ſine honore iacent: operataq́ doctis
Cura vigil Muſis, nomen inertis habet.
Sed famæ inuigilare iuuat: quis noſſet Homerum,
Ilias æternum ſi latuiſſet opus?
Quis Danaën noſſet, ſi ſemper clauſa fuiſſet,
Inq́ ſua turri * ſi latuiſſet anus?
Vtilis eſt vobis formoſæ cura puellæ,
Sæpe vagos extra limina ferre pedes.
Ad multas lupa tendit oues, prædetur vt vnam:
Et Iouis * ad multas deuolat ales aues:
Se quoq́ det populo mulier * ſpecioſa videndam;
Quem trahat è multis forſitan vnus erit.
Omnibus illa locis maneat ſtudioſa placendi:
Et curam tota mente decoris agat.
Caſus vbiq́ valet; ſemper tibi pendeat hamus:
Quo minimè credis gurgite, piſcis erit.
Sæpe canes fruſtra nemoroſis montibus errant:
Inq́ plagas nullo ceruus agente cadit.
Quid minus * Andromede potuit ſperare reuincta,
Quam lacrymas vlli poſſe placere ſuas?
[d] Funere ſæpe viri vir quæritur: ire ſolutis
Crinibus, & fletus non tenuiſſe decet.

[a] Cic. p. Arch. Ennius ſanctos appellat poëtas quaſi deorum aliquo dono arq; munere commendati nobis eſſe videantur.
[b] Ex opido Calabriæ Rudijs oriundo: vnde Auſon. in monoſyll. Rudinus dicitur.
[c] Aphricanum priorem deſignat. Solin. Africanus prior Qu. Ennij ſtatuam imponi ſepulcro ſuo iuſſit. Vide orat. Cicer. pro Arch. item ex poſit. Parrhaſ.
* perlatuiſſet melius.
* in
* formoſa lib. duo.
* In veterib. Andromedæ fuerat ſperare reuinctæ
[d] Dum funus viro deducitur.

Sed

Sed vitate viros cultum formamq; profeſſos:
Quiq; ſuas ponunt in ſtatione comas.
Quæ vobis dicunt, dixerunt mille puellis:
Errat, & in nulla ſede moratur amor.
Fœmina quid faciet, cùm vir ſit leuior ipſa?
Forſitan & plures poſſit habere viros?
Vix mihi credetis, ſed credite: Troia maneret,
Præceptis Priami ſi foret vſa ſenis.
Sunt qui mendaci ſpecie graſſantur amoris:
Perq; aditus tales lucra pudenda petunt.
Nec coma vos fallat [b] liquida nitidiſſima nardo:
Nec [c] breuis in rugas cingula preſſa ſuas.
Nec toga decipiat filo tenuiſſima, nec ſi
Annulus in digitis alter, & alter erit.
Forſitan ex horum numero cultiſſimus illo
Fur ſit, & vratur veſtis amore tuæ.
[d] Redde meum, clamant ſpoliatæ ſæpe puellæ:
Redde meum, toto voce boante foro.
Has Venus è templis multo radiantibus auro
Læta videt lites, [e] Appiadesq; dea.
Sunt quoq; nõ dubia quædam [f] mala nomina fama,
Decepta à multis crimen amantis habent.
Diſcite ab alterius veſtris timuiſſe querelis:
*Ianua fallaci * nec ſit aperta viro.*
Parcite Cecropides iuranti credere Theſeo,
Quos faciet teſtes, fecit & antè Deos.
Et tibi Demophoon Theſei criminis hæres
Phyllide decepta nulla relicta fides.
*Si bene * promittent, totidem promittite verbis:*

[a] Tibul. Carior eſt auro iuuenis, cui leuia fulgent Ora.
[b] Vnguento nardino, quæ eſt nardus ſpicata & νάρδος Latino vocabulo Græca ſcriptura depravato.
[c] Arcte veſtem aſtringens.
[d] Imitatione Catull. Mœcha putida redde codicillos. Redde putid. mœcha cod.
[e] Cæl. lib 12. cap. 1. Venerē. Pallad. Pacem, Concord. Veſtam indicari putat.
[f] Alludit ad debitorum nomina: de quibus Columell. lib. 1. cap. 7. Vel optima nomina non appellando fieri mala.
* ne lib. tres. probè.
* promittunt

Si

Si dederint, & vos gaudia pacta date.
Illa potest vigiles flammas extinguere Vestæ,
* capere ex minus probè. *Et * rapere è templis Inachi sacra tuis,*
Et dare mista viro tritis aconita cicutis:
Accepto Venerem munere si qua negat.
Fert animus propius consistere: supprime habenas
Musa: nec admissis excutiare rotis.
* tentant libr. duo. *Verba vadum * tentent * alienis scripta tabellis:*
* abiegnis Naog. *Accipiat missas apta ministra notas.*
* quodq; *Inspice: * dumq; leges, ex ipsis colligo verbis:*
a Admodũ duriter: è enim hîc incremẽtum significat: vt apud Maron. Eduramq; pyrum. *Fingat, an ex animo, sollicitusq; roget.*
Postq; breuem rescribe morã. mora semper amãtes
Incitat: exiguum si modò tempus habet.
Sed neq; te facilem iuueni promitte roganti:
Nec tamen a edurè quod petit ille, nega.
* veniat libr. duo. melius. *Fac timeat spesq; simul: quotiesq; remittes,*
*Spes magis hinc * veniet certa, minorq; metus.*
* verba placent. malè. Est enim metaph. sumta à re nummar. Quintil. Vtendum planè sermone, vt nummo, cui publica forma. Horat. licuit, semperq; licebit Signatum præsente nota procudere nomen. *Munda, sed è medio, consuetaq; verba puellæ*
*Scribite: sermonis publica * forma placet.*
Ah quoties dubijs scriptis exarsit amator:
Et nocuit formæ barbara lingua bonæ!
Sed quoniam, quanuis vitta careatis honore,
Est vobis vestros fallere cura viros:
Ancillæ puerique manus ferat arte tabellas,
b Pignora nec iuueni credite vestra nouo.
Vidi ego pallentes isto terrore puellas,
Seruitium miseras tempus in omne pati.
b Literas, quæ sunt animi pignora. *Perfidus ille quidem, qui talia pignora seruat,*
Sed tamen Aetnæi fulminis instar habet.

Iudice

Iudice me, fraus est concessa, repellere fraudem:
Armaq; in armatos sumere, iura sinunt.
Ducere consueſcat multas manus vna figuras:
Ah * pereas per quos ista monenda mihi.
Nec, nisi deletis, tutum est rescribere, ceris:
*Nec teneat geminas vna tabella manus.
aFemina dicatur scribentis semper amator:
Illa sit in vestris, qui fuit ille, notis.
Si licet a paruis animum ad maiora referre,
Plenaq; curuato pandere vela sinu:
Pertinet ad faciem rabidos compescere mores:
Candida pax homines, trux decet ira feras.
Ora tument ira: nigrescunt sanguine venæ:
Lumina bGorgoneo sæuus angue micant.
I procul hinc, dixit, non * es mihi tibia tanti,
cVt vidit vultus Pallas in amne suos.
Vos quoq; si media speculum spectetis in ira,
*Cognoscet faciem vix satus vlla suam.
Nec minus in vultu damnosa superbia vestro:
Comibus est oculis alliciendus amor.
Odimus immodicos (experto credite) fastus:
Sæpe tacens odij semina vultus habet.
Spectantem specta: ridenti mollia ride:
*Innuit, acceptas tu quoq; redde notas.
Sic vbi præluſit, rudibus puer ille *sagittis,
Spicula de pharetra promit acuta sua.
Odimus & mœstas. Tecmessam diligat Aiax:
Nos hilarem populum femina læta capit. (rē,
Ninquā ego te Andromache, nec te Tecmessa roga-
Vt mea

* pereant libr. tres. & rectè.
* Ne libr. tres. probè.
a Femina in literis amatoris nomine se appellet, & hic contra amicæ.
b Medusa, quā vna fuit ex Gorgonibus Phorci filiabus nuncupatis ἀπὸ τῆς γοᾶς· γόητος.
* est
c Propert. Turpia quum faceret Palladis ora tumor. Vide lib. 6. Fast.
Ars mihi non tanti est: vale, as mea tib.
* Cognoscat
* Innuet libr. tres: melius.
* relictis libr. tres.

Vt mea, de vobis altera, amica foret.

* cum cogar credere partu libr. tres. rectè.

*Credere vix videor, * nisi cogat credere partus,*
Vos ego cum vestris concubuisse viris.
Scilicet Aiaci mulier mœstissima dixit,

a ζωὴ καὶ ψυχή. Iuuenal.

a Lux mea, quæq; solent verba iuuare viros.

* Quis vetat à magnis ad res exemplà minores

b Abutendo illius exemplo ad res amatorias.

Sumere? nec b nomen pertimuisse ducis?
Dux bonus huic centum commisit iure regendos:
Huic equites, illi signa tuenda dedit.
Vos quoq; de nobis, quem quisq; erit aptus in vsum
Inspicite: & certo ponite quenq; loco.

c Aduocati sine patroni operam præstet, cum opus est.

c Munera det diues: ius qui profitebitur, c adsit:
Facundus causam sæpe d clientis agat.

d Puellæ clientis.

Carmina qui facimus, mittamus carmina tantum:
Nam chorus ante alios aptus amare sumus.

* placitæ late libr. duo rectè.

*Nos facimus * placidi lautæ præconia formæ:*
Nomen habet Nemesis, Cynthia nomen habet.

e Occasus & ortus. Ita alib. Gallus & Hesperijs & Gallus notus Eois, Et sua cũ Gallo nota Lycoris erit.

e Vesper, & Eoæ nouêre Lycorida terræ:
Et multi, quæ sit nostra Corinna, rogant.
Adde, quod insidiæ sacris à vatibus absunt:
Et facit ad mores ars quoq; nostra bonos.
Nec nos ambitio, nec nos amor vrget habendi:
Contemto colitur lectus & vmbra foro.
Sed facile hæremus: validoq; perurimur æstu:
Et nimium certa scimus amare fide.
Scilicet ingenium placida mollitur ab arte:
Et studio mores conuenienter eunt.
Vatibus Aonijs faciles estote puellæ:
Numen inest illis, Pierideq; fauent.

Est

[a]Est Deus in nobis, sunt & commercia cœli:
Sedibus ætherei spiritus ille venit.
A doctis pretium scelus est sperare poëtis:
Me miserum, scelus hoc nulla puella timet!
Dissimulate tamen, nec prima fronte rapaces
Este: nouus viso casse resistet amans.
Sed neq; rector equum qui nuper sensit habenas
Comparibus frenis [b]artificemq; regit:
Nec stabiles animos annis, viridemq; iuuentam
Vt capias, idem limes agendus erit.
Hic rudis, & castru nunc primùm notus amoris,
Qui tetigit thalamos præda nouella tuos.
Te solam norit: tibi semper inhæreat vni:
Cingenda est altis sepibus ista seges.
Effuge riualem: vinces, dum sola tenebis:
[c]Non bene cum sociis regna Venusq; manent.
Ille vetus miles sensim & sapienter amabit:
Multaq; tironi non patienda feret.
Nec franget postes: nec sauis ignibus vret:
Nec dominæ teneras appetet vngue genas.
Nec scindet tunicásue suas, tunicásue puellæ:
Nec raptus flendi causa capillus erit.
Ista decent pueros ætate & amore calentes:
Hic fera compositæ vulnera mente feret.
Ignibus hic lentis vretur, vt humida teda,
Vt modò montanis [d]syluæ recisa iugis.
Certior hic amor est: breuis, * at fecundior ille:
Quæ fugiunt celeri carpite poma manu.
Omnia * tradentur: portas reserabimus hosti,

a Plato 3. de leg. Θεῖον γὰρ ὂν ἡμῖν ἐν δὴ τῷ τοιούτῳ, σύμβουλον ὄν γένος ψυχαὶ δ.

b Assuefactum longo vſu.

c Senec. Nec regna ſociũ ferre nec tedæ ſciunt.

d Arbores continens pro contento

* & libr. tres melius.

* tradantur

Vt sit in infida proditione fides.
Quod datur ex facili, longū male nutrit amorem:
Miscenda est lætis rara repulsa locis.
Ante fores iaceant: crudelis ianua, clament:
Multaq; submissè, multa minanter agant.
Dulcia non ferimus: succo renouamur amaro:
*Sæpe perit ventis obruta cymba * suis.*
Hoc est, vxores quod non patiatur amari:
Conueniunt illas, cùm voluêre, viri.
Claude fores: duro dicat tibi ianitor ore:
Non potes: excluſum te quoq; tanget amor.
Ponite iam gladios hebetes: pugnetur acutis:
**Non dubito telis quin petar ipse meis.*
Dum cadat in laqueos captus quoq; nuper amator,
Solum se thalamos speret habere tuos.
Postmodò riualem, partitaq; fœdera lecti
Sentiat: has artes tolle, senescet amor.
**Tunc bene fortis equus reserato carcere currit,*
*Cùm, quos prætereat, *quòsue sequatur, habet.*
**Quælibet extinctos iniuria suscitat ignes.*
En egò, confiteor, non nisi læsus amo.
Causæ tamen nimium ne sit manifesta doloris:
Pluraq; sollicitus, quàm sciat, esse putet.
Incitet & ficti tristis custodia serui:
Et nimium duri cura molesta viri.
Quæ venit ex tuto, minus est accepta voluptas:
Vt sis liberior [b] Thaide, finge metus.
Cùm melius foribus possis, admitte fenestra:
*Inq; tuo vultu * verba timentis habe.*

Callida

* Secundis.
* Nec
* Tum
* quosque
* Quoslibet
[b] Qualibet vulgari ac prostante meretrice.
* signa libr. duo. bene.

Callida prosiliat, dicatq; ancilla, perimus :
Tu iuuenem trepidum quolibet abde loco.
* Admiscenda tamen Venus est * secreta timori :
* Nec tanti noctes non putet esse tuas.
Qua vafer eludi possit ratione maritus,
Quaq; vigil custos, præteriturus eram.
Nupta virum timeat : [a] rata sit custodia nuptæ :
Hoc decet : hoc leges, iuq; pudorq; iubent.
Te quoq; seruari, [b] modò quam vindicta redemit,
Quis ferat ? vt fallas, ad mea sacra veni.
Tot licet obseruent, * modò sit tibi grata voluptas,
Quot fuerant Argo lumina, verba dabis.
[c] Scilicet obstabit custos ne scribere possis,
Sumendæ detur cum tibi tempus [d] aquæ ?
[c] Conscia cùm possit scriptas portare tabellas,
Quas tegat in * tepido fascia lata sinu ?
Cùm possit solea chartas celare ligatas ?
Et vincto blandas sub pede ferre notas ?
Cauerit * hoc custos : pro charta conscia [f] tergum
Præbeat : inq; suo corpore verba ferat.
Tuta quoq; est, fallitq; oculos è lacte recenti
Littera : carbonis puluere tange, leges.
Fallet & humiduli quæ fiet acumine lini,
Et feret occultas pura tabella notas.
[g] Adfuit Acrisio seruandæ cura puellæ :
Hunc tamen illa suo crimine fecit auum.

* Sed misc. tamen Venus est secura tim. libri duo. melio.
* Ne lib. tres, rectè ne existimet non tanti emendas esse.
a Habeat certum custodem.
b Quæ libera es & soluta vinclis matrimonij. Metaph. sumta à libertinis, quæ virga Prætoris Vindicij fiebāt liberæ.
* adsit modò certa voluntas : libr. duo. rectè.
c ἐξαπινάϛως negat occasionem fallendi custodes decesse puellis.
d Lotij siue vrinæ, quam honestè Latini veteres aq̄ appellabāt, sicut & Germani. q. d. cum tempus tibi detur exonerandi vesicā.
e Ancilla : ita paulò post : conscia terg. Præb. h. e. ancilla.

* medio libr. duo.
* hæc libr duo.
f Quod chartæ vice fungatur in exarandis literis.
g Non defuit studium & diligentia custodiendi filiam.

Quid * faciet custos? cùm sint tot in vrbe theatra:
Cùm spectet [a] iunctos illa libenter equos:
Cùm sedeat Pharia * sacris operata iuuenca:
Quoq; [b] sui comites ire vetantur, eat:
Cùm fugat à templis oculos Bona diua virorum:
*Præterquam si quos illa venire iubet:
Cùm custode foris tunicam seruante puella,
Celent furtiuos balnea multa ioços:
Cùm, quoties opus est, fallax ægrotet amica:
*Tollat & in lectum quemlibet illa suum:
Nomine cùm doceat quid agatur, [c] adultera clauis:
Quasq; [d] * petes, non det tanua sola vias.
Fallitur & multo custodis cura Lyæo:
[d] Illa vel Hispano lecta sit vua iugo.
Sunt quoq; quæ faciãt [e] altos medicamina somnos:
Victaq; Lethæa lumina nocte premant.
Nec male delitijs odiosum conscia tardis
Detinet: & longa iungitur * illa morã.
Quid iuuat ambages præceptaq; parua monere?
Cùm minimo custos munere posit emi?
[f] Munera (crede mihi) * placant hominesq;, Deosq;:
Placatur donis Iuppiter ipse datis.
Quid * faciet sapiens? stultus quoq; munere gaudet:
Ipse * vir accepto munere * mutus erit.
Sed semel est custos longum [g] redimendus in æuum:
Sæpe dabit, dederit quas semel, ille manus.
Questus eram (memini) metuendos esse sodales:
Non tangit solos ista querela viros.

* faciat
[a] Ludos cupulos.
* sistris operosa perp. Intelligit enim Isidis sacra.
[b] Custodes sc.
* Præter quos, libr. duo.
* Et celet lecto quemlibet ægra suo. libr. tres.
[c] Adulterina.
* petet libr. duo.
[d] Vel pessimo etiã vino, quale fuit Laletanum Hispan.
[e] Profundos. Virg. Dulcis & alta quies.
* illic. quod ad amatorem pertinet, sicut alterum puellam notat.
[f] Plat. lib. 3. Polit. δᾶρα θεὸς πείθει καὶ βασιλῆας. Vide Victor. lib. 12. cap. 5. Var. l.
* capiunt. Naug.
* faciat melius.
* quoque minus bene.
[g] mitis

[g] Munerib. siue pecunia emendus, vt tibi sit obnoxius.

Credula

Credula si fueris, aliæ tua gaudia carpent:
Et lepus hic alijs exagitatus erit.
Hæc quoq3, quæ præbet lectum studiosa, locumq3,
*(Crede mihi) mecum non semel * illa fuit.* * ipsa.
Nec nimium vobis formosa ancilla ministret:
Sæpe vicem dominæ præstitit illa mihi.
Quò feror insanus? quid [a] aperto pectore in hostē [a] Nudato, aperiendo scilicet puellis me ipsum. Metaphora à re militari.
Mittor? & indicio prodor ab ipse meo?
Non auis aucupibus monstrat, qua parte petatur:
Non docet infestos currere cerua canes.
Viderit vtilitas: ego cœpta fideliter edam:
*Lemniadum gladios in mea * damna dabo.* * fata lib. duo. probè.
Efficite, & facile est, vt nos credamus amari: Est autem figura puerbialis. Vide adag. gladio suo iugulari.
[b] Prona venit cupidis in sua vota fides.
Spectet amabilius iuuenem, & suspiret ab imo
Femina: tam serò cur veniatq3 roget.
Accedant lacrymæ, dolor & de pellice victus: [b] Quæ volumus ea libenter credimus.
Et laniet digitis illius ora suis.
Iamdudum persuasus erit: miserebitur vltrò:
Et dicet, Cura carpitur ipsa mei.
Præcipuè si [c] cultus erit, speculoq3 placebit, [c] Ornatus fuerit.
Posse suo tangi credet amore Deas.
*Sed te, quæcunq3 * est, moderatè iniuria turbet:* * es
Nec sis audita [d] pellice mentis inops. [d] Amatoris sc.
Nec citò credideris: quantum citò credere lædat,
Exemplum vobis non leue Procris erit.
Est prope purpureos colles florentis Hymetti Vide eandem fabul. libr. 7. Metam.
Fons sacer: & viridi cespite mollis humus.
Sylua nemus non alta facit: tegit arbutus herbam:

Roſmaris, & laurus, nigraq; myrtus olent.
Nec denſum folijs buxum, fragilesq; mirica,
[a] Epith. differentiæ cauſa additum. Eſt enim & ſyluestris pinus.
Nec tenues cytiſi, [a] cultaq; pinus abeſt.
Lenibus impulſæ Zephyris, auraq; ſalubri,
Tot generum frondes, herbaq; ſumma tremit.
Grata quies Cephalo: ſamulis, canibusq; relictis
Laſſus in hac iuuenis ſæpe reſedit humo.
Quæq; meos releues æſtus, cantare ſolebat:
* mobilis libr. tres. *Accipienda ſinu * nobilis aura veni.*
Coniugis ad timidas aliquis malè ſedulus aures
* ore lib. duo. *Auditos memori detulit * aure ſonos.*
Procris vt accepit nomen, quaſi pellicis, aura:
Excidit: & ſubito mota dolore fuit.
* ſera lectus de vite racemus. *Palluit vt * ſeræ, lectis de vite racemis,*
Palleſcunt frondes, quas noua læſit hyems.
Quæq; ſuos curuant matura cydonia ramos:
[b] Nondum matura. *Cornaq; adhuc noſtris [b] non ſatis apta cibis.*
Vtq; animus rediit, tenues à pectore veſtes
Rumpit: & indignas ſauciat vngue genas.
* paſſis *Nec mora: per medias * ſparſis furibunda capillis*
Euolat, vt thyrſo concita Baccha, vias.
Vt propè peruentum eſt: comites in valle reliquit:
Ipſa nemus tacito clam pede fortis init.
[c] ἀποστροφὴ πρὸς θηλυκὴν ad Procrin. *Quid tibi mentis erat, cùm ſic malè ſana lateres*
Procri? quis attoniti pectoris ardor erat?
Iam iam venturam, quæcunq; erat aura, putabas
Scilicet: atq; oculis probra videnda tuis.
Nunc veniſſe piget (neq; enim deprendere velles)
Nunc iuuat: incertus pectora verſat amor.

Credere

Credere quæ iubeant, locus est, & nomen, et index,
Et, quia [a] mens semper, quod timet, esse putat.
Vidit vt * oppressam [b] vestigia corporis * herbam,
Pulsantur trepidi corde micante sinus.
Iamq; dies medius tenues contraxerat vmbras:
Inq; pari spacio vesper & ortus erant:
Ecce redit Cephalus proles * Cyllenia syluis:
Oraq; fontana feruida * spargit aqua.
Anxia Procri lates: solitas iacet ille per herbas:
Et Zephyri molles, auraq; (dixit) ades.
Vt patuit miseræ iucundus nominis error:
Et mens, & rediit verus in * ora color.
Surgit: & * oppositas agitato corpore frondes
Mouit, in amplexus vxor itura viri.
Ille feram sonuisse ratus, [c] iuueniliter arcum
Corripit: in dextra tela fuêre manu.
[d] Quid facis infelix? non est fera: supprime tela:
Me miserum, iaculo fixa puella tuo est.
Hei mihi, conclamat, fixisti pectus amicum:
Hic locus a Cephalo vulnera semper habet.
Ante diem morior, sed nulla pellice læsa:
Hoc faciet * positam te mihi terra leuem.
Nomine suspectam * mihi spiritus exit in auram:
Iam morior: cara lumina conde manu.
Dixit: & incauto paulatim pectore lapsus
Excipitur miseri spiritus ore viri.
Ille sinu dominæ morientia * pectora mœsto
Sustinet: & lacrymis vulnera sæua lauat.
[e] Sed repetamus iter: nudis mihi rebus agendū est,

a Pub. Ad tristem partem strenua est suspicio.
* oppressa herba.
b Propert. Apparent non vlla toro vestigia pressо.
* Hellenia. à proauo Hellene Aeoli patre. Potest tamen & Cyllenia retineri ex Hygin. & Apollodor. quorum hic Ceph. Mercurij & Herses filium fuisse: ille à quibusdā dici Mercur. F. scribit.
* pulsat
* ore
* appositas lect. ver.
c Iuuenili impetu.
d ἀποστροφὴ ad Cephalū πάθος habens à persona coniugis.
* posita, h. e. depositо pellicis metu.
* iam
* corpora
e ἀπαδίωξις. Sed eo iam, vnde huc digressi sumus, reuertamur. Cic.

Vt tangat portus fessa carina suos.
Scilicet expectas, vt te in conuiuia ducam:
Et quæris monitus hac quoq; parte meos.
Sera veni: positaq; decens incede lucerna:
Grata mora venies, maxima [a] lena mora est.
*Et, si [b] turpis eris, formosa videbere * cunctis:*
*Et latebras vitijs nox dabit * illa tuis.*
Carpe cibos digitis: est quidam gestus edendi:
Ora nec immunda tota perunge manu.
*Nèue * diu præsume dapes, sed desine citrà*
Quàm cupias, paulo quam potes [c] esse minus.
Priamides Helenen auidè si spectet edentem:
Oderit, & dicet, Stulta rapina mea est.
*Aptius est: * decet atq; magis potare puellas:*
[d] Cum Veneris puero non malè Bacche facis:
*Hoc quoq;, * quâ patiẽs caput est: [e] animusq;, pedesq;*
**Constant: nec, quæ sint singula, bina vide.*
Turpe iacens mulier multo madefacta Lyæo:
Digna est concubitus quoslibet illa pati.
Nec somno tutum est posita succumbere mensa:
Per somnos fieri multa pudenda solent.
Vlteriora pudet docuisse: sed alma Dione
Præcipuè nostrum est, quod pudet, inquit, opus.
*Nota sibi sit quæq;: modos * à corpore certos*
Sumite: non omnes vna figura decet.
Qua facie præsignis erit, resupina iaceto:
Spectetur tergo, cui sua terga placent.
**Melanion humeris Atalanta crura ferebat:*
Si bona sunt, hoc sunt aspicienda modo.

Parua

[a] Amoris conciliatrix Metaph.
[b] Minus formosa.
* potis libr. duo.
* ipsa lib. duo. Ita alib. Nocte latent mendæ, vitioq; ignoscitur omn.
* domi Naug.
[c] Edere.
* deceatq; libr. duo. modo potentiali.
[d] Non inutiliter iungeris cũ amore.
* quam libr. tres.
[e] Terent. Eun. neque pes, neque mens satis suum officium facit.
* Constent libr. duo. Micyl. hoc quoq; eo vsque facias, quatenus comporationes illas caput tuũ ferre possit.
* ad corpora.
* Mimation vitiosè. Scholast. Apoll. Ἀτα-λάντη ἰάτονος θυγάτηρ ἦν ἔ-γημε Μελα-νίων. strega γὰρ

Parua vehatur equo: quòd erat longissima, nunquam
[a] Thebais Hectoreo nupta resedit equo.
[b] Strata premat genibus paulum ceruice reflexa
Femina per longum conspicienda latus.
Cui femur est iuuenile, carent quoq; * cetera men-
* Semper in obliquo fusa sit illa toro. (da:
Nec tibi turpe puta crinem, vt * Phylleïa mater
Soluere: & effusis colla reflecte comis.
Tu quoq;, cui rugis vterum [c] Lucina notauit:
Vt celer auersis vtere Parthus equis.
Mille modi Veneris: simplex minimiq; laboris,
Cùm iacet in dextrum semisupina latus.
Sed neq; Phœbei tripodes, nec corniger * Ammon
Vera magis vobis, quam mea Musa canet.
Si qua fides arti, quam longo fecimus vsu:
Credite, [d] præstabunt carmina nostra fidem.
Sentiat ex imus Venerem resoluta medullis
Femina: & ex aquo res iuuet ista duos.
Nec blandæ voces, iucundaq; murmura cessent:
Nec taceant mediis improba verba iocis.
Tu quoq;, cui Veneris sensum natura negauit:
Dulcia mendaci gaudia finge sono.
Infelix, cui torpet hebes locus ille, puella:
Quo pariter debent femina virq; frui.
Tantùm, cùm finges, ne sis manifesta, caueto:
Effice per motum, luminaq;, ipsa fidem.
Quòd * iuuet, & voces, & anhelitus arguat oris:
Ah pudet, arcanas pars habet * illa notas.
Gaudia post Veneris quæ poscit munus amantem,

ἐστιν ἡ Δηγέια ἡ χοιτεως, ἣν ἔ-γημεν ἱπομι-δων. Propert. monobibli eleg. 1.

a Andromache Eëtionis Thebar. Cil. regis F.

b Lectum.

* pectora

* In vet. libr. Stet vir, in obl.

* Quid si legendum Phylaceia, vt Thessalica intelligatur, siue Laodamia ipsa, de qua à princip. huius libri.

c Partus.

* Hammon libr. tres.

d In se recipient, culpæ dispendium luent. Græcis est ἐγγυᾶσθαι. Cic. quamcunq; ei fidem dederis, præstabo libr. 5. ep. 11 Idem de Orat. Istam enim culpam, quam vereris, ego præstabo.

* iuuat libr. duo. melius. h. e. voluptatis perceptionem

 * ista lib. duo.

Illa suas nolit pondus habere preces.
Nec lucem in thalamos totis admitte fenestris:
Aptius in vestro corpore multa latent.
Lusus habet finem: [a]cycnis discedere tempus:
Duxerunt collo qui iuga nostra suo.
Vt quondam iuuenes, ita nunc mea turba puellæ
Inscribant sphœris: Naso magister erat.

[a] Currui Veneris hoc loco olores iungit, sicut & in X. Metam. alibi columbas, Sappho passeres.

P. OVIDII NASONIS DE REMEDIO AMORIS LIBER I.

LEgerat huius Amor titulum nomenq; libelli:
Bella mihi (video) bella parantur, ait.
Parcè tuum vatem sceleris damnare Cupido:
Tradita qui toties te duce signa tuli.
Non ego Tydides, à quo tua saucia mater
In liquidum redijt æthera Martis equis.
Sæpe tepent alij iuuenes: ego semper amaui:
Et si, quid faciam, nunc quoq; quæris, amo.
Quinetiam docui, qua posses arte parari:
*Et, * quæ nunc ratio est, impetus antè fuit.*
Nec te blande puer, nec nostras prodimus artes:
Nec noua præteritum Musa retexit opus.
Si quis amat, quod amare iuuat, feliciter ardet:
Gaudeat: & vento nauiget ille suo.
At, si quis malè fert indignæ regna puellæ:
Ne pereat, nostræ sentiat artis opem.

* quod. Amor qui nunc ratione administratur me magistro, antea impetu quodam gerebatur.

Cur

Cur aliquis laqueo [a] *collum nodatus amator*
A trabe sublimi triste pependit onus?
Cur aliquis rigido fodiat sua pectora ferro?
Inuidiam cædis [b] *pacis amator habes.*
Qui, nisi desierit, miserο perituru amore est:
Desinat, & nulli funeris auctor eru.
Et puer es: nec te quicquam, nisi ludere, oportet:
Lude: decent annos mollia regna tuos.*
Nam poteras vti nudis ad bella sagittis:
Sed tua mortifero vulnere tela carent.
Vitricus & gladijs & acuta dimicet hasta:
Et victor multa cæde cruentus eat.
Tu cole maternas, tutò quibus vtimur, artes:
Et quarum vitio nulla sit orba parens.
Effice, nocturna frangatur ianua rixa:
Et tegat ornatas multa corona fores.
Fac coëant furtim iuuenes, timidæq; puellæ:
Verbaq; dent cauto qualibet arte viro.
Et modò blanditias, rigido modò iurgia posti
Dicat: & exclusus flebile cantet amans.
His lacrymis contentus eris sine crimine mortis:
**Nec tua* [d] *fax auidos digna subire rogos.*
Hæc ego: mouit Amor gemmatas aureus alas:
Et mihi, Propositum perfice, dixit, opus.
Ad mea decepti iuuenes præcepta venite:
Quos suus ex omni parte fefellit amor.
Discite sanari, per quem didicistis amare:
Vna manus vobis vulnus opemq; feret.
Terra salutiferas herbas, eademq; nocentes
Nutrit:

[a] Collum habens nodo reuinctum Synecd.
[b] ἀντιστροφὴ ad Amorem. Propert. lib. 3. Pacis Amor deus est, pacem veneramur amantes.
* animos libr. duo. minùs aptè.
[c] Mars
* Non libr. duo. melius.
[d] Fax, qua amantes vris, non debet esse mortis ministra, sicut rogi quibus mortui in cineres vertuntur.

Nutrit: & vrtica proxima sæpe rosa est.
Vulnus [a] *Achilleo quæ quondam fecerat hosti,*
Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.
Sed quæcunq; viris, vobis quoq; dicta puellæ
Credite: diuersis partibus arma damus.
E quibus, ad vestros si quid non pertinet vsus,
Attamen [b] *exemplo multa docere potest.*
Vtile propositum est sæuas extinguere flammas:
Nec [c] *seruum vitijs pectus habere* * *suum.*
Vixisset Phyllis, si me foret vsa magistro:
Et per quod [d] *nouies, sæpius isset iter.*
Nec moriens Dido summa vidisset ab arce
Dardanias * *ventis vela dedisse rates.*
Nec dolor armasset contra sua viscera [e] *matrem,*
Quæ socij damno sanguinis vlta virum est.
Arte mea Tereus, quanuis Philomela placeret,
Per facinus fieri non meruisset [f] *auis.*
Da mihi Pasiphaën, iam tauri ponet amorem:
Da Phædram, Phædræ turpis abibit amor.
Redde Parin nobis, Helenen Menelaus habebit:
Nec manibus Danaûm Pergama victa cadent.
Impia si nostros legisset Scylla libellos,
Hæsisset capiti purpura Nisæ tuo.
Me duce damnosas homines compescite curas:
Rectaq; cum socijs me duce nauis eat.
Naso legendus erat tunc, quum didicistis amare:
Idem nunc vobis Naso legendus erit.
Publicus [h] *assertor vitijs suppressa leuabo*
Pectora: [i] *vindictæ quisq;* * *fauete suæ.*

[a] Telepho Myforum regi.

[b] Præceptorũ scil. quæ viris à me dantur.

[c] Obnoxium.

* tuum libr. duo.

[d] Non est num. finitus pro infinito: sed ex historia desumtum, quam refert Lycophr. in Alexand. siue Cassandra: cuius supra me minimus.

* vento.

[e] Medeam.

[f] Vpupa σ. Metam.

[g] Alludit ad Vlyss. & socios eius.

[h] Vindex libertatis.

[i] Libertati. Inter modos .n. manumissionis apud iurisconsultos est vindicta. Vide Tit. 5. libr. 1. Institut.

* fauete.

Te pre-

Te precor, * ô vates, adsit tua laurea nobis :
Carminis & medicæ Phœbe repertor opis.
*Et pariter vati, pariter succurre medenti :
Vtraq; tutela subdita cura tua est.
[a]Dum licet, & modici tangunt præcordia motus :
Si piget, in primo limine siste pedem.
[b]Opprime, dum noua sunt subiti mala semina mor-
Et tuus incipiens ire resistat equus. (bi:
Nã mora dat vires : teneras mora percoquit vuas :
Et validas segetes, quæ fuit herba, facit.
Quæ præbet latas arbor spaciantibus vmbras,
Quo posita est primùm tempore, virga fuit.
Tunc poterat manibus summa tellure reuelli :
Nunc stat in immensum viribus * aucta suis.
Quale sit id quod amas, celeri circumspice mente:
Et tua læsuro subtrahe colla iugo.
[c]Principijs obsta : serò medicina paratur :
Cùm mala per longas * inualuêre moras.
Sed propera : [d] nec te venturas differ in horas :
Qui non est hodie, cras minus aptus erit.
Verba dat omnis * amans, reperitq; alimenta [e] mo-
Optima vindicta proxima quæq; dies. (rando :
*Flumina magna vides paruis de fontibus orta :
Plurima collectis multiplicantur aquis.

[d] Hesiod. μήτ' ἀναβάλλεσθαι ἐς τ' ὤψιον, ἐς τ' ὀὐνφιν.

* amor libr. duo rectè.

[e] Differendo amoris remedium. Virg. alitur vitium vi-nitq; tegendo Dũ medicas adhibere manus ad vulnera pastor Abnegat.

* Flumina pauca vides magnis de fontib. libr. duo & Ald. melius : non enim in ipso exortu flumina statim magna sunt, sed cursũ augentur aquis vndequaque influentib.

Si citò

* incipit ger. ἐρχ, γ@.

* Tu mel.

[a] Lucret. libr. 4. Nam vitare, plagas in amoris ne laciamur Non ita difficile est, quàm captum retib. ipsis Exire, & vallidos Veneris prumpere nodos.

[b] Cic. 5. Philip. Omne malũ natũ recens facilè opprimitur, inueteratum sic plerunq; robustũ.

* acta rectius. sic infr. Et mala radices altius arbor agit.

[c] Suid. ἐρχὼ δ' ἰῶλ πολὴ λάϊον, ὡς Ἡσιόδ τὼ. Theog. ζητῶμεν δ' ἐλάχεα φάρμακα φυομένω.

*conualuêre lib. tres. Cicer. Ne rei crudelitas experrecta in me, in vos conualescat h. e. vires & robur assumat. Idem : Impunè ad omnium pernicie conualescet.

Si citò sensisses quantum peccare * parabas,
Non tegeres vultus cortice, Myrrha, tuos.
Vidi ego, quod fuerat primò sanabile vulnus,
Dilatum longæ damna tulisse moræ.
Sed, quia delectat Veneris decerpere * fructus:
Dicimus assiduè, cras quoq; fiet idem.
Interea tacitæ serpunt in viscera flammæ:
Et mala radices altius arbor agit.
Si tamen auxilij [a] perierunt tempora primi,
Et vetus in capto pectore sedit amor:
Maius opus superest: sed non, quia serior agro
Aduocor, ille mihi destituendus erit.
Qua lassus fuerat, partem [b] Pœantius heros
Debuerat celeri præsecuisse manu.
Post tamen hic multos sanatus creditur annos,
Supremam bellis imposuisse manum.
Qui modò nascenteis properabam pellere morbos:
Admoueo tardam nunc quoq; lentus opem.
Aut noua, si possis, sedare incendia tentes:
Aut vbi per vires [c] procubuêre suas.
Dum furor in cursu est, currenti cede furori:
Difficiles aditus impetus omnis habet.
Stultus, ab obliquo qui cùm discedere possit,
Pugnat in aduersas ire natator aquas.
Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte,
Respuit, atq; odio verba monentis habet.
Aggrediar melius tum, cùm sua vulnera tangi
Iam * sinit: & veris [d] vocibus aptus erit.
Quis matrem, nisi mentis inops, in funere nati
Flere

a Telares for.

* flores libr. duo. non inscitè.

a Elapsa sunt: nam secundum Hippocr. ὁ καιρὸς ὀξύς.

b Philoctetes.

c In cinerem collapsa sunt: h. e. cũ amor elanguit.

* sinet melius.
d Subiectionibus, admonitionibus.

Flere * vetet ? non hoc illa monenda loco est.
Cũ dederit lacrymas, [a]animũq; expleuerit ægrum :
Ille dolor verbis emoderandus erit.
[b]Temporibus medicina valet: data tempore prosũt,
Et data non apto tempore vina nocent.
Quin etiam accendas vitia, irritesq; vetando :
Temporibus si non aggrediare suis.
Ergo, vbi visus eris nostra medicabilis arte :
Fac monitus fugias ocia prima meis.
Hæc, vt ames, faciunt: Hæc, * quæ fecêre, tuentur :
Hæc sunt iucundi causſa [c] cibusq; mali.
Ocia si tollas, perière Cupidinis arcus :
Contemtæq; iacent & sine luce faces.
Quam platanus * riuo gaudet, quam populus vn-
Et quam limosa canna palustris humo : (da,
Tam Venus ocia amat. * finem qui quæris amori,
Cedit amor rebus : res age : tutus eris.
Languor, & immodici sub nullo * vindice somni,
Aleaq;, & multo tempora quaſſa mero,
Eripiunt omnes animo sine vulnere vires :
Affluit incautis insidioſus amor.
[d]Desidiam puer ille sequi solet : odit [e] agentes :
Da vacuæ menti, quo teneatur, opus.
Sunt fora, sunt leges, * & quos tuearis amici :
Vade per vrbanæ splendida [f] castra togæ.
Vel tu sanguinei iuuenilia munera Martis
Suscipe : delicias iam tibi terga dabunt.
Ecce fugax Parthus, magni noua causa triumphi,
Iam videt in campis Cæsaris arma suis.

Vince

* vetat
a Ita alib. Expletur lacrymis egeriturq; dolor.
b τοῖς καιροῖς.
* vt: alij, quod fec.
c Cic. Malorũ esca voluptas.
* viuo
* qui finem
* iudice libr. duo, & tres. vindice.
d Ocij inertiã.
e τὰς δραστη-ρίας, strenuos, industrios: siue τὰς ἐργάζο-μενας.
* sunt melius.
f Lucan. ad Pi-son. licet exer-cere togatæ Munera mili-tiæ.

Vince Cupidineas pariter, Parthasq; sagittas:
Et refer ad patrios bina trophæa Deos.
Vt semel Aetola Venus est à cuspide læsa:
Mandat [a] *amatori bella gerenda suo.*
Quæritur, Aegisthus quare sit factus adulter:
In promtu causa est, desidiosus erat.
Pugnabant alij tardis apud Ilion armis:
**Quò tulerat vires Graecia tota suas.*
Siue operam bellis vellet dare, nulla gerebat:
Siue foro, vacuum lutibus Argos erat.
Quod potuit, fecit: ne [b] *nil ageretur, amauit.*
Sic venit ille puer, sic puer ille manet.
Rura quoq; oblectant animos, [c] *studiumq; colendi:*
Quælibet huic curæ cedere cura potest.
Colla iube domitos oneri supponere tauros:
Sauciet vt duram vomer aduncus humum.
Obrue versata Cerealia semina terra,
Quæ tibi cum multo fenore reddat ager.
Aspice curuatos pomorum pondere ramos:
Vt sua, quod peperit, vix ferat arbor onus.
Aspice labentes iucundo murmure riuos:
Aspice tondentes fertile gramen oues.
Ecce petunt rupes, præruptaq; saxa capellæ,
**Vt referant hœdis vbera plena suis.*
Pastor [e] *inæquali modulatur arundine carmen:*
Nec desunt comites, sedula turba, canes.
Parte sonant aliæ syluæ mugitibus altæ:
Et queritur vitulum mater abesse suum.
Quid cùm suppositos fugiunt examina fumos,

Vè

[a] Marti. lib. 6. Οὗτοι τίκτουσι τὸν ἥδοταμπόλεμόν τε ἔργα. Τοῦτα δ' ἄρης θοῶς ἡ Ἀθήνη πάντα μελήσει.

* Transtulerat vir. minus rectè.

[b] Seneca Nihil agendo malè agere discimus. Menand. ὡς πολλὰ δυσβίοις ἡ σχολὴ ποιεῖ κακά.

[c] Agricultura siue agricolatio. Periphr.

[d] Horat. Quis non malarum quas amor curas habet, Hæc inter obliuiscitur? Epod.

* Iam referunt hœd. Naug.

[e] Tibull. Fistula cui semper decrescit arundinis ordo.

Vt [a] releuent demti vimina curua fani?
Poma dat auctumnus: formosa est messibus æstas:
Ver præbet flores: igne leuatur hyems.
Temporibus certis * *maturam rusticus* * *vuam*
Colligit: & nudo sub pede musta fluunt.
Temporibus certis desectas alligat herbas:
Et tonsam [b] *raro pectine* * *verrit humum.*
Ipse potes riguis * *plantam defigere in hortis:*
Ipse potes riuos ducere lenis aquæ.
Venerit insitio: fac ramum ramus adoptet:
Stetq; peregrinus arbor operta comis.
Cùm semel hæc animum cœpit mulcere voluptas,
Debilibus pennis irritus exit amor.
Vel tu venandi studium cole: sæpe recessit
Turpiter [c] *à Phœbi victa sorore Venus.*
Nunc leporem pronum catulo sectare sagaci:
Nunc * *in frondosis retia tende iugis.*
Aut pauidos terre [d] *varia formidine ceruos:*
Aut cadat aduersa cuspide fossus aper.
Nocte fatigatum somnus, non cura puellæ
Excipit: & * *dulci membra quiete leuat.*
Lenius est studium, * *prodest tamen, alite capta,*
Aut lino, aut calamis, præmia parua sequi.
Vel, quæ piscis edax auido male deuoret ore,
Abdere supremis [e] *æra recurua cibis.*
Aut his, aut alijs, donec dediscu amare,
Ipse tibi furtim decipiendus eris.
Tu * *tamen, & quamuis firmis retinebere vinclis,*
Iprocul: & longas carpere perge vias.

a Exonerent alueuaria melle exemto: quod cum fit, fumo apes abiguntur. 4. Georg.
* maturas vuas.

b Rastro.
* vertit
* plantas deponere Virgil. 2 Georg. Hic plantas tenero abscindens de corpore matrũ Deponit sulcis
c A Diana.
* tua Naug.
d Oppian. δέμας πολύχροον appellat, cum suspensis tuniculo pennis versicoloribus terrentur feræ 3 Georg
* pingui libr. duo. melius
* studium tamen. non inscite. Naug.
e Hamum: quẽ alibi vnca æra nominat.

* tantũ, quamuis libr. tres. probè.

Flebis: & occurret deſertæ nomen amicæ:
Stabit & in media pes tibi ſæpe via.
Sed quanto minus ire voles, magis ire memento:
Perfer: & inuitos currere coge pedes.
Nec pluuias opta: nec te [a] peregrina morentur
Sabbata: nec damnis [b] Allia nota ſuis.
Nec quot tranſieris, ſed quot tibi, quære, ſuperſint
Millia: [*] nec maneas, nec propè finge moras.
Tempora nec numera: nec crebrò reſpice Romam:
Sed fuge: tutus adhuc Parthus ab hoſte fuga eſt.
Dura aliquis præcepta vocet mea: dura fatemur
Eſſe: ſed, vt valeas, multa dolenda feres.
Sæpe bibi [c] ſuccos, quanuis inuitus, amaros
Aeger: & oranti menſa negata mihi eſt.
Vt corpus redimas, ferrum [*] patieris & ignes:
Arida nec ſitiens ora [*] leuabis aqua.
Vt valeas animo, quicquam tolerare negabis?
At precium pars hæc corpore maius habet.
Sed tamen eſt artis triſtiſſima [d] ianua noſtræ:
Et, labor eſt vnus, tempora prima pati.
Aſpicis, vt prenſos [e] vrant iuga prima iuuencos?
[*] Vt noua velocem cingula lædat equum?
Forſitan à laribus patrijs exire pigebit:
Sed tamen exibis: deinde redire voles.
Nec te lar patrius, ſed amor reuocabit amicæ:
[*] Prætendes culpæ ſplendida verba tuæ.
Cùm ſemel exieris, centum ſolatia curæ
Et rus, & comites, & via longa dabunt.
Nec ſatis eſſe putes diſcedere: lentus abeſto:

Dum

[a] Iudæis culta. 1. de art. Cultaq; Iudæo ſeptima ſacra viro. Hunc autē diem profecturi inauſpicatū ducebant. Tibull. aut omina dira Saturni ſacra me tenuiſſe die.
[b] Dies Allienſis ater.
[*] nec, maneas vt prope, fing. libr. tres melius.
[c] χυλὸς ἀφεψημένος καὶ ἀπηφρισμένος.
[*] patiaris
[*] lauabis Nauger.
[d] Initium ſiue aditus Metaph.
[e] Dolore afficiant. Horat. ſi minor, vret. lib. 1. ep. 10.
[*] Et Naug.
[*] Prætendens lib. duo: & fortè melius.

Dum perdat vires, sitq; sine igne cinis.
*Qui nisi [a] firmata properarit mente reuerti:
Inferet arma tibi saua [b] rebellis amor.
*Quicquid eras, fueris: sistens, auidusq; redibis:
Et spacium damno cesserit omne tuo.
*Fallitur Aemonia si quis mala pabula terra,
Et magicas artes posse iuuare putat.
Ista * venefici vetus est via: noster Apollo
Innocuam sacro carmine monstrat opem.
Me duce non tumulo prodire * iubebitur vmbra:
Non * anus infami carmine tumpet humum.
Non seges [c] ex alijs alios transibit in agros:
Nec subitò Phœbi pallidus orbis erit.
Vt solet, aquoreas ibit Tyberinus in vndas:
Vt solet, [d] in niueis Luna vehetur equis.
Nulla [e] recantatas deponent pectora curas:
Nec fugiet viuo fulsure victus amor.
Quid te Phasiacæ iuuerunt gramina terræ,
Cùm cuperes patria Colchi manere domo?
Quid tibi * profuerint Circe [f] Perseides herbæ,
Cùm tibi Neritias abstulit * aura rates?
Omnia feciſti, ne callidus hospes abiret:
Ille dedit certæ lintea plena fugæ.
Omnia feciſti, ne te ferus vreret ignis:
[g] Longus * at inuito pectore sedit amor.
g Catull. Difficile est longũ subitò deponere amorem.
Vertere quæ poteras homines in mille figuras:
Non poteras animi vertere iura tui.
Diceris hu etiam, cùm tam discedere vellet,

* Quod libr. duo.
a Confirmatâ; offirmata. Enallag. figuræ.
b Bellum intenouans.
* Quid, quod & abfueris per peram.
* Viderit, Aem. libr. tres: & vet. lect.
* veneficij libr duo.
* videbitur.
Intelligit autẽ νεκύων, h. e. mortuorum euocationem.
* anus infano c x i x. tab. fruges excantare dicunt. Tibull. Cantus vicinis fruges traducit ab agris.
d Non obscurabitur incantationibus.
e Magicis carminibus fugatas.
* profuerunt probè lib. duo. συσολή.
f Μαγικὸς λόγος ὀδ. κ'. h. e. veneficæ, magicæ.
* hora Naug.
* & inuito libr. duo. & vn. in inuit.

Dulichium verbis [a] detinuisse ducem :
Non ego, quod primum (memini) sperare solebam,
Iam precor, vt coniux tu meus esse velis.
Et tamen, vt coniux essem tua, digna videbar :
Quod Dea, quòd magni filia Solis eram.
Ne properes oro : spacium pro munere posco :
Quid minus optari per mea vota potest ?
Et freta mota vides : & debes illa timere :
Vtilior velis postmodò ventus erit.
Quae tibi causa fugae? non hîc noua Troia resurgit :
Non aliquis socios rursus ad arma vocat.
Hic amor, * & pax est, in qua malè vulneror vnâ :
Totaq; sub regno terra futura tuo est.
Illa loquebatur : nauem soluebat Vlysses :
Irrita cùm velis verba tulêre Noti.
Ardet, & assuetas Circe * tendebat ad artes :
Nec tamen est illis attenuatus amor.
Ergo quisquis opem nostra tibi poscis ab arte :
Deme venefícijs carminibusq; fidem.
Si te causa potens * domina retinebit in vrbe :
Accipe, consilium quod sit in vrbe meum.
Optimus ille fuit vindex, ladentia pectus
[b] Vincula qui rupit, dedoluitq; semel.
Sed, cui tantum animi est, illum mirabor & ipse :
Et dicam, monitis non eget iste meis.
Tu * modò qui, quod amas, agrè dediscis amare,
Nec potes, & velles posse, docendus eris.
Sape refer tecum scelerata facta puellae :
Et pone ante oculos omnia damna tuos.

Illud,

[a] Contrarium narrat Homer. loco citato. μνηστῆρσιν ἀέκοντες ἐμῷ ἐνὶ μίμνειν οἴκῳ.

* hîc pax Naug. melius.

* decurrit lib. duo.

* domina libr. duo. Nauger. Virg. Romanos rerum dominos.

[b] Lucret. & validos Veneris perrumpere nodos.

* mihi, libr. tres. rectius.

Illud, & illud habet: nec ea contenta rapina est:
Sub titulum nostros misit auara lares.
Sic mihi iurauit: sic me iurata fefellit:
Ante suas quoties passa tacere fores?
Diligit ipsa alios: à me fastidit amari:
Institor heu noctes, quas mihi non dat, habet.
Hæc tibi per totos [b] *marcescant omnia sensus:*
Hæc refer: hinc odij femina quære tui.
Atq; vtinam posses etiam facundus in illis
Esse: dole tantum, sponte disertus eris.
Hæserat in quadam nuper mea cura puella:
Conueniens animo non erat illa meo.
Curabar propriis ager Podalirius herbis:
Et (fateor) medicus [c] *turpiter ager eram.*
Profuit assidue vitijs insistere amicæ:
Idq; mihi factum sæpe salubre fuit.
Quam mala, dicebam, nostræ sunt crura puellæ!
Nec tamen, vt verum confiteamur, erant.
Brachia quam non sunt nostræ formosa puellæ!
Nec tamen, vt verum confiteamur, erant.
*Quam breuis est! * nec erat: q̃ multũ posset amã-*
Hinc odio venit maxima causa meo. (tem!
[d] *Et mala sunt vicina bonis: errore sub illo*
Pro vitio virtus crimina sæpe tulit.
Quam potes, in pectus dotes deflecte puellæ:
Iudiciumq; breui [e] *limite falle tuum.*
Turgida, si plena est: si fusca est, nigra vocetur:
In gracili, macies crimen habere potest.
Et poterit dici petulans, quæ rustica non est:

μίμησις amatoris indignantis.

[a] Tibull. lib. 2. Ite sub imperium sub titulumque lares. Reb. enim venalibus titulus præponebatur: de quo vide Gell. lib. 4. cap. 2.

[b] Obuersando quotidie apud animum putrescant, ac nauseam pariant.

[c] ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκιστα βεύων.

* & erat Nauger.

[d] Eurip. ἐσθ' ὡς γένοιτ' ἂν χρηστὸς ἐσθλὰ κἀπὶ κακὰ, Ἀλλ' ἐστὶ τις σύγκρασις Quintil. lib. 2. cap. 13. Est præterea quædam virtutum vitiorumque vicinia.

[e] Qui sc. positus est inter virtutem & vitium discernēs ambo instar limitis discernentis arua vicina.

Et poterit dici ruſtica, ſi qua proba eſt:
Quin etiam quacunq; caret tua dote puella,
* maneat perp. *Hanc * moueat, blandis vſq; precare ſonis.*
Exige quod cantet, ſi qua eſt ſine voce puella:
Fac ſaltet, neſcit ſi qua mouere pedem.
a ἀνάψυξις: ſi barbaram habet vocem. *a Barbara ſermone eſt: fac tecum multa loquatur:*
Non didicit chordas tangere: poſce lyram.
* face vt Nauger. *Durius incedit: * fac vt ambulet.* b *omne papillæ*
b Si qua eſt mammoſa, βύρσα. *Pectus * habent tumidæ: faſcia nulla regat.*
* habent: vitium faſc. *Si malè dentata eſt, narra quod rideat illa:*
c Si oculos habet gramioſos, pituitoſos. c *Mollibus eſt oculis: quod fleat illa, refer.*
Proderit & ſubitò, cum ſe non finxerit vlli,
Ad dominam celeres manè tuliſſe gradus.
d Decipimur, in amorem alicimur. d *Auferimur cultu: gemmis auroq; teguntur*
* Crimina **Omnia: pars minima eſt ipſa puella ſui.*
e Inter gemmarum & auri tot ornamentâ. *Sæpe, vbi ſit, q; ames,* e *inter tam multa requiras:*
Decipit hac oculos ægide diues amor.
* deprendas *Improuiſus ades: * deprendes tutus inermem:*
* ipſa *Infelix vitijs excidet * illa ſuis.*
Non tamẽ huic nimium præcepto credere tutũ eſt:
Fallit enim multos forma ſine arte decens.
* Tum Naug. probè. **Tu quoq;, compoſitis ſua cùm* linit ora* f *venenis,*
* linet *Ad dominæ vultus, nec pudor obſtet, eas.*
f Fuco. *Pyxidas inuenies, & rerum mille colores:*
Et fluere in tepidos œſypa lapſa ſinus.
Illa tuas redolent Phineu medicamina menſas:
* hinc libr. duo, melius. *Non ſemel * eſt ſtomacho nauſea facta meo.*
* ex omni eſt libr. duo. reȼè. *Nunc tibi, quæ medio Veneris præſtemus in vſu,*
*Eloquar: * eſt omni parte fugandus amor.*

Multa

Multa quidem ex illis pudor est mihi dicere: sed tu
Ingenio verbis concipe plura meis.
Nuper enim nostros quidam carpsêre libellos:
Quorum censura Musa [a] proterua mea est.
Dummodò sic placeam, dum toto canter in orbe:
**Qui volet, impugnet vnus, & alter opus.*
Ingenium magni liuor detrectat Homeri:
Quisquis es, [b] ex illo Zoile nomen habes.
Et tua sacrilegæ laniarunt carmina linguæ:
Pertulit huc victos quo duce Troia Deos.
[c] Summa petit liuor: perflant altissima venti:
Summa petunt dextra fulmina missa Ioui.
At tu quicunq; es, quem nostra licentia lædit:
Si sapis, ad numeros exige quæq; suos.
Fortia [d] Mæonio gaudent pede bella referri:
Delicijs illic quis locus esse potest? (nos:
Grãde sonãt Tragici: Tragicos decet ira cothur-
[e] Versibus è medijs soccus habendus erit.
Liber in aduersos hostes stringatur Iambus:
Seu celer, [f] extremum seu trahat ille pedem.
Blanda Pharetratos Elegeïa cantet amores:
Et leuis arbitrio ludat amica suo.
Callimachi numeris non est dicendus Achilles:
Cydippe non est oris Homere tui.
Quis feret Andromaches peragentẽ Thaida partes?
*Peccat, in Andromache, Thaida * si quis agat.*
Thais in arte mea est: lasciuia libera nostra est:
*Nil mihi cum * nupta: Thais in arte mea est.*
Si mea materiæ respondet Musa iocosæ:

a Lasciua.

* Quàm volet Naug. rectè. quantũ volet.

b A Zoilo, qui Homeromastix dictus est: vel ab inuidiæ detractione.

c Lucret. lib. v. Inuidia quoniam, ceu fulmine, summa vaporant Plerunq;, & quæ sunt alijs magis edita cunque.

d Homerico, h. e. heroico. Horat. Mæonij carminis alite.

e Comœdia mediocre dicendi genus amat.

f χωλίαμβον innuit, qui & σκάζων. Vide Polit. Miscell. 75.

* quisquis Nauger. melius.

* vitta est: libr. tres rectè: & vnus, vitta, omisso ẽ est.

* Vincimus libr. duo. bellè

*Vicimus, & falsi criminis acta rea est.
Rumpere huor edax: magnũ iam nomen habemus:
Maius erit, tantum, quo pede cœpit, eat.
Sed nimium properas: vinam modò, plura dolebis:
Et capient anni carmina multa mei.

a Cic. 1. Tusc. Honos alit artes: omnesq; incendimur ad studia gloria.

Nam iuuat, & studium famæ mihi crescit honore:
Principio clipei noster anhelat equus.
Tantum se nobis Elegi debere fatentur,
Quantum Virgilio nobile debet opus.

P. OVIDII NASONIS SVLMONENSIS DE REMEDIO AMORIS

Liber II.

b Inuidis & obrectatoribus.

HActenus b inuidiæ respondimus: attrahe lora
Fortius, & gyro curre poeta tuo.
Ergo vbi concubitus, & opus iuuenile petetur,
Et propè promissæ tempora noctis erunt:
Gaudia ne domina, pleno si corpore sumes,
Te capiant: ineas quamlibet antè velim.
Quamlibet inuenias, in qua tua prima voluptas
Desinat: à prima, proxima segnis erit.
Sustentata Venus gratissima: frigore soles,
Sole iuuant vmbræ: grata sit vnda siti.

* figuram Quæ lib. duo
* quamq; libr. tres.
* rarò libr. duo.

Et pudet, & dicam, Veneris quoq; iunge * figuras,
Quas minimè iungi, * quasue decere putes.
Nec labor efficere est: *rara tibi vera fatentur:
Et nihil est, quod se dedecuisse putent.

Tunc

Tunc etiam iubeo totas aperire feneſtras :
Turpiaq; [a] admiſſo membra notare die. [a] Luce intromiſſa.
At, ſimul ad metas venit finita voluptas ;
Laſſaq; cum tota corpora mente iacent :
Dum piget : & nullam malles tetigiſſe puellam :
**Taſturumq; tibi non videare diu :* * Facturuſque perp.
Tunc animo ſigna, quæcũq; in corpore menda eſt :
Luminaq; in vitijs illius vſq; tene.
Forſitá hæc aliquis (nã ſunt quoq;) parua vocabit :
Sed, quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.
Parua necat morſu ſpacioſum vipera taurum :
A cane non magno ſæpe tenetur aper.
*Tu tantum numero pugna : * præceptaq; in vnum* [b] Multitudine. * percepta
Contrahe : de multis grandis aceruus erit. * quoniam totid. libr. duo.
*Sed * quia ſunt totidem mores, totidemq; figuræ :*
Non ſunt iudicijs omnia danda meis.
Quo tua non poſſint offendi pectora facto :
Forſitan hoc alio iudice crimen erit.
Ille quod obſcœnas in aperto corpore partes [c] τὰ ἐκ τῆς ἀφροδίτης. Lucret. lib. 2. Veres per Veneris blanditias ſecla propagent.
Viderat, in curſu qui fuit, hæſit amor.
Ille quòd à [c] Veneris rebus ſurgente puella
Vidit in immundo ſigna pudenda toro.
*Luditis ô ſi quos potuerunt iſta * iuuare,*
** Afflarant tepidæ pectora veſtra faces.* * mouere lib. duo. melius.
** Attrahat ille puer contentos ſortius arcus :* * Afflarunt
Saucia maiorem turba petetis opem. * At trahat. non malè. al. Attrahet.
Quid, qui clam latuit reddente obſcœna puella ?
*Et vidit, quæ * mox ipſa videre vetat ?* * mos ipſe libr. duo. probè.
Dij melius, quam nos moneamus talia quenquã,

Vt prosint, non sunt * experienda tamen.
Hortor &, vt pariter binas habeatis amicas:
Fortior est, plures si quis habere potest.
Secta bipartito cum mens, discurrit [a] vtroq;:
Alterius vires subtrahit alter amor.
Grandia per multos tenuantur flumina riuos:
*Magnaq; subducto stipite flamma perit.
Non satis vna tenet ceratas anchora puppes:
*Nec satis est liquidis vnicus hamus aquis.
Qui sibi iampridem solatia bina parauit:
Iampridem summa victor in arce fuit.
At tibi, qui fueras domina malè creditus vni,
Nunc saltem nouus est inueniendus amor.
Pasiphaës Minos in * Progride perdidit ignes,
Cessit ab Idæa coniuge victa [b] prior.
[c] Amphilochi frater ne Phegida semper amaret,
Callirhoë fecit parte recepta tori.
Et Paris Oenonen summos tenuisset in annos:
Si non Oebalia pellice læsa foret.
Coniugis Odrysio placuisset forma tyranno
Sed melior clausæ forma sororis erat.
Quid moror exemplis, quorum me turba fatigat?
Successore nouo vincitur omnis * amor.
Parcius è multis mater desiderat vnum,
Quàm, quæ flens clamat, Tu mihi solus eras.

* expedienda Naug.

a In vtranque partem vagatur, non adhærens vni rei.

* Secta aque Naug.

* Non.

* Plotide. al. Phronide. Legendum autem est Procride: hæc enim Minoa laborantē ex pudendis curauit, teste Palæphato. Vide emendat. Leopard. libr. 7. cap. 24.

b Cleopatra Boreæ & Orithyiæ F. cui repudiatæ Phineus Idæam Dardani Scytharum regis F. superinduxit. Vide Parrhas. expos. & emendat. Leop. Sunt autē hæc exempla vicissitudinis & inconstant. amoris.

c Alcmæon Amphiarai F. duarum vxorum maritus fuit, Alphesibœæ Phegei filiæ, & Callirhoës Acheloi. Pausan. Arcadic. Quid. 9. Met. Cognatumq; latus Phegeius hauserit ensis.

* amans malè.

Et, ne

Et, ne fortè putes noua me tibi condere iura:
(Atq; vtinam inuenti gloria nostra foret)
Vidit id Atrides (quid enim non ille videret,
Cuius in arbitrio Græcia tota fuit?)
Marte suo captam Chryseida victor amabat:
*At senior stultè flebat vbiq; * pater.* * parens Naug.
Quid lacrymas odiose senex? bene contigit illi:
Officio natam lædis inepte tuo.
Quam postquam reddi Calchas ope tutus Achillis
Iusserat: & patria est illa recepta domo:
Atrides ait, [a] Est illius proxima forma,
Et, si prima sinat littera, nomen idem.
Hanc mihi, si sapiat, per se concedat Achilles:
[b] Sin minus, imperium sentiet ille meum.
*Quod si quis vestrum factum hoc * incusat Achiui:*
Est aliquid valida sceptra tenere manu.
Nam, si rex ego sum, nec mecum dormiat illa,
[c] In mea Thersites regna licebit eat.
Dixit: & hanc habuit solatia magna prioris:
*Et prior est * cura cura repulsa noua.*
Ergo assume nouas auctore Agamemnone flammas:
**Et tuus in biuio detineatur amor.*
Quæris vbi inuenias: artes tu perlege nostras:
Plena puellarum iam tibi nauis erit.
Quòd si quid præcepta valent mea, si quid Apollo
Vtile mortales edocet ore meo:
Quamuis infelix media torreberis Aetna:
Frigidior dominæ fac videare tuæ.
Et fanum simula: nec, si quid fortè dolebis,

a Chryseidi vt nomine ita forma est proxima Briseis.

b Iliad. α. εἰ δέ κε μὴ δώσουσιν ἀγὼ δέ κεν αὐτὸς ἐλώμαι ἐλθὼν σὺν πλεόνεσσι. τὸ οἱ κεν ῥίγιον ἔσται.

* accusat Natger. bellè.

c Licebit vt Thersites pro me regnum teneat.

* posita libr. duo, minus venustè.

* Vt libr. duo. melius. Vt amor tuus diuisus minus ardeat.

Sentiat

Sentiat: & ride, cùm tibi flendus erit.

[a] Similiter Cicer. amicitias quæ minus delectent, sensim diffluere potius iubet, quàm repente præcidere.

[a] Non ego te iubeo medias abrumpere flammas:
Non sunt imperij tam fera iussa mei.
Quod non est, simula: [b] positosq; imitare furores:
Sic facies verè, quod meditatus eris.

[b] Amores depositos.

Sæpe ego, ne biberem, volui dormire videri:
Dum videor, somno lumina victa dedi.
Deceptum risi, qui se simulârat amare:
In laqueos auceps deciderat̃q; suos.
Intrat amor mentes vsu: dediscitur vsu:
Qui poterit sanum fingere, sanus erit.

[†] tibi pacta minus bellè. * feras.

*Dixerit, vt venias * pacta tibi nocte, venito:*
*Venerit, & fuerit ianua clausa: * feres.*
Nec dic blanditias, nec dic conuicia posti:
Nec latus in duro limine pone tuum.
Postera lux aderit: careant tua verba querelis:
Et nulla in vultu signa dolentis habe.

[c] Languidius amare.

Iam ponet fastus, cùm te [c] languere videbit:
Hoc etiam nostra munus ab arte feres.

[d] Paulatim deseret, vt non animaduertas, donec prorsus amare desinas.

Te quoq; [d] fallet amor, dum sit tibi finis amandi:
Proposito frænis sæpe repugnat equus.
Vtilitas lateat: quod non profitebere, fiet.
Quæ nimis apparent retia, vitat auis.

* vt te cõtem. possit lib. duo. rectè. alij: quod non cont. possis. alij quod te contemn. possit.

*Nec tibi tam placeat, * quòd eã contẽnere possis:*
Sume animos, animis cedat vt illa tuis.
Ianua fortè patet: quanuis reuocabere, transi:
Est data nox: dubita nocte venire data.
Posse pati facile est: tibi ni patientia desit:
Protinus ex facili gaudia ferre licet.

Et

Et * præcepta potest quisquam mea dura vocare?
Eu etiam [a] partes conciliantis ago.
Nam, quoniam variant animi, variabimus artes:
Mille mali species: mille salutis erunt.
Corpora vix ferro quædam sanantur acuto:
Auxilium multis succus & herba fuit.
Mollior es, nec abire potes, vinctusq; teneris:
Et tua sæuus amor sub pede colla premit:
Desine [b] luctari: * referant tua carbasa venti:
Quaq; vocant fluctus, hac tibi remus eat.
Explenda est sitis ista tibi, qua perditus ardes:
[c] Cedimus: è medio iam licet amne bibas.
Sed bibe plus etiam quā quod præcordia poscunt:
Gutture fac pleno sumta redundet aqua.
* Et fruere vsq; tua nullo prohibente puella:
Illa tibi noctes auferat: illa dies.
Tædia quære [d] mali: faciunt & tædia finem:
Iam quoq;, cum * credas posse carere, mane.
Dum bene [e] tu cumulas, tibi copia tollit amorem:
Et fastidita non libet esse domo.
Fit quoq; longus amor, quem [e] diffidentia nutrit:
Hunc si tu quæris ponere, pone metum.
Qui timet, vt sua sit, ne quis sibi subtrahat illam:
[f] Ille Machaonia vix ope sanus erit.
[g] Plus amat è natis mater plerunq; duobus,
Pro cuius reditu, quòd gerit arma, timet.
[g] Est prope Collinā templum venerabile portam,
Imposuit templo nomina celsus Eryx.
Est illic [h] lethæus Amor, qui pectora sanat:

* quisquā præcepta potest mea.
[a] Proxeneta munere fungor.
[b] Repugnare amori.
* referent lib. duo. probè.
[c] Concedimus, permittimus vt amore fruaris.
* Vtere & vsq; Naug.
[d] Amoris, nimia illius copia, siue satietate.
* credes
* te cumules & copia tollat libr. duo. non insciè.
[e] Qui alitur Zelotypiæ suspicionibus.
[f] παροιμιακῶς.
[g] Veneris Erycinæ templ. ante portam Collinam. 4. Fast. & Appian.
[h] Cupido oblivionem amoris afferens.

Inq;

Inq; ſuas gelidam lampadas addit aquam.
Illic & iuuenes votis obliuia poſcunt:
Et ſi qua eſt duro capta puella viro.
*Is mihi ſic dixit: (dubito, verúsne Cupido,
An ſomnus fuerit: ſed puto ſomnus erat)
O, qui ſollicitos modò das, modò demis amores:
Adijce præceptis * hoc quoq; Naſo tuis.
Ad mala quiſq; animum *referat ſua: ponet amorē:
[a]Omnibus illa Deus plusúe minusúe dedit.
Qui[b] Puteal, [c]lanumq; timet, celeresq; kalendas:
Torqueat hunc æris mutua ſumma ſui.
Cui durus pater eſt, vt voto cetera cedant,
Huic pater ante oculos durus habendus erit.
Hic male dotata pauper cum coniuge viuit:
Vxorem fato credat * obeſſe ſuo.
Eſt tibi rure bono generoſæ fertilis vuæ
Vinea: ne naſcens vſta ſit vua, time.
Ille habet in reditu nauem: mare ſemper iniquum
Cogitet: & damno littora ſæua ſuo.
Filius hunc miles, hunc filia nubilis angat:
[e]Et quis non cauſas mille doloris habet?
Vt poſſes odiſſe tuam Pari, funera fratrum
Debueras * animo ſæpe referre tuo.
Plura loquebatur * placidè [f] puerilis imago,
Deſtituit * ſomnus, ſi modò ſomnus erat.

* Hic mih. libr. duo.
* hæc
* referat perp. iubet enim vnumquenq; ſibi apud animū incōmoda ſua & res aduerſas meditando ponere.
a Herod. Neminē eſſe mortalem neq; fore vllum, cum quo naſcente non ſtatim initio mali aliqd cōmiſtum ſit. Præſtantiſs. autem præditos malis eſſe maximis.
b Tribunal prætoris.
c Argentarios & feneratores, qui ad Ianum medium conuenebant, locum non ſatis longè diſtantem à puteali, extructo à Libone inter duos Ianos ſuperiorem & inferiorem.
d Quibus perſoluenda erat creditorib. pecunia mutuò accepta.
* adeſſe vet.

e Eurip. ἔστι μὲν οὐδεὶς ὅστις ἀπονεῖ βροτῶν. Cicer. Mortalis nemo eſt, quem non attingat dolor.
* Oculis ſubſtituiſſe tuis.
* Placidum ſomnum. al. placidus.
f Cupido pueri imagine.

Quid

Quid faciam ?[a] media nauem Palinurus in vnda
Deserit : ignotas cogor inire vias.
Quisquis amas, loca sola nocent:[b] loca sola caueto:
Quò fugis ? in populo tutior esse potes.
Nam tibi secretos augent secreta furores :
Est opus auxilio : turba futura tibi est.
Tristis eris, si solus eris : dominæq; relictæ
Ante oculos facies stabit, vt ipsa, tuos.
Tristior idcircò nox est, quàm [c] tempora Phœbi :
* Quæq; leuet luctus turba sodalis abest.
Nec fuge colloquium : nec sit tua ianua clausa :
Nec tenebris * vultus flebilis abde tuos.
Semper habe[d] Pyladen aliquem, qui curet Orestē :
Hic quoq; amicitiæ non leuis vsus erit.
Quid nisi secretæ laserunt Phyllida sylvæ ?
Certa necis causa est, incomitata fuit.
Ibat, vt * Aonio referens trieterica Baccho
Ire solet fusis barbara turba comis.
Et modò, quà poterat, latum spectabat in æquor :
Nunc in arenosa lassa iacebat humo.
Perfide Demophoon surdas clamabat ad vndas :
Ruptaq; singultu verba loquentis erant.
Limes erat tenuis longa subnubilus vmbra:
* Quò tulit illa suos ad mare sæpe pedes.
[e] Nona terebatur miseræ via : viderit, inquit :
Et spectat zonam pallida facta suam.
Aspicit & ramos : dubitat, refugitq; quod audet :
Et timet : & digitos ad sua colla refert.

[a] παροιμιακῶς. Vide 5. Aeneid.
[b] Solitudinem, quę auget amoris solicitudinem.
[c] Dies.
* Quæ releuet libr. tres. melius.
* luctus fleb. adde Naug.
[d] Amicum. Antonom.
* Aemonio : alij Edono, siue Edonio repugnante metro.
* Quà tulit ipsa Naug.
[e] Phyllis enim Demoph. ad vsque Nouem vias, quæ ciuit. Amphipolis appellata est, secuta, cum diu illum ibi expectasset, impar amori mortem sibi conscíuit, vt refert interpr. Lycophr. in Alexandr. Vide & Parrh.

Sithoni

Si boni tunc certè vellem ne sola fuisses:
Non * flesset positus Phyllida syria comis.
Phyllidis exemplo nimium secreta cauete,
Læsa vir a domina, læsa puella viro.
Præstiterat iuuenis quicquid mea Musa iubebat:
Inq; suæ portu pene salutis erat.
Decidit, vt cupidos inter deuenit amantes:
Et, quæ deciderant tela, resumsit amor.
Si quis amas, nec vis: * faciæ contagia vites:
Hæc etiam pecori sæpe nocere solent.
Dum spectant læsos oculi, læduntur & ipsi:
Multaq; corporibus a transitione nocent.
In loca nonnunquam siccis arentia glebis,
De propè currenti flumine manat aqua.
Manat amor tectus, si non ab amante recedas:
Turbaq; in hoc omnes ingeniosa sumus.
Alter item tam sanus erat: victima læsit:
Occursum dominæ non tulit ille suæ.
Vulnus in antiquum redijt male * sana cicatrix:
Successumq; artes non habuêre meæ.
Proximus à tecto ignis defenditur agrè:
Vtile finitimis abstinuisse locis.
Nec, quæ ferre solet spaciantem porticus illam,
Te ferat: b officium néue colatur idem.
Quid iuuat admonitu tepidam recalescere mentē?
Alter, si possis, orbis habendus erit.
Non facile esuriens posita retinebere mensa:
Et multum saliens incitat vnda sitim.
Non facile est taurum visa retinere iuuenca:

Fortis

* Acret

* facito libr. duo. melius.

a Contagione. Lucret. nullo cessabant tempore apisci Ex alijs alios auidi contagia morbi.

* firma libr. duo quæ nondum satis obducta erat.

b Neu cetera exequare, quibus solebas antea puell. tibi deuincire.

Fortis equus * visa semper adhinnit * equæ.
Hæc vbi præstiteris, vt tandem [a] littora tangas,
Non ipsam satis est deseruisse tibi.
Et soror, & mater valeant, & conscia nutrix,
Et quisquis dominæ pars erit vlla tuæ.
Nec veniat seruus: nec flens ancillula fictum
Suppliciter dominæ nomine dicat aue.
Nec, si scire voles quid agat, tamen * ipse rogabis:
Perfer: erit [b] lucro lingua retenta tuo.
Tu quoq; qui causam * fugitiui quæris amoris,
Deq; tua domina multa querenda refers:
Parce queri, melius sic te vlciscêre tacendo:
* Dum desideriis effluat illa tuis.
Et malim taceas, quàm te desisse loquaris:
Qui nimium multis non amo dicit, amat.
Sed meliore fide paulatim extinguitur ignis:
Quàm subitò: lentè desine, tutus eris.
[c] Flumine perpetuo torrens solet altius ire:
Sed tamen hæc breuis est, illa perennis aqua.
Fallat, & in tenues euanidus exeat auras:
[d] Perq; gradus molles emoriatur amor.
Sed modò dilectam scelus est odisse puellam:
[e] Exitus ingenijs conuenit iste feris.
Nec curandus adest, odio qui finit amorem:
Aut amat, aut ægrè desinit esse miser.
[f] Turpe vir & mulier tunctì modò, protinus hostes:
Non * istas lites & Appias ipsa probat.
Sæpe reas faciunt, & amant: vbi nulla simultas
Incidit, * admonitu liber oberrat amor.

* visa equa minus bellè.
a Portum: h. e. amore libereris. Metaph.
* illa
b Tuo bono. Ita contr. damno littora sæua suo.
* finito reddis amori lib. duo: & vn. finiti amoris.
* Vt libr. duo: probè. & vn. Quum des. Cic. Amicitiæ sunt remissione vsus eleuandæ.
c Amne perenni.
d Pedetentim.
e Finis amoris.
f Cic. Nihil n. turpius q̃ cum eo bellum gerere, qui cum familiariter vixeris.
* illas
g Venus, & ceteræ deæ, quas in Arte Appiades dixit ab aqua Appia prope quam illarum delubrum erat in foro Cæl.
* à monitu

Forte * aderat iuuenis: dominam lectica tenebat:
Horrebant sæuis omnia verba minis.
Iamq; [a] vadaturus, [b] Lectica prodeat, inquit:
Prodierat, visa coniuge mutus erat.
Et manus, & manibus duplices cecidere tabellæ:
Venit in amplexus: atq; ita, Vincis, ait.
Tutius est, aptumq; magis discedere pace:
Quàm petere à thalamis litigiosa fora.
Munera quæ dederas, habeat sine lite iubeto:
[c] Esse solent magno damna minora bono.
Quòd si vos * casus aliquis conducat in vnum:
Mente memor tota, quæ damus arma, tene.
Hic opus est armis: hîc ô fortissime pugna:
Vincenda est telo Penthesilea tuo.
Nunc tibi riualis, nunc durum limen amica,
Nunc subeant [d] medijs irrita verba Deis.
[e] Nec compone comas, * cùm sis venturus ad illam:
Nec toga sit laxo conspicienda sinu.
Nulla sit, vt placeas alienæ cura puellæ:
Iam face vt è multis * illa sit vna tibi.
Sed quid præcipuè vestris conatibus obstet
Eloquar: exemplo quenq; docente suo.
Desinimus tardè: quia nos speramus amari:
* Cum sibi quisq; placet, credula turba sumus.
At tu nec voces (quid enim fallacius illis?)
Crede, nec æternos pondus habere Deos.

* aderam iuuenis. in veterib.
a Vadib. h. e. fideiussoribus acceptis in ius vocaturus. Horat. & casu tùc respondere vadato. Debebat Cicer. pro Quinct. hic homin. in præsentia no vadatur.
b Lecticam innuit tectam, q̃ tum in promiscuo feminarũ vsu erat. Vide Alex. lib. 5 Genial. cap. 18.
c Terent. Pecuniam in loco negligere maximum interdum est lucrum.
* aliquis casus
d Quos illa μεσίτας & interuentores suis periurijs adhibuit.
e Imitatione Tibull. Tunc procul absitis quisquis colit arte capillos, Effluit effuso cui toga laxa sinu. Putarunt autem hoc ad comtum & elegantiam pertinere.

* quia sit
* vna sit illa Naug.
* Dum libr. tres. probè.

Neue

Nêue puellarum lacrymis moueare caueto :
Vt flerent, oculos erudiêre suos.
Artibus innumeris mens oppugnatur amantum,
Vt lapis æquoreus vndiq; pulsus aquis.
*Nec causas aperi, quare diuortia * malis :* * quærat
Nec dic quid doleas : clam tamen vsq; dole.
*Nec peccata refer, ne * diluat ipsa caueto :* * diluat : ipse cauebis Naug. al. diluat ipsa : caueto
Vt melior causa causa sit illa tua.
Qui silet, est firmus : qui dicit multa puellæ
Probra, satisfieri postulat ille sibi.
*Non ego * Dulichias furiali more sagittas,* * Locus non carens obscuritate. Quorsum .n. Vlyss. sagittæ.
*Nec raptas ausim * tingere in amne faces :* * tinguere
Nec nos purpureas pueri resecabimus alas : * canenti libr. duo. belle.
Nec facer arte mea laxior arcus erit.
*Consilium est, quodcunq; cano. parete * monenti :* * Vtque facis, cœpt. lib. duo, melius.
Vt faueas cœptis, Phœbe saluber ades.
Phœbus adest : sonuêre lyræ : sonuêre pharetræ :
Signa Deum nosco per sua : Phœbus adest.
*Confer * Amyclæis medicatum vellus ahenis* * Lanam tinctam in Laconia.
Murice cum Tyrio : turpius illud erit.
Vos quoq; formosis vestras conferte puellas :
Incipiet domina quenq; pudere sua.
Vtraq; formosæ Paridi potuere videri :
*Sed * tibi collatam vincs vtranq; Venus.* * sibi coll. vincit libr. duo. Naug.
Nec solam faciem, mores quoq; confer, & artes :
*Tantum iudicio ne tuus * obstet * amor.* * obsit libr. tres.
Exiguum est, quod deinde canam: sed profuit illud
Exiguum multis : in quibus ipse fui.
Scripta caue relegas blandæ seruata puellæ :

b Theocr. τὸν δ' ἔρωτ' τὰ μὴ καλὰ καλὰ ποιῆντας.

Constantes animos scripta relecta mouent.
Omnia pone feros (quanuis inuitus) in ignes:
Et dic, Ardoris sit rogus iste mei.
[a]Thestias absentem succendit stipite natum:
Tu timidè flammis perfida verba dabis?
Si potes, & [b] ceras remoue: quid imagine muta
Carperis? hoc perijt Laodamia modo.
Et loca sæpe nocent: fugito loca conscia vestri
Concubitus: causas illa doloris habent.
Hîc fuit: hîc cubuit: thalamo dormiuimus illo:
Hîc mihi lasciua gaudia nocte dedit.
Admonitu * reuocatur amor: vulnusq; nouatum
Scinditur: * & firmis causa pusilla nocet.
Vt pæne extinctum cinerem si sulphure tangas,
[c]Viuet: & ex minimo maximus ignis erit:
Sic, nisi vitaris quicquid * reuocabit amorem,
Flamma redardescet, quæ modò nulla fuit.
Argolicæ cuperent fugisse [d] Capharea puppes,
Teq; [e] senex luctus ignibus vlte tuos.
Præterita cautus * Niseide nauita gaudet:
Tu loca, quæ nimium grata fuêre caue.
Hæc tibi sint Syrtes: hæc Acroceraunia vita.
Hîc vomit epotas dira Charybdis aquas.
Sunt, quæ non possunt aliquo cogente iuberi:
Sæpe tamen * casus facta leuare solent.
Perdat opes Phædra: parces Neptune [f] nepoti:
Nec faciet pauidos taurus auitus equos.

[a] Althæa Thestij F.
[b] Imagines cereas.
* recreatur libr. duo.
* infirmis culpa libr. duo. melius.
[c] αὐαζωπυρηθήσεται.
* renouabit
[d] Saxa Capharea, vbi naufrag. fecerunt.
[e] Nauplium innuit Palamed. patrem qui, * sublatis ex illo promontorio fraudulentis luminibus, falsa spe salutis Græcos in maius malum rapuit. Vide Victor. lib. 31. cap. 12. Var. l.
* Ipheide vet. lect. Si Niseid. legas, Scyllam intelliges Nisi F. de qua Virg. Quid loquar aut Scyllã Nisi, quam fama secuta est, Candida succinct.
[f] Hippolyto: cuius equos taurus a Neptuno auo immissus perterruit Euripid. Hippol.

Gnosside

Gnoßida feciſſes inopem, ſapienter amaſſet:
Diuitijs alitur luxurioſus amor.
Cur nemo eſt [a] *Hecalen? nulla eſt, quæ ceperit Iru?*
Nempe quòd alter egens, altera pauper erat.
Non habet vnde ſuum paupertas paſcat amorem:
Non tamen hoc tanti eſt, pauper vt eſſe velis.
[b] *At tanti tibi ſit non indulgere theatris:*
Dum benè de vacuo pectore cedat amor.
Eneruant animos citharæ, cantuſq́, lyræq́,
Et vox, & [c] numeris brachia mota ſuis.
Illic aßiduè ficti * *cantantur amantes:*
Quid caueas, [d] actor, quid iuuet, arte docet.
Eloquar inuitus: teneros ne tange poëtas:
Summoueo dotes impius ipſe meas.
Callimachum fugito, non eſt inimicus amori:
Et cum Callimacho tu quoq́ Coë noces.
Me certè Sappho meliorem fecit amicæ:
Nec rigidos mores Teïa Muſa dedit.
Carmina quis potuit tutò legiſſe Tibulli?
Vel tua, cuius opus Cynthia ſola fuit?
Quis potuit lecto durus diſcedere Gallo?
Et mea neſcio quid carmina tale ſonant.
Quòd niſi dux operis vatem fruſtratur Apollo:
[e] *Aemulus eſt noſtri maxima cauſa mali.*
At tu riualem noli tibi fingere quenquam:
Iná ſuo ſolam crede iacere toro.
Acrius Hermionen ideò dilexit Oreſtes:
Eſſe quòd alterius cœperat illa viri.
Quid Menelaë doles? ibas ſine coniuge Creten:

[a] Anum paupercul. de qua natum eſt prouerb. Hecale pauperior.
[b] At tanti facias non frequẽtare theatra.
[c] Ad modulos ſuos.
* ſaltantur Naug.
[d] Hiſtrio, comœdus.
[e] Riualis.

Et poteras nupta * lætus abesse tua.
Vt Paris hanc rapuit, tum demum vxore carere
Non potes: alterius creuit amore tuus.
Hoc & in abducta Briseide flebat Achilles:
Illam * Plisthenio gaudia ferre viro.
Nec frustra flebat: fecit (mihi credite) Atrides:
Quod si non faceret, turpiter esset iners.
Certe ego feciſſem, nec sum sapientior illo:
Inuidiæ fructus maximus ille fuit.
Nam, [b] sibi quòd nunquam tactam Briseida iurat
Per sceptrum, sceptrum non putat esse Deos.
Dij faciant, possis domina transire relicta
Lumina: proposito sufficiantq; pedes.
Et poteris, modò velle tene: nunc fortiter ire,
Nunc opus est celeri subdere calcar equo.
Illo Lotophagos, illo Sirenas in antro
Esse puta: remis adijce vela tuis.
Hunc * quo vel nimium quondam riuale dolebas,
Vellem desineres hostis habere loco.
* Aut certè, quamuis odio remanente, saluta:
Oscula cum poteris iam dare, sanus eris.
Ecce cibos etiam (medicina fungar vt omni
Munere) quos fugias, quósue sequare, dabo.
[c] Daunius, an Libycis bulbus tibi missus ab oris,
An veniat Megaris, noxius omnis erit.
Nec minus [d] erucas aptum est vitare salaces:
Et quicquid Veneri corpora nostra parat.
Vtilius sumas acuentes lumina rutas:
Et quicquid Veneri corpora nostra negat.

Quid

* lentus libr. duo: & vet. l. melius.

a Agamemnoni Plisthenis F.

b Iliad. i. καὶ ἐπὶ μέγαν ὄρκον ὀμόσσῃ, Μήποτε τῆς δώνης ἐπιβήμεναι ἠδὲ μιγῆναι.

* quoq;, quo quondam nim. riual. lib. tres. non malè.
* Hunc min. bene.

c Apulus, quē max. laudat Plin. post natos in Africa libr. 19. cap. 5.
d Virg. Moret. Venerem reuocans eruca morantem.

Quid tibi præcipiam de Bacchi munere, quæris?
Spe breuius monitus experiere meos.
Vina parant animos Veneri, nisi plurima sumas,
**Et stupeant multo corda sepulta mero.*
Nutritur vento, vento restinguitur ignis:
Lenis alit flammas, grandior aura necat.
Aut nulla ebrietas, aut tanta sit, vt tibi [a] curas
Eripiat: si qua est inter vtrunq; , nocet
Hoc opus exegi: fessæ date serta carinæ:
Contigimus portum, quò mihi cursus erat.
*Postmodo * reddetis sacro pia vota poëtæ,*
Carmine sanati femina virq; meo.

* Vt libr. duo, probè.

a Amorē. Virg. At regina grauī iamdudum saucia cura.

* reddatis Naug.

FINIS.

DE NVCE ELEGIA.

NVx ego iuncta viæ, cùm sim sine crimine vi-
A populo saxis prætereunte petor. (tæ,
Obruere ista solet manifestos pœna [b] nocentes:
Publica cùm lentam non capit ira moram.
*Nil ego peccaui: nisi si peccare * fatemur,*
[c] Annua cultori poma referre suo.
At prius arboribus, tunc cùm meliora fuerunt
Tempora, certamen fertilitatis erat.
Tunc domini memores sertis ornare solebant
*Agricolæ, fructu * proueniente Deos.*

Propositio argumentum huius querelę cõplectens, admixtis circumstantijs.

b Sontes.

* videtur libr. duo.

c Fructus quõtannis suos cultori reddere.

* præueniēte, vt sit idem, q̃ præcoci fructu.

Sæpe tuas igitur Liber miratus es vuas:
Mirata est oleas sæpè Minerua suas.
*Pomaq́ læsissent matrem: nisi subdita * ramo*
Longa [a] laboranti furca tulisset opem.
Quinetiam exemplo pariebat femina nostro:
Nullaq́ non illo tempore mater erat.
At postquam platanus sterilẽ præbentibus * vmbrã,*
Vberior quauis arbore venit honor:
Nos quoq́ fructifera [b] (si nux modò ponor in illis)
Cæpimus in patulas [c] luxuriare comas.
Nunc neq́ continuos nascuntur poma per annos:
Vuaq́ læsa domum, læsaq́ bacca venit.
Nunc vterus vitio est, quæ vult formosa videri:*
Raraq́ in hoc æuo est, quæ velit esse parens:
Certè ego si nunquam peperissem, tutior essem:
Ista Clytemnestra digna querela fuit.
Si sciat hoc vitis, nascenteis supprimet vuas:
Orbaq́, si sciat hoc, Palladis arbor erit.
Hoc in notitiam veniat maloq́, pyroq́:
Destituent syluas vtraq́ poma suas.
Quaq́ sibi [d] vario distinguit poma colore,
Audiat hoc cerasus, stipes inanis erit.
Non equidem inuideo: nunquam tamen vlla feri-
Quæ sterilis sola est conspicienda coma. (tur,
Cernite synceros omnes ex ordine truncos:
Qui [e] modò nil, quare percutiantur, habent.
At mihi sæua nocent mutilatis vulnera ramis:
*Nudaq́, * decerpto cortice ligna patent.*
Non odium facit hoc, sed spes inducta rapinæ:
Sustineant

* ramus

[a] Oppresso pomorum pondere: impari ferendo oneri. Ouid. Aspice curuatos pomorum ponderæ ramos.

* steriles vmbras libr. duo.

[b] λιτότης modestiæ seruiens.

[c] Vt absumto in folia succo minor sit fructuum prouentus.

* vterum vitiat, quæ libr. duo: & fortasse rectius. Videtur enim loqui de abortu, quem mulieres formæ quàm prolis studiosiores cient. Vide eleg. 14. libr. 2. Amor.

[d] Primum enim virent, hinc albescunt, tandẽ ruborem pellucidum addit maturitas.

[e] μονοσχῖ.

* dececto libr. duo.

Sustineant aliæ poma: querentur idem.
Sic reus ille ferè est, [a] *de quo victoria lucro*
Esse potest: inopis vindice facta carent.
Sic timet insidias, qui se sciat ferre viator
Quod timeat: tutum carpit [b] *inanis iter.*
Sic ego sola petor: soli quia causa [c] *petendi est:*
Frondibus intactis cetera turba viret.
Nam quòd habẽt frutices aliquãdo proxima nobis*
Fragmina: quòd læso vimine multa iacent:
Non istis sua facta nocent. vicinia damno est:
Excipiunt ictu saxa repulsa meo.
Idq; fide careat: si non, quæ longius absunt,
Natiuum retinent inuiolata decus.
Ergo, si sapiant, & mentem verba sequuantur:
Deuoueant vmbras proxima quæq; meas.
Quàm miserum est, odium damnis accedere nostris,
Meq; ream nimiæ proximitatis agi!
Sed puto magna mei est operoso cura colono:
Inueniat, dederit quid mihi, præter humum.
Sponte mea facilis contemto nascor in agro:
Parsq; loci, quo sto, publica pænè via est.
Me, [f] *sata ne lædam: quoniam sata lædere dicor:*
Imus in extremo margine fundus habet.
*Non mihi falx nimias * Saturnia deputat vmbras:*
Duratam renouat non mihi fossor humum.
Sole licet, siccaq; siti peritura laborem:
Irrigua dabitur non mihi sulcus aquæ.
At cùm maturas fisso noua cortice rimas
Nux agit, ad partes pertica sæua venit.

[a] Diuitib. enim dicam scribebant sycophantæ quæstus causa. lib. 2. Rem. erit lucro lingua retenta tuo.
[b] Horat. Cantabit vacuus coram latrone viator.
[c] Passiuè: cur petar. cur saxis feriar.
* nostris libr. duo.
[d] Mentiar, nisi hoc res ipsa loquitur.
[e] αὐτοπροφορὰ, qua confutat quod obijci poterat de negotio, quod colono cultu suo facesseret.
[f] Segetes, quibus vmbra nucis pernicioſa est.
* Saturni

[a] Admissa inter bellaria.

Pertica dat plenis immitia vulnera ramis:
Nec possim lapidum verbera sola queri.
Poma cadunt mensis [a] non interdicta secundis:
Et condit lectas parca colona nuces.
Has puer aut certo * rectas * diuerberat ictu:
Aut pronas digito bisue semelue petit.
[b] Quattuor in nucibus, non amplius, alea tota est:
Cum sibi suppositis additur vna tribus.
[c] Per tabulæ cluuium labi iubet alter: & optat
Tangat vt è multis quælibet vna suam.
Est etiam, par sit numerus, qui dicat, an impar:
Vt diuinatas auferat augur opes.
Fit quoq; de * creta, qualem cœleste × figura
[d] Sidus, & in Græcu littera quarta gerit.
Hæc vbi distincta est gradibus, * quæ constitit intus:
Quot tetigit virga, tot capit * inde nuces.
[f] Vas quoq; sæpe cauum spacio distante locatur:
In quod missa leui nux cadat vna manu.
Felix secreto quæ nata est arbor in agro:
Et soli domino ferre tributa potest.
Non hominum strepitus audit, non illa rotarum:
Non à vicina puluerulenta via est.
Illa suo, quæcunq; tulit, dare dona colono:
Et plenos fructus annumerare potest.
At mihi maturos nunquam licet edere fetus:
Ante diemq; meæ * decutiuntur opes.
[g] Lamina mollis adhuc, [h] tenero est in lacte, & intra
Nec mala sunt vlli nostra futura bono. (est:

[b] Tota alea sunt castelliatæ nuces quatuor. Martial. Alea parua nuces & non damnosa videtur.

[c] Per tabulam decliuem nux voluta si tangat quâ oportet, vincit qui misit.

[d] τὸ διάστημα

[f] Orea, quod est ollæ genus, per cuius os pueri ex internallo nuces injiciunt.

[g] Putamen.

[h] Succus est lacteus nec dum nucleus.

[e] Lineis pictis certo internallo.

* qui perp. intelligit enim nucem quæ in triangulo restitit.

× ipsa

* in duas lamminas diducit, solutis sc. commissuris findendo nucem in duas partes.

* percutiuntur

Lam

*Iam tamen *inuenias, qui me* iaculentur, & ictu
Præfestinato munus inane * petant.
Si fiat rapti, fiat mensura relicti:
Maiorem domini parte viator habet.
Sæpe aliquis foliis vbi nuda cacumina vidit:
Esse putat Boreæ triste furentis opus.
Aestibus hic, hic me spoliatam frigore credit:
Est quoq; qui crimen grandinis esse putet.
At mihi nec grando duris inuisa colonis,
Nec ventus * fraudi, solue geluue fuit.
Fructus obest: peperisse nocet: nocet esse feracem:
Quæq; fuit multus, est mihi præda malo.
Præda malo Polydore fuit tibi: præda nefandæ
[a]Coniugis Aonium misit * in arma virum.
[b]Hesperij regis pomaria tuta fuissent:
Vna sed immensas arbor habebat opes.
At rubus, & sentes tantummodo [c]ladere natæ,
Spinaq; vindicta cetera tuta sua est.
Me, quia non noceo, nec aduncis vindicor hamis:
Missa petunt auida saxa proterua manu.
Quid, si non aptas solem * fugientibus vmbras,
Finditur Icario cùm cane terra, darem?
Quid, nisi suffugium nimbos * vitantibus essem,
Non expectata cùm venit imber aqua?
Omnia cùm faciam: cùm præstem sedula cunctis
Officium: saxis * officiosa petor.
Hæc mihi perpessæ, domini patienda querela est:
[d]Causabor, quare sit lapidosus ager.
Dumq; repurgat humum, collectaq; saxa remittit:

* Et
* inuenio libr. duo.
* iaculetur
* petat

* damno quod glossema esse puto.

a Eriphyles, q̃ accepto monili Amphiaraũ virum Polynici prodidit.
* ad
b Atlantis.
c Ad ladendũ natæ Græcism.

* vitantibus

* fugientibus

* inuidiosa minus bellè.
d Passiuè: pro in causa esse dicar. Græci dicunt αἰτιᾶσθαι.

Semper

Semper habent in me tela [a] parata viæ.
Ergo inuisa aliis, vni mihi frigora prosunt:
Illo me tutam tempore præstat hyems.
Nuda quidem tunc sum: nudâ tamen expedit esse;
Nec spolium de me, quod petat hostis, habet.
At simul induimus nostris sua [*] vellera ramis:
Saxa nouos fructus [b] grandine plura petunt.
[c] Forsitan [*] hîc aliquis dicat, quæ bublica tangunt,
Carpere concessum est: hoc via iuris habet.
Si licet hoc, oleas destringite: cædite messes:
Improbe vicinum carpe viator olus.
Intret & vrbanas eadem petulantia portas:
Sitq; tuis muris Romule iuris idem.
Quilibet argentum prima de fronte tabernæ
Tollat: & ad gemmas quilibet alter eat.
Auferat hic aurum, peregrinos ille lapillos:
Et quascunq; potest [*] tollere, tollat opes.
Sed neq; tolluntur: nec, dum regit omnia Cæsar,
Incolumis tanto præside raptor erit.
At non ille Deus pacem intra mœnia [*] finit,
Auxilium toto sparsit in orbe suum.
Quid tamen [d] hoc prodest, media si luce, palamq;
Verberor? & [*] tutæ non licet esse [*] nuci?
Ergo nec nidos foliis hærere, nec vllam
Sedibus in nostris stare videtis auem.
[*] Vt lapis in ramo sedit quicunq; bifurco,
Hæret, & vt capta victor in arce manet.
Cetera sæpe tamen potuêre admissa negari:
Et crimen vox est inficiata suum.

[a] Ex reiectis scilicet in viam saxis.

[*] munera libr. tres. Vellera foliorum dicit lanuginem instar velleris μεταφορικῶς. Erasm. frondes interpretatur.

[b] χαλαζωδὸν. Hyperb.

[c] αὐθυποφορὰ: in ea quæ publica sunt, ius est populo.

[*] hoc

[*] tangere libr. duo.

[*] tantum libr. duo.

[d] Cæsar. prohibere rapinâ in vijs publicis.

[*] tutam nucē.

[*] At melius.

Nostra

[a]Noſtra notat fuſco digitos iniuria ſucco,
Cortice contactas inficiente manus.
Ille cruor meus eſt: illo maculata cruore
Non profectura dextra lauatur aqua.
O ego, cùm longæ venerunt tædia vitæ,
Optaui quoties arida facta mori.
Optaui quoties aut cæco turbine verti,
Aut valido miſſi fulminis igne peti.
Atq; vtinam ſubitæ raperent mea poma procellæ:
Vel poſſem fructus excutere ipſa meos.
Sic vbi detracta eſt à te tibi [b] cauſa periclì:
Quod ſuper eſt, tutum Pontice Caſtor habes.
Quid mihi tunc animi eſt, cùm ſumit tela viator,
Atq; oculis plagæ deſtinat ante locum?
Nec vitare licet moto fera * vulnera trunco:
Quem ſub humo radix, vinclaq; curua tenent.
Corpora præbemus plagis: vt ſæpe ſagittis,
Cùm populus [c] manicas depoſuiſſe vetat:
Vtue grauem * pauida eſt vbi tolli vacca ſecurim,
Aut ſtringi cultros in ſua colla videt.
Sæpe meas frondes vento tremuiſſe putaſtis:
Sed metus in nobis cauſa tremoris erat.
Si merui, videorq; nocens, excidite ferro:
Noſtraq; fumoſis vrite membra focis.
Si merui, videorq; nocens, imponite flammæ:
Et liceat miſeræ [d] dedecus eſſe ſemel.
Si nec cur vrar, nec cur excidar habetis:
Pareite: ſic cœptum perficiatis iter.

[a] Iniuria nobis illata non poteſt negari pudente ſcil. auctorem colore qui manus inficit.

[b] Teſtes, quos ſibi dentibus amputat fiber, quod illorum cauſa ſe peti ſciat. Plin. lib. 8. cap. 30.

* verbera libr. duo.

[c] Manuum vincula. Virg. manicas atq; arcta leuari Vincla iubet.

* patiens vbi libr. duo.

[d] Ignominia affici propter ſupplicium.

DE

DE MEDICAMINE FACIEI ELEGIA.

Discite quæ faciem commendet cura puellæ:
Et quo sit vobis * forma tuenda modo.
Cultus humum quondam Cerealia pendere iussit
Munera: mordaces interêre rubi.
Cultus & in pomis succos emendat acerbos:
Fissaq; adoptiuas accipit arbor opes.
Culta placent: auro sublimia tecta linuntur:
Nigra sub impositio marmore terra latet.
Vellera sæpe eadem Tyrio medicantur aheno:
Sectile delicijs India præbet ebur.
Forsitan antiquæ Tatio sub rege Sabinæ
Maluerint, quam se, rura paterna coli.
Cum matrona premens altum rubicunda sedile,
Assiduo durum pollice nebat opus.
Ipsaq; claudebat, quos filia pauerat, agnos:
Ipsa dabat virgas, cæsaq; ligna * foco.
At vestræ teneras matres peperêre puellas:
Vultis inaurata corpora veste tegi.
Vultis * adornatos positu variare capillos:
*Conspicuas gemmis vultu habere * manus.
Induitis collo lapides Oriente petitos:
Et quantos onus est aure tulisse duos.
Nec tamen indignum, si vobis cura placendi:
Cum comtos habeant secula nostra viros.
Feminea vestri potiuntur lege mariti:

Et vix

* cura libr. tres. Sed fortasse scribendum est culta.

* focis

* odoratos libr. tres.

* Conspicuam manum libri duo.

Et vix ad cultus nupta, quod addat, habet.
Per se quæq; paret, & quos venetur amores,
Refert: munditia crimina nulla meret.
Rure latent, finguntq; comas: licet arduus illas
Celet Athos: cultas altus habebit Athos.
Est etiam placuisse sibi * quotacunq; voluptas: * quæcunque libr. tres. al. cuicunque.
Virginibus cordi gratáq; forma sua est.
Laudatas homini volucris Iunonia pennas
Explicat: & forma * muta superbit auis. * multa vel stulta
Sic potius * nos tanget amor, quam fortibus herbis: * vrget
Quas maga terribili subsecat arte manus.
Nec vos gramineis, nec misto credite succo:
Nec tentate nocens virus amantis equæ.
Nec mediæ Marsis finduntur cantibus angues:
Nec redit in fontes vnda supina suos.
Et quamuis aliquis Temesæa remouerit æra:
Nunquam Luna suis excutietur equis.
Prima sit in vobis morum tutela: puellæ
Ingenio facilè conciliante placent.
Certus amor morum est: formam populabitur ætas:
Et placitus rugis vultus aratus erit.
Tempus erit, quo vos speculum vidisse pigebit:
Et veniet rugis altera causa dolor.
Sufficit, & longum probitas perdurat in æuum:
Perq; suos annos hinc bene pendet amor.
* Discite, cum teneros somnus * dimiserit artus: * Dic age, cum. * demiserit
Candida quo possint ora nitere modo.
* Ordea quæ Libyci ratibus misere coloni, * Hordea libr. duo.
Exue de palea, tegminibusq; suis.

Par

Par erui mensura decem madefiat ab ouis:
Sed cumulent libras ordea nuda duas.
Hæc vbi ventosas fuerint siccata per auras:
Lenta iube scabra frangat asella mola.
Et quæ prima cadent viuaci cornua ceruo
Contere: in hæc solida sexta face assis eat.
* Iamque libr. tres. * Nanq; vbi puluereæ fuerint confusa farinæ:
Protinus * innumeris omnia cerne cauis.
Adiyce narcissi bis sex sine cortice bulbos:
Strenua quos puro marmore dextra terat.
* terat * tuso Sextantemq; * trahat gummi cum semine * Thusco,
* Huc lib. duo. * Et nouies tanto plus tibi mellis eat.
Quæcunq; afficiet tali medicamine vultum:
* illa lib. duo. Fulgebit speculo lætior * ipsa suo.
* præbere Nec tu pallentes dubita * nudare lupinos:
* instantis libr. tres. Et simul * inflantis corpora * frange fabæ.
* finge ceræ libr. tres. Vtraq; sex habeant æquo discrimine libras:
Vtraq; da nigris comminuenda molis.
Nec cerussa tibi, nec nitri spuma rubentis
Desit, & Illyrica quæ venit iris humo.
* pariter iuue. validis. Da * validis iuuenum pariter subigenda lacertis:
Sed iustum tritis vncia pondus erit.
* de a Mel enim admixt. asperam discoloremque cutem erugare & purgare solet, teste Dioscor. & Galen. Idem comestũ ἀχροιαν παρέχει. teste Hippocr. Addita * da querulo volucrum medicamina nido:
Ore fugant maculas: Halcyonea vocant.
Pondere si quæris quo sim contentus in illis:
Quod trahit in partes vncia sexta duas.
Vt coeant, aptæq; lini per corpora possint:
a Adiyce de flauis Attica mella fauis.
Quanuis thura Deos, iratag; numina placent:

Non

Non tamen accensis omnia danda focis.
*Thus vbi miscueris radenti * tubera nitro,*
Ponderibus iustis fac sit vtrunq; trahens.
Parte minus quarta direptum cortice gummi,
Et modicum è myrrhis pinguibus adde cibum.
Hæc vbi contrieris, per densa foramina cerne:
Puluis ab infuso melle premendus erit.
Profuit & marathos bene olentib addere myrrhis:
Quinq; parent marathi scrupula, myrrha nouē.
Arentuq; rosæ quantum manus vna prehendat.
Cumq; Ammoniaco mascula thura sale.
Ordea quem faciunt, illis infunde cremorem:
Aequent expensas cum sale thura rosas.
Tempore sit paruo mulier licet illita vultum:
Hærebit toto nullus in ore color.
Vidi quæ gelida madefacta papauera lympha
Contereret, teneris illineretq; genis.

* corpora lib. tres.

Cetera desiderantur.

DE PVLICE ELEGIA, QVAM SATIS CONSTAT NON ESSE OVIDII, nec cuiusquam eruditioris.

Parue pulex, & amara lues, inimica puellis,
Carmine quo fungar in tua facta ferox?
Tu laceras corpus tenerum durissime morsu:

Cuius cum fuerit plena cruõre cutis:
Emittis maculas nigro de corpore fuscas:
Læuia membra quibus commaculata rigent.
Cumq; tuum lateri rostrum defigis acutum:
Cogitur è somno surgere virgo graui.
Perq; sinus erras: tibi peruia cetera membra:
Is quocunq; placet, nil tibi saue latet.
Ah piget, & dicam, cum strata puella recumbit,
Tu femur auellis: cruraq; aperta subis.
Ausus es interdum per membra libidinis ire:
Et turbare locis gaudia nata suis.
* Ah peream **Dispeream, nisi iam cupiam fieri meus hostis:*
Promtior vt fieret ad mea vota via.
Si sineret natura mihi, quò verterer in te:
Et quod sum natus, posse redire daret:
Vel si carminibus possem mutarier vllis:
Carminibus fierem ad mea vota pulex.
Aut medicaminibus, si plus medicamina possunt,
Vellem naturæ iura nouare meæ.
Carmina Medeæ, vel quid medicamina Circes
Contulerint: res est notificata satis.
His ego mutatus, si sic mutabilis essem:
* τὸ in liber vn. non hab. *Hærerem * in tunicæ margine virgineæ.*
Inde means per crura meæ sub veste puellæ,
Ad loca, quæ vellem, me citò surriperem.
Cumq; illa dudum lædens uil ipse cubarem:
Donec de pulice rursus homo fierem.
Sed si fortè nouis virgo perterrita monstris
Excuret famulos ad mea vincla suos:

Aut

Aut tentata meis precibus succumberet illa:
Aut mox ex homine verterer in pulicem:
Rursus mutatus, fundensq; precamina mille,
Afferrem cunctos in mea vota Deos.
**Illam dum precibus, vel vi superator haberem,*
Et iam nil mallet, quàm sibi me socium.

* Dum bona vel precibus, vel vi, sperata tenerem, libr. tres.

DE PHILOMELA ELEGIA, NEC EA QVIDEM OVIDII.

DVlcis amica veni noctis solatia præstans,
Inter aues etenim nulla tibi simulo.
Tu Philomela potes vocum discrimina mille:
Mille potes varios ipsa referre modos.
Nam quanuis aliæ volucres modulamina tentent:
Nulla potest modulis æquiualere tuis.
Insuper est auium spaciis garrire diurnis:
Tu cantare simul nocte dieq; potes.
Parus enim quanuis per noctem tinnitet omnem:
At sua vox nulli iure placere potest.
Dulcè Palara sonat, quam dicunt nomine Drostã:
Sed fugiente die nempe quieta silet.
Et Merulus modulans tam pulcris concinit odis:
Nocte ruente tamen carmina nulla canit,
Vere calente nouos componit Acredula cantus,
Matutinali tempore tunc mutans.
Dum Turdus trutilat, Sturnus tunc pisitat ore:

Sed quod manè canunt, vespere non recolunt.
Cacabat hinc perdix: hinc gratitat improbus an-
Et castus turtur, atq; columba gemunt. (ser:
Plausitat arborea clamans de fronde palumbes:
In fluuijsq; natans sorte tetrinit anas.
Grus gruit: inq; glomis cycni prope flumina dren-
Accipiter pipat: miluus hiansq; lipit. (sant:
Cucurrire solet gallus: gallina gracillat:
Pupillat pauo: trinsat hirundo vaga.
Dum clangunt aquilæ, vultur pulpare probatur:
Et crocitat coruus: graculus at frigulat.
Glotorat immenso de turre ciconia rostro:
*Pessimus at passer tristia flendo * rapit.*
Psittacus humanas depromit voce loquelas,
Atq; suo domino χαῖρε valeq; sonat.
Pica loquax varias modulatur gutture voces:
Scurrili strepitu quicquid & audit, ait.
Et cuculi cuculant: frutinit rauca cicada:
Bombilat ore legens munera mellis apes.
Bubulat horrendum ferali carmine bubo,
Humano generi tristia fata ferens.
Strix nocturna sonans, & vespertilio stridunt:
Noctua lucifuga cucubat in tenebris.
Ast vlulant vlulæ lugubri voce canentes:
Inq; paludiferis butio bubit aquis.
Regulus atq; Merops, & rubro pectore Progne
Consimili modulo zinzilulare sciunt.
Scribere me voces auium Philomela coëgit:
Quæ cantu cunctas exuperat volucres.

* pipit. libr. duo.

Sed

Sed iam quadrupedum fari discrimina vocum
Nemine cogente nunc ego sponte sequar.* * cogenti
Tigrides indomitæ rancant : rugiuntq; leones :
Panther caurit amans : Pardus hiando felit.
Dum lynces orcando fremunt : vrsus ferus vncat :
Ast lupus ipse vlulat : frendet agrestis aper.
Et barrus barrit : cerui glocitant, & onagri :
Ast taurus mugit, & celer hinnit equus.
*Quirritat verres : tardus rudit, * oncat asellus :* * vncat
Blacterat hinc aries : & pia balat ouis.
Sordida sus pascens ruris per gramina grunnit :
At mutire capris hirce petulce soles.
Ritè canis latrat : fallax vulpecula gannit :
Glaucitat & catulus : at lepores vagiunt.
Mus auidus mintrat : velox mustellaq; dintrit :
Et grillus grillat : desticat inde sorex.
Ecce venenosus serpendo sibilat anguis :
Garrula limosis rana coaxat aquis.
Has volucrum voces descripsi, quadrupedumq;,
Quas natura illis grata parens tribuit.
Sed cunctas species animantum nemo notauit,
Atq; sonos ideò dicere quis poterit ?
Cuncta suo domino depromunt munera laudum :
Seu semper fileant, siue sonare queant.

FRAGMENTVM OVIDII NASONIS SIVE somnium repertum nuper in vetustissimo codice ex Epigrammatis,

Nox erat: & somnus lassos submisit ocellos:
Terruerant animum talia visa meum.
Colle sub aprico celeberrimus ilice lucus
Stabat: & in ramis multa latebat auis.
Area gramineo suberat viridissima prato,
Humida de guttis lenè sonantis aquæ.
Ipse sub arboreis vitabam frondibus æstum:
Fronde sub arborea sed tamen æstus erat.
Ecce petens varijs immistas floribus herbas
Constitit ante oculos candida vacca meos.
Candidior niuibus, tunc cùm cecidere recentes:
In liquidas nondum quas mora vertit aquas.
Candidior quod adhuc spumis stridentibus albet,
Et modò siccatam lacte relinquit ouem.*
Taurus erat comes huic, feliciter ille maritus:
Cumq; sua teneram coniuge pressit humum.
Dum iacet, & lentè reuocatas ruminat herbas,
Atq; iterum pasto pascitur antè cibo:
Visus erat somno vires admente ferendi
*Cornigerum * terra deposuisse caput.*
Huc leuibus cornix pennis delapsa per auras
Venit, & in viridi garrula sedit humo.
Terq; bouis niueæ petulanti pectora rostro

* reliquit libr. duo.

* terræ

Fodit

Fodit: & albentes abstulit ore * notas. * iubas libri duo.
Illa locum, taurumq; diu cunctata reliquit:
Sed niger in vaccæ pectore liuor erat.
Vtq; procul vidit carpentes pabula tauros:
(Carpebant tauri pabula læta procul)
Illuc se rapuit, gregibusq; immiscuit illis:
Et petijt herbæ fertilioris opem.
Dic age nocturnæ quicunq; es imaginis augur,
Si quid habent veri, visa quid ista ferant.
Sic ego: Nocturnæ sic dixit imaginis augur,
* Excudens animo singula dicta suo: * Expendens libr. duo.
Quem tu mobilibus solijs vitare solebas,
Sed malè vitabas, æstus amoris erat.
Vacca puella tua est: aptus color ille * puellæ: * puellæ est
Tu vir, & in vacca compare taurus eras.
Pectora quòd rostro cornix fodiebat acuto:
Ingenium dominæ * lena mouebat anus. * lene: alij: læua.
Quod cunctata diu taurum sua vacca reliquit:
Frigidus in viduo destituêre toro:
Liuor, & aduerso maculæ sub pectore nigræ,
Pectus adulterij labe carere negant.
Dixerat interpres: gelido mihi sanguis ab ore
Fugit: & ante oculos nox stetit alta meos.

EIVSDEM, EX EPIgrammatis.

Quantum Virgilius magno concessit Homero:
Tantum ego Virgilio Naso poëta meo,

Nec me prælatum cupio tibi ferre poëtam:
Ingenio si te subsequor, hoc satis est.
Argumenta quidem librorum prima notaui,
Errorem ignarus ne quis habere queat.
Bis quinos feci legerent quo carmine versus:
Aeneidos totum corpus vt esse putent.
Affirmans grauitate mea, me carmine nullo
*Liuore * titulum præposuisse tibi.*

* hunc tit. libr. tres.

Vir magnus bello, nulli pietate secundus,
Aeneas odio Iunonis pressus iniquo,
Italiam quærens Siculis errabat in vndis
Naufragus: & tandem Libycas dimissus ad oras,
Ignarusq; loci fido comitatus Achate,
Indicio matris regnum cognouit Elissæ.
Quin etiam nebula septus peruenit ad vrbem.
Abreptos vndis socios cum classe recepit,
*Hospitioq; vsus * Didûs per cuncta benigna,*
Excidium Troiæ iussus narrare parabat.

* Didonis

C. PEDO-

C. PEDONIS ALBINOVANI AD LIVIAM AVGVSTAM

C. Pedonis Albinouani Elegia de morte Drusi Neronis ad L. Augustã.

ELEGIA

De morte Drusi Neronis, filij eius, qui in Germania morbo perijt.

VIsa diu felix mater modò dicta [a] Neronum,
*Iam tibi dimidium nominis huius *adest.*
Iam legis in Drusum miserabile Liuia carmen:
Vnum, qui dicat iam tibi mater, habes.
*Nec tua te pietas distendit amore *tuorum:*
*Nec posito *filij nomine, dicis, vter?*
Et quisquam leges audet tibi dicere flendi?
Et quisquam lacrymas temperat ore tuas?
*Hei mihi, quàm facile est, quanus *hoc contigit, omnes*
Alterius luctu fortia verba loqui.
Scilicet exiguo percussa es fulminis ictu:
Fortior vt posses cladibus esse tuis.
Occidit exemplum iuuenis venerabile morum:
Maximus ille armis, maximus ille toga.
Ille modò eripuit Latebrosas hostibus Alpes:
Et titulum [b] belli dux duce [c] fratre tulit.
Ille genus Sueuos acre, indomitosq; Sicambros
Contudit: inq; fugam barbara terga dedit.
Ignotumq; tibi meruit Romane triumphum:
Protulit in terras imperiumq; nouas.

[a] Tiberij & Drusi Ner.
* abest.
* duorum.
* filij
* hic contigit omnes, Alt. h. e. quanus hic luctus ad omnes pertinet? Menand. ὑγιὴς νοσοῦντα ῥᾴστα πᾶς τις νουθετεῖ. Eurip. ῥᾴδιον παρεμυθεῖν ἢ πεπονθότα καρᾷ τρέφειν.
[b] Rhetici scil. Partis cul.
[c] Tiberio.

Soluere vota Ioui fatorum ignara tuorum
Mater, & armiferæ soluere vota Deæ,
Gradiuumq́ patrem donis implere parabas,
Et quoscunq; coli est iusq́ piumq́ Deos:
Maternaq́ sacros agitabas mente triumphos:
Forsitan & curæ iam tibi currus erat.
Funera pro sacris tibi sunt ducenda triumphis:
Et tumulus Drusum pro [a] Iouis arce manet.
*Fingebas reducem: * perceptaq́ mente fouebas*
Gaudia: & ante oculos iam tibi victor erat.
[b] Iam veniet: iam me gratantem turba videbit:
Iam mihi pro Druso dona ferenda meo.
Obuia progrediar: felixq́ per oppida dicar:
Collaq́, & os, oculosq́ illius ore premam.
Talus erit: sic occurret: sic oscula iunget:
Hoc mihi narrabit: sic prior ipsa loquar.
*Gaudia * magna foues: spem pone miserrima fal-*
Desine de Druso læta referre tuo. (sam:
Cæsaris illud opus, veluti pars altera vestri,
Occidit: indignas Liuia solue comas.
Quid tibi nunc mores prosunt, actumq́ pudicè
Omne ævum? & tanto iam placuisse viro?
*Quidq́ pudicitia tantum * inuiolata bonorum?*
Vltima sit laudes inter [c] vt illa tuas?
Quid tenuisse animum contra sua sæcula rectum?
Altius & vitijs exeruisse caput?
Nec nocuisse vlli? & fortunam habuisse nocendi?
Nec quenquam neruos extimuisse tuos?
Nec vires erasse tuas campoq́ foroq́?

Quamq́

[a] Capitolio, q triumphantes ascendebant.
* præceptaque Scal. ex illo Maron. Si lac præceperit æst.
[b] ἀδοκήτως ex persona Liuiæ fingentis sibi reditum Drusi.
* vana
* me uisse Quidq́; pudicitia inuiolata sc. tibi, deest, tantum bonorum: vt sit σωφροσύνη ἀπερίγραπτος, q. d. quæ est tantum bonorum, siue tantũ bonum. Ita infra: nã cui tot tantaq́ bonorũ Omnis cui vir. cõtig. vn. eras.
[c] Tametsi illa laudum tuarũ postrema sit, cum sint aliæ maiores.

Quamq; licet [a] *citra constituisse domum?*
Nempe per hos etiam fortunæ iniuria mores
**Regnet: & incerta est hîc quoq; nixa rota.*
Hîc quoq; sentitur, ne quid non improba carpat:
Sæuit: & iniustum ius sibi vbiq; facit.
[b] *Scilicet immunis si luctus vna fuisset*
Liuia: fortunæ regna minora forent.
Quid si non habitu sic se gessisset in omni,
Vt sua non essent inuidiosa bona?
Cæsaris adde domum, quæ certè funeris expers
Debuit humanis altior esse malis.
Ille vigil summa sacer ipse locatus in arce
Res hominum ex tuto cernere dignus erat:
Nec fleri ipse suis, nec quenquam flere suorum:
Nec quæ nos patimur vulgus, & ipse pati.
Vidimus erepta mœrentem [c] *stirpe sororis:*
Luctus, & in Druso, publicus ille fuit.
Condidit Agrippam, quo te Marcelle, sepulcro:
Et cepit generos iam locus ille [d] *duos.*
Vix posito Agrippa, tumuli bene ianua clausa est:
[e] *Perficit officium funeris ecce soror.*
Ecce ter antè [f] *datis iactura nouissima Drusus*
A magno lacrymas Cæsare quartus habet.
Claudite iam Parcæ numium reserata sepulcra:
Claudite: plus iusto iam domus ista patet.
[g] *Cedis: & incassum tua*nomina Druse leuantur:*
Vltima sit fati hæc summa querela tui.
Iste potest implere dolor vel secula tota:
Et magni luctus obtinuisse locum.

[a] Non transgressas limen domus.
* Regnat libr. duo.
[b] ἐφαπλῶς.
[c] Marcello, Octauiæ soror. Augusti nepo.
[d] Marcell. & Agripp. quibus vtrisque nupta fuit Iulia Aug. filia.
[e] Tertium funus accedit Octauia soror.
[f] Sc. lacrymis.
[g] Concedis fatis h. e. moreris.
*numina malè. intelligit enim nomen consulare sublatum in altū, hoc e. inscriptum vel celebratum.

Multi

Multi in te amiſſi: * nec tu tot verba bonorum
Omnis cui virtus contigit, vnus eras.
Nec genitrice tua fecundior vlla parentum:
Tot bona per partus quæ dedit vna duos.
Heu [a] par illud vbi eſt totidem virtutibus æquum?
Et concors pietas? nec dubitatus amor?
Vidimus attonitum fraterna morte Neronem
Pallida promiſſa flere per ora coma:
Diſsimilemq; ſui vultu profitente dolorem:
Hei mihi quàm toto luctus in orbe fuit!
Tu tamen extremo morituram tempore fratrem
Vidiſti: lacrymas vidit & ille tuas.
Affigiq; ſuis moriens tua pectora ſenſit:
Et tenuit vultu lumina fixa tuo.
Lumina cærulea iam * iam nutantia morte,
Lumina fraternas iam ſubitura manus.
At miſeranda parens ſuprema neq; oſcula fixit:
Frigida nec mouit membra tremente ſinu:
Non animam appoſito fugientem excepit hiatu:
Nec traxit cæcas per tua membra comas.
Raptus es abſenti, dum te fera bella morantur,
Vtilior patriæ quàm tibi Druſe tuæ.
Liquitur, vt quondam Zephyris & ſolibus icta
Soluuntur tenera vere tepente niues.
Te queritur, caſuſq; malos, irriſaq; tales,
Accuſatq; annos vt diuturna ſuos.
Talis in vmbroſis mitis nunc demq; ſyluis
Deflet Threicium * Daunias ales Ityn.
Halcyonum tales ventoſa per æquora queſtus

* nam cui tot turba bonor. Scal. melius,

[a] Fratrum ſcil.

* iamq; natantia libr. quatuor. non inſcitè. h. e errantia mortis vicinitate, trepidantia. Virgil. 5. cunctantiq; natantia lumina ſolu.

* Daulias libr. duo: rectè. Daulide enim habitauit Tereus, cuius filium Ityn interfecit Progne. Catul. Qualia ſub denſis ramorum concinit vmbris Daulias, abſumti fata gemens Ityli.

Ad

Ad surdas tenui voce sonantur aquas.
Sic plumosa nouis plangentes pectora pennis,
[a]Oeniden subitæ concinuistis aues.
Sic fleuit Clymene, sic & Clymeneides altæ:
Cùm [b] iuuenis patrijs excidit ictus equis.
Congelat interdum lacrymas, duratq́3, tenetq́3:
Suspensasq́3 oculis [c] fortior ictus agit.
Erumpunt, iterumq́3 grauant* gemitumq́3, sinusq́3,
Effusæ grauidis vberibusq́3 genis.
In vires abijt flendi mora: plenior vnda
Defluit, exigua si qua retenta mora.
Tandem vbi per lacrymas licuit, * sed flebilis orsa (est
Singultu medios impediente sonos:
[d]Nate [e] breuis fructus, duplicis sors altera partus,
Gloria confectæ nate parentis, vbi es?
Sed neq3 iam duplicis, nec iam sors altera partus,
Gloria confectæ nunc quoq3 matris, vbi es?
Heu modò tantus vbi es? tumulo portaris, & igni.
Hæc sunt in reditus dona paranda tuos?
Siccine dignus eras oculis occurrere matris?
Sic ego te reducem digna videre fui?
Cæsaris vxori si talia dicere fas est,
Iam dubito, magnos an rear esse Deos.
Nam quid ego admisi? quæ non ego numina cultu,
Quos ego non potui demeruisse Deos?
Hic pietatis [f] honos? artus amplector inanes:
Et vocat hos ipsos flamma roguq́3 suus.
Téne ego sustineo positum scelerata videre?
Téne meæ poterunt vngere nate manus?

Nunc

a Meleagrum, cuius interitũ deplorantes sorores in volucres conuersæ sunt. 8. Metamorph.
b Phaëthon fulmine ictus.
c Maior impetus.
* gremiumque libr. vet. probè.
* sic fleb. Scal. & vet. rectè.
d ἀποστοφὰ.
e Homer. οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοίηδε καὶ ἀνδρῶν.
f Præmium.

Nunc ego te infelix [a] summum teneoq3 tuorq3?
Affigoq3 manus? oraq3 ad ora fero?
Nunc primum aspiceris Consul victorq3 parentis
Sic mihi, sic miserã nomina tanta refers?
**Quo primum vidi fasces, in funere vidi:*
Et vidi [b] euersos, indiciumq3 mali.
*Quis credat? matri lux hæc * carissima venit,*
Qua natum in summo vidit honore suum.
Iam'ne ego non felix? iam pars mihi rapta Nero-
Materni celeber nomine Drusus aui? (num
Iámne meus non est? nec me facit ille parentem?
Iámne fui Drusi mater? & ipse fuit?
Nec cum victorem referatur adesse Neronem,
Dicere iam potero, Maior, an alter, adest?
Vltima contigimus: ius matris habemus ab vno:
Vnius est munus, quòd tamen orba negor.
Me miseram extimui: frigusq3 per ossa cucurrit:
Nil ego iam possum certa vocare meum.
Hic meus ecce fuit: iubet hic de fratre vereri:
Omnia iam metuo: fortior ante fui.
Sospite te saltem moriar Nero: tu mea condas
Lumina, & excipias hanc animam ore pio.
Atq3 vtinam Drusi manus altera, & altera fratris
Formarent oculos comprimerentq3 meos.
Quod licet, hoc certè tumulo ponemur in vno
Druse, neq3 ad veteres conditus ibis auos.
Miscebor cinerìq3 cinis, atq3 ossibus ossa:
[c] Hanc lucem celeri turbine Parca neat.
Hæc, & plura refert: lacryma sua verba sequũtur:
Oraq3

[a] Postremum aduerb. Virgil. extremum fato quo-ue te alloquor hoc est.

* Quum. In illo est ἐπαφῆς fc. tempore.

[b] Inuersos funerandi consuetudine.

* mœstissima

[c] Vtinam hæc dies propediẽ aduenat.

Oraq; nequicquam per modò questa fluunt.
Quin etiam corpus matri vix vitaq; remissum
Exequijs caruit Liuia pane suis.
Quippe ducem arsuris exercitus omnis in armis
Inter * quaq; ruit [a] ponere: certus erat.
Abstulit inuitis corpus venerabile frater:
Et Drusum * prunæ, quo licuitq;, dedit.
Funera ducuntur Romana per oppida Drusi,
Heu facinus, per quæ victor iturus erat!
Per quæ deletis Rhætorum venerat armis,
Hei mihi quàm dispar huic fuit illud iter!
*Consuluit fractis mœrentem fascibus vrbem:
Quid faceret victus, sic vbi victor init?
Mœsta domus plangore sonat: cui figere latus
Parta sua dominus vouerat arma manu.
Vrbs gemit: & vultum miseralibus induit vnum:
[b]Gentibus aduersis forma sit illa precor.
[c]Incerti claudūt q; domos, strepitant per vrbem:
*Hìc illìc pauidi clamq; palamq; dolent.
[d]Iura silent: mutaq; tacent sine vindice leges:
Aspicitur toto purpura nulla foro.
Diq; latent templis: neq; iniqua ad funera vultus
Præbent: nec poscunt thura ferenda rogo.
Obscuros delubra tenent: pudet ora colentum
Aspicere, inuidiæ, quam meruêre, metu.
Atq; aliquis de plebe pius pro paupere nato
Sustulerat timidas sidera ad alta manus:
Iamq; precaturus, quid ego iam credulus, inquit,
Suscipiam in [e] nullos irrita vota Deos?

* quæq; ruens vet. lect. non malè.
[a] in Germania sepelire, vbi mortuus fuerat.
* patriæ, quod licuitque vet. lect. & libri aliquot.
* Consul init libr. duo: & Scalig. probè. Amplificatio à consequentib. h. e publico ciuitatis totius luctu.
[b] Hostib. Periphr.
[c] Promiscuè omnes.
* Hic illi Scalig. h. e. hic & ille.
[d] Iustitium indicitur. Cic. Silent enim leges inter arma.
[e] Qui nulli sunt: vel, quasi nulli sint, ita neminem exaudiūt. Ita Ouid. Sollicitor nullos esse putare deos.

Liuia

Liuia non illos pro Druſo Liuia mouit:
Nos erimus magno maxima cura Ioui?
Dixit: & iratus vota inſuſcepta reliquit:
[a] Durauitq́ animum, deſtituitq́ preces.
Obuia turba ruit: lacrymisq́ rigantibus ora
Conſulis erepti publica damna refert.
Omnibus ỹdem oculi: par eſt concordia flendi:
Funeris exequijs adſumus omnis eques.
Omnis adeſt ætas: mœrent iuuenesq́ ſenesq́.
Auſoniæ matres, Auſoniæq́ nurus.
[b] Auctoriſq́ ſui præfertur imagine mœſta,
Quæ victrix templis debita laurus erat.
Certat onus * luctu generoſa ſubire iuuentus:
Et ſtudet officio ſedula colla dare.
[c] Et voce, & lacrymis laudaſti Cæſar alumnum,
Triſtia cùm medius rumperet * orſa dolor.
Tu letum optaſti, Dijs * auerſantibus omen,
Par tibi: ſi ſtirerent te tua fata mori.
Sed tibi debetur cœlum: te fulmine pollens
Accipiet cupidi regia magna Iouis.
* Quid petijt? vult ille tibi vt ſua facta placerent:
Magnaq́ laudatus præmia mortis habet.
[d] Armataq́ rogum celebrant de more cohortes:
* At pedes exequias reddit, equesq́ duci.
Te clamore vocant iterumq́ iterumq́ ſupremo:
At vox aduerſis collibus icta redit.
[e] Ipſe pater flauis Tyberinus * adhorruit vndis,
Suſtulit * è medio nubilus amne caput.
Tum ſalice implexũ, muſcoq́ & arundine crinem
Cærulea

[a] Obdurauit, obſtinauit ne vota amplius ſuſciperet non proficientia, nulli deorum exaudita.
[b] Druſi, qui eam peperit.
* lecti melius. hæc phœtri.
[c] ἀποστροφὴ ad Auguſtum, qui Druſum pro concione laudauit. Vide Sueton.
* oſſa mendoſè. Intelligit n. cœptum ſermon.
* aduerſantib. malè.
* Quod petijt tulit ille, tibi vt, melius.
[d] Innuit tumulum honoratum, de quo Sueton.
* Aſt libr. tres: & vn. Et ped. non inſcitè.
[e] προσωποποιΐα.
* inhorruit vet. libr. ſed il. Iud venuſtius: h. e. ad planctũ & clamor. funebr. iuxta horruit. Stat. abhorruit.
* & medio. non ineptè.

*Cærulea magno legit ab ore manu.
Vberibusq; oculis lacrymarum flumina misit:
Vix capit adiectas alueus altus aquas.
Iamq; rogi flammas extinguere [a] fluminis ictu,
Corpus & intactum tollere certus erat.
Sustentabat aquas, cursusq; inhibebat * equorum,
Vt posset toto proluere amne rogum.
Sed Mauors templo vicinus, & accola [b] campi,
Tot dixit siccis verba nequ; ipse genis:
Quanquã amnes decet ira, tamen Tyberine quie-
Non tibi, non vllis vincere fata datur. (scas:
Iste meus periit: periitq; arma inter & enses:
*Et dux pro patria, funere causa latet.
Quod potui tribuisse, dedi: victoria parta est:
[c] Auctor abit operis, sed tamen extat opus.
Quondam ego tentaui Clothoq;, duasq; sorores,
Pollice quæ certo pensa [d] seuera trahunt:
Vt Remus Iliades, & frater conditor vrbis,
Effugerent aliqua stagna profunda via.
De tribus vna mihi, [e] Partem accipe, quæ datur, in-
Muneris: ex istis quod petis, alter erit. (quit,
[f] Hic tibi, mox Veneri Cæsar promissus & vtera;:
Hos debet solos Martia Roma Deos.
Sic cecinêre Deæ: nec tu Tyberine repugna:
*Irrita nec flammas amne morare tuo.
Nec iuuenis positi supremos destrue honores:
Vade age: & immissis labere pronus aquis.
Paret: & in longum spacioſas explicat vndas:
*Strictaq; pendenti pumice tecta subit.

* Cæruleum, magna legit Naug. & Scal.

a Immisso flumine.

* aquarum.

b Martij scil. qui à vicinitate fluuij, cui à sepultione adiacet, etiam Tiberinus dictus.

Prosopopœia Martis.

* Et lux proh patriæ funere clauſa Scal.

c Drusus Germaniæ victor morte obijt.

d inexorabilia.

e Imitat. Hom. ιλ. π' & Virgil. 11. Aene.

f Romulus.

g Iulius & Augustus.

Cc Flamma

Flamma diu cunctata caput contingere sanctum
Errauit posito lenta * sub vsq; toro.
Tandem vbi complexa est a syluas, alimentaq; sum-
Aethera subiectis lambit & astra comis. (sit,
Qualis in Herculeæ colluxit collibus Oeta,
Cùm sunt imposito membra cremata Deo.
Vritur heu decor ille viri, generosaq; forma:
Et facilis vultus vritur ille vigor:
Victricesq; manus, facundaq; principis ora,
b Pectoraq; ingenij magna capaxq; domus.
Spes quoq; multorum flammis vruntur in ijsdem:
Iste rogus miseræ viscera matris habet.
Facta ducis viuent, operosaq; gloria rerum:
Hæc manet: hæc auidos effugit vna rogos.
Pars erit historiæ: totoq; legetur in æuo:
Seq; c opus ingenijs carminibusq; dabit.
Stabu & in Rostris tituli speciosus honore:
Causaq; dicemur nos tibi Druse necis.
At tibi ius veniæ superest Germania nullum:
Postmodò tu pœnas barbare morte dabis.
Aspiciam regum luentia colla catenis:
Duraq; per sæuas vincula nexa manus.
Et tandem * trepidos vultus, inq; illa ferocum
Inuitus lacrymas decidere ora gehis.
Spiritus ille minax, & Drusi morte superbus,
Carnifici in mœsto carcere dandus erit.
Consistam: lætisq; oculis, lætusq; videbo
Strata per obscœnas corpora nuda vias.
Hunc aurora diem spectacula tanta ferentem
Quam-

* tibi libr. duo. & Scalig.

a Materiam, pyram.

b Synthesis ἐπεξηγητικὴ: & pectora, quæ erant domus magna & capax ingen.

c Argumentum poëmatum versibus.

* in trepidos

*Quamprimum croceis * roſcida portet equis.*
[a] Adyce Ledæos concordia ſidera fratres,
Templaq; Romano conſpicienda foro.
Quam paruo [b] numeros impleuit principis æuo:
In patriam meritis occubuitq; ſenex.
Nec ſua conſpiciet (miſerum me) [c] munera Druſus:
*Nec ſua * præ templi nomina fronte leget.*
*Sæpe Nero * in lacrymas ſummiſſa voce loquetur,*
*Cur * adeo fratres, heu ſine fratre, Deos?*
Certus eras nunquam, niſi victor, Druſe reuerti.
Hæc te debuerant tempora: victor eras.
Conſule nos, duce nos, duce iam victore caremus:
**Inuenit & tota mœror in vrbe locum.*
At comitum ſqualent [d] immiſſis ora capillis,
Infelix, Druſo ſed pia turba ſuo.
Quorum aliquis tendens in te ſua brachia, dixit:
Cur ſine me? cur ſic incomitatus abis?
[e] Quid referam de te digniſſima coniuge Druſo?
Atq; eadem Druſi digna parente nurus?
Par bene compoſitum, iuuenum fortiſſimus alter,
Altera iam forti mutua cura viro.
Femina tu princeps: [f] tu filia Cæſaris illi:
*Nec minor * es magni coniuge * viſa Iouis.*
Tu conceſſus amor, tu ſolus, & vltimus illi:
Tu requies feſſo grata laboris eras.
Te moriens per verba nouiſſima queſtus abeſſe:

* roſida l. duo.
a Adde rebus illius geſtis ædē Caſtoris & Polluc. extructam in foro Rom. de qua vide Sueton. & Ouid. 1. Fast.
b Officium ſeu partes.
c Templū quod poſtea Tiberius vtriuſq; nomine dedicauit. Suet. Tibe.
* pro ver. & quid. lib. meh⁹.
* illacrymans mel.
* adeo, frater, heu ſine fratre tuo es? Scal.
In illo eſt ἐλλειψις τραυλὴ hoc ſenſu: Cur ego fratrum deorū templum dedico, ipſe proh dolor orbatus fratre.
* Inuenit tota al. Inuenit in tota mœror in vrb. Sed Scalig. placet: Inuenit & tota mœr.
d Promiſſis, ritu lugentium.

e Amplificatio noua luctus à perſona vxoris Druſi Antoniæ.
f Ille te habuit eodem loco, quo filiam Cæſaris.
* & mag. con. viſa Scal. * iuſſa libr. quat.

Et mota in nomen frigida lingua tuum.
Infelix recipis, non quem promiserat ipse:
Nec qui missus erat, nec tuus ille redit.
Nec tibi deletos poterit narrare Sicambros:
Ensibus & Sueuos terga dediſſe ſuis.
Flumináq; & montes, & nomina magna locorum;
Et ſi quid miri vidit in orbe nouo.
Frigidus ille tibi, corpusq; refertur inane:
Quemq; premat ſine te, ſternitur ecce torus.
Quò raperis laniata comas? ſimiliq; furenti
Quò ruis? attonita quid petis ora manu?
Hoc fuit Andromache, cum vir religatus ad axes
Terruit admiſſos ſanguinolentus equos.
Hoc fuit Euadne tunc, cum ferienda coruſcis
Fulminibus Capaneus impauida ora dedit.
Quid mortem tibi mœſta rogas? amplexaq; natos,
Pignora de Druſo ſola relicta tenes?
Et modò per ſomnos agitaris imagine falſa?
Teq; tuo Druſum credis habere ſinu?
Et ſubitò tentasq; manu, ſperasq; receptum?
Quæris & in vacui parte priore tori?
Ille pio, ſi non temerè hæc creduntur, in aruo
Inter honoratos excipietur auos.
Magnaq; maternis maioribus, aqua paternis
Gloria, quadrijugis aureus ibit equis:
Regaliq; habitu, curruq; ſuperbus eburno
Fronde triumphali tempora vinctus erit.
Accipient iuuenem Germanica ſigna ferentem
Conſulis imperio, conſpicuumq; decus.

[a] Functus vita. Virgil. Et cum frigida mors anima ſeduxerit artus.

[b] Amplificatio ab exemplis. De Andromach. lugēte Hector. vide ιλ. χ'.

[c] In campis Elyſijs.

[d] Victoriæ de Germanis partæ.

Gaudē-

Gaudebuntq; ſuæ [a] *merito cognomine gentis :*
Quod * *ſolum domito victor ab hoſte tulit.*
Vix credent tantum rerum cepiſſe tot annos,
Magna viri latum quærere facta locum.
Hæc ipſum ſublime ferent : [b] *hæc optima mater*
Debuerant luctus attenuare tuos.
Femina digna illis, quos aurea condidit ætas,
Principibus nati, principe digna viro.
Quid deceat Druſi matrem, matremq; Neronis,
Aſpice : [c] *quo ſurgas aſpice mane toro.*
Non eadem vulguſq; decent, & lumina rerum :
Eſt quod præcipuum debeat iſta domus.
Impoſuit te alto fortuna, locumq; * *tueri*
Iuſſit honoratum : Liuia [d] *perfer onus.*
[e] *Ad te oculos aureſq; trahis, tua facta notamus :*
Nec vox miſſa poteſt principis ore tegi.
Alta mane, ſupraq; tuos exurge dolores :
Infragilemq; animum, quo potes vſq;, tene.
An melius per te virtutum exempla petemus,
Quam ſi Romanæ principis edis opus ?
[f] *Fata manent omneis : omneis expectat auarus*
Portitor : & turbæ vix ſatis vna ratis.
Tendimus huc omnes : metam properamus ad vnã:
Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas.
Ecce necem * *intentam cœlo, terraq;, fretoq;,*
* *Caſurum triplex vaticinatur opus.*
I nunc, & rebus tanta impendente ruina,
In te ſolam oculos, & tua damna refer.
Maximus ille quidem iuuenum ſpes publica vixit,

a Germanici quod meruit cognomine.
* ſolus in vet.

b ἀποστροφὴ ad Liuiam Aug.

c Cui ſis nupta, μετωνυμ.

* teneri Naug.

d Suſtine dignitatem & decus perſonæ quam geris.

e Eurip. βασιλέων ἁμαρτήματα πᾶσιν ἴσασι.

f γνώμη ἀποφαυλική.

* in tantam malè.
* Cauſarum Scal. Lucretij opus intelligẽs ſicut in illo Ouid. Cauſarúq; triplex vaticinatur opus.

Et qua natus erat, gloria ſumma domus.
Sed mortalis erat: nec tu ſecura fuiſti,
Fortia progenie bella gerente tua.
[a] *Vita data eſt vtenda: data eſt ſine fenore nobis*
Mutua: nec certa perſoluenda die.
Fortuna [b] *arbitrijs tempus diſpenſat vbiq;:*
Illa rapit iuuenes: * *ſuſtulit illa ſenes.*
Quaq; ruit, furibunda ruit: totumq; per orbem
Fulminat: & cæcis cæca triumphat equis.
Regna Deæ immitis parce irritare querendo:
Sollicitare animos parce [c] *potentis heræ.*
Quæ tamen hoc vno triſtis tibi tempore venit,
Sæpe eadem rebus fauit amica tuis.
**Nata quòd es altè, quòd fetibus aucta duobus:*
Quodq; etiam magno conſociata [d] *Ioui:*
Quòd ſemper domito rediit tibi Cæſar ab orbe:
**Geſſit & inuicta proſpera bella manu:*
Quòd ſpes implerunt maternaq; vota Nerones:
Quòd pulſus toties hoſtis vtroq; duce:
Rhenus, & Alpinæ valles, & ſanguine nigro
Decolor infecta teſtis * *Itargus aqua:*
Danubiusq; * *capax, & Dacius orbe remoto*
* *Appulus huic hoſti per breue Pontus iter:*
Armeniusq; fugax, & tandem Dalmata ſupplex,
Summaq; diſperſi per iuga Pannonij.
[e] *Et modò Germani Romanis cognitus orbis,*
Aſpice quàm [f] *meritis culpa ſit vna minor.*

[a] Alia γνώμη expreſſa imitando ex ſimili Euretij dicto.
[b] Pro ſuo arbitrio vitæ annos diſpenſat, alij plures, alij pauciores largiendo.
* q. vet. cod. ſuſtinet ill. ſen.
[c] Fortunæ, quã Virg. omnipotentem appellat.
* Nata quòd ex alto l. v.
[d] Auguſto matrimonio conjuncta.
* Geſtat libr. tres. rectè. Loquitur .n. de Auguſto pacis bellorumq; arbitro.
*Iturgus Scal. Viſurgum ita dici autumans.
*rapax Scal.
*Angulo: hinc hoſti per breue pontis iter. Scal.
[e] Syntheſis. Et Germani ſunt teſtes, orbis modò cognitus Rom.
[f] Fortunæ muneribus tot ac tantis vnica compenſanda eſt aduerſitas.

Adde

*Adde quod est absens * fetus : nec cernere nati*
*Semineces oculos sustinuêre * tui.*
Qui dolor & menti lenissimus influit ægræ,
Acciperes luctus aure coacta tuos.
Præuertitq; metus per longa pericula luctum,
Tu quibus auditis anxia mentis eras.
Non [a] ex præcipiti dolor in tua pectora venit,
Sed per mollitos antè timore gradus.
Iuppiter antè dedit fati mala signa cruenti :
Flammifera petijt cùm tria templa manu :
Iunonisq; graui nocte, impauidæq; Mineruæ,
*Sanctaq; & immensi Cæsaris icta * manus.*
Sidera quin etiam cœlo fugisse feruntur,
Lucifer & solitas destituisse vias.
Lucifer in toto nulli comparuit orbe :
Et venit [b] stella non præeunte dies.
[c] Sidus hoc obitus terris instare monebat :
*Et mergi Stygia nobile * numen aqua.*
At tu, qui superes mœsta solatia matri,
Comprecor illi ipsi conspiciare senex.
[d] Perq; annos diuturnus eas fratruq;, tuosq; :
Et viuat nato cum sene mater anus.
**Euentura precor. Deus excusare [e] priora*
Dum volet : à Druso cetera læta dabit.
[f] Tu tamen ausa potes tanto indulgere dolori,
Longius vt nolis, heu malè fortis, ali.
Vix etiam fueras paucas vitalis in horas,
Obtulit inuitæ cùm tibi Cæsar opem :
Admouitq; preces : & [g] ius immiscuit illis :

* fletus aut functus. h. e. mortuus Micyll.
* tibi lib. tres. Cicero lib. 6. epist. tamen ocul. augent dolorem, qui ea, quæ ceteri audiunt, intueri cogitur, nec auertere à miserijs cogitationem sinunt.
a Subito, aut non præmissis antè signis tantæ cladis prænuntijs.
* domus l. vet. rectè.

b Lucifero.
c Lucifer: κακαγγελικῶς.
* lumen Scal. quia sidus nominauit.
d Propert. Quod mihi detractum est vestros accedat ad annos.
* Et ventura li. duo & Scal.
e Immaturam Drusi mortem.
f ἀποτροπὴ ad Liuiam quæ se inedia necare destinauerat.
g Imperium.

Aridaq; affusa guttura tinxit aqua.
Nec minor est nato * seruandæ cura parentis:
Hic adhibet blandas nec sine iure preces.
Coniugis & nati meritum peruenit ad omnes:
Coniugis & nati Liuia sospes ope es.
Supprime iam lacrymas: non est reuocabilis istis;
Quem semel [a] vmbrifera nauita limne tulit.
Hectora tot fratres, tot defleuêre sorores,
Et pater, & coniux, Astyanaxq; puer:
Et longæua parens: tamē ille[b] redemtus ad ignes:
Nullaq; per Stygias vmbra renauit aquas.
Contigit * hoc etiam Thetidi: populator Achilles
Iliaca ambustis ossibus arua premit.
Illi cæruleum Panope matertera crinem
Soluit, & immensas fletibus auxit aquas.
[c] Consortesq; Deæ centum, longæuaq; magni
Oceani coniux, Oceanusq; pater.
Et Thetis ante omnes: sed nec Thetis ipsa, neq; omnes
Mutarunt auidi tristia [d] iura Dei.
Prisca quid huc repeto? Marcellum Octauia fleuit:
Et fleuit populo Cæsar vtrunq; palam.
Sed rigidum ius est, & ineuitabile mortis:
Stant rata non vlla fila tenenda manu.
[e] Ipse tibi emissus nebulosum littus Auerni,
*Si liceat, forti verba tot ore sonet.
Quid numeras annos? vixti maturior annis:
Acta senem faciunt, hæc numeranda tibi.
His æuum fuit implendum, non [f] segnibus annis:
Hostibus eueniat longa senecta metu.

Hoc

* seruandi

[a] Vmbras vehente Propert. vbi portitor æra recepit Obserat herbos lurida porta rogos.

[b] Ab Achille scilicet, vt eadauer eius rogo imponerentur.

* hæc Naug.

[c] Nereides.

[d] Infernas leges, Propert.

[e] Prosopopœia.

* Sic lic. Scal.

[f] οὐδὲν ἄλλο πλὴν γῆρας ὠφοῦσι otiosis, inertibus.

Hoc atavi monuêre mei, proavique Nerones:
Fregerunt ambo Punica bella duces.
Hoc domus ista docet per te mea Cæsaris alti:
Exitus hic, mater, debuit esse meus.
Nec meritis quicquam illa iuuant: magis affuit illis
Mater honos: titulis nomina plena vides.
Consul, & ignoti victor Germanicus orbis,
Qui fuit heu mortis publica causa, legor.
Cingor Apollinea victricia tempora lauro:
Et sensi exequias funeris ipse mei.
Decursusque virûm nôtos mihi, donaque regum:
Cunctaque per titulos oppida lecta suos.
Et quo me officio portauerit illa iuuentus,
Quæ fuit ante meum tam generosa torum.
Denique laudari sacrato Cæsaris ore
Et merui: lacrymas elicuique Deo.
Et cuiquam miserandus ero: iam comprime fletus:
Hoc ego, qui flendi sum tibi causa, rogo.
Hæc sentit Drusus, si quid modò sentit, in vmbra:
Nec tu de tanto crede minora viro.
Est tibi, sitque precor multorum filius instar:
Parsque tui partus sit tibi salua prior.
Est coniux tutela hominum: quo sospite vestram
Liuia funestam dedecet esse domum.

a Sueton Tib. Claudius caudex primus fre to classe transiecto, Pœnos Sicilia expulit.
Claud. Nero aduenientem ex Hispania cum ingentib. copiis Asdrubal. prius quam Annibali fratri cõ iungeretur, oppressit.
b In quam sum accitus per te.
* Nec meritis quenquam vlla iuuant magis: aff. Micyll.
c De hoc vide Sueton.
* Emerui l. v.
d August. pater patriæ.

FINIS.

M. ANNAEI LVCANI AD CALPVRNIVM PISONEM PANEGYRICVM, siue ecloga.

VNde prius cœpti surgat mihi carminis ordo,
Quósue cană titulos, dubius feror. hinc tua, Piso,
Nobilitas, veteresq; citant sublimia Calpi
Nomina, Romanas inter fulgentia gentes;
Hinc tua me virtus rapit, & miranda per omnes
Vita modos; qua, si deesset tibi forte creato
Nobilitas, [a] eadem pro nobilitate fuisset.
Nam quid imaginibus, quid auitus fulta triumphis
Atria, quid pleni numeroso consule fasti
Profuerint, * si vita labat? perit omnis in illo
*Gentis honos, cuius laus est in origine sola.
*At tu, qui tantus animum natalibus æquas,
Et partem tituli non summam ponis in illo,
Ipse canendus eris: nam quid memorare necesse est,
Vt domus [b] à Calpo nomen Calpurnia ducat?
Claraq; Pisonis tulerit cognomina prima,
*Humida calloſa cùm [c] pinseret hordea dextra?
Nec, si cuncta velim, breuiter decurrere possim:
Et prius [d] ætheriæ moles circumuaga flammæ
Annua bissenis reuocabit mensibus astra;
Quam mihi priscorum titulos, operosaq; bella
Contigerit memorare: manus sed bellica patrum
Armorumq; labor, veteres docuêre Quirites,
Atq; illos cecinêre sui per carmina vates.

[a] Iuuenal. nobilitas sola est atq; vnica virtus.

* cui

*Nobilitas, cuius laus.

*Felix qui tant. Ouid. Maxime, qui claris nomen virtutib. æquas.

[b] Numæ F. Plutarch. Festus.

* Fumida Scal.

[c] Plin. lib. 18. cap. 3.

[d] Solis periph.

Nos

Nos quoq; [a] pacata Pisonem laude nitentem,
*Exæquamus auis. * nec enim, si bella quierunt,*
Occidit & virtus. licet exercere togatæ
Munera militiæ: licet & sine [b] sanguinis hausti
Mitia legitimo sub iudice bella mouere.
**Hîc quoq; seruati continget gloria ciuis,*
Altaq; victricis intexunt limina palmæ.
Quin age maiorum iuuenis facunde tuorum,
Scande super titulos, & auitæ laudis honores:
Armorumq; decus [c] præcede forensibus actis.
Sic etiam magno iam tunc Cicerone vigente
[d] Laurea facundis cesserunt arma togatis.
**Sed quæ Pisonum claros visura triumphos*
Olim turba vias impleuerat agmine denso,
Ardua nunc eadem stipat fora, cùm tua mœstos
Defensura reos vocem facundia mittit:
Seu trepidos ad iura [e] decem citat hasta virorum,
Et firmare iubet centeno iudice causas:
Seu capitale nefas operosa diluis arte,
*Laudibus ipsa tuis resonant fora. * namq; vbi Piso*
*Iudicis affectum, possessaq; pectora * tentas,*
**Victus, sponte sua sequitur quocunq; vocasti.*
*Flet, si flere * libet: gaudet gaudere coactus,*
*Et te dante capit iudex, * si non habet, iram.*
Sic auriga solet feruentia Thessalus ora
Mobilibus frenis in aperto flectere campo:
Qui modò non solum rapido permittit habenas
Quadrupedi, sed calce citat. modò torquet in auras
Flexibiles rictus: & nunc ceruice rotata

[a] Togata militia.
* tamen etsi bell. quier. Nõ perijt virt. Scal.
[b] Sanguinis effusione. Græci ἀφύσιν dicunt. ἰλ. ξ. διὰ δ' ἔντερα χαλκὸς ἄφυσσε.
* Hinc quoq; seru. contingit Scal. melius.
[c] Cæs. Heluetij reliquos Gallos virtute præcedunt.
[d] Cic. 1. Off. Cedãt arma togæ, concedat laurea linguæ.
* Quæque patrum claros quondam visura tr.
[e] Xuiri & Cuiri de causis priuatis cognouerunt, de iure iudicarunt, & hastę præfuerunt. Sigon.
* Scal. tu quoque Piso.
* ducis Victor, sp. Græci dicũt ψυχαγωγεῖν.
* iubes
* quam

Incipit

Incipit effusos in gyrum carpere cursus.
Quis non attonitus iudex tua respicit ora?
Quis regit ipse suam, nisi per tua pondera, mentē?
Nam tu, siue libet parcere cum grandine nimbos,
Densaq́, vibrata iaculari [a] fulmina lingua:
Seu uuat astrictas in nodum cogere voces,
Et dare subtili vinacia verba catenæ:
Vim Laërtiadæ, [b] breuitatem vincis Atridæ.
**Dulci seu mauis, liquidoq́, fluentia cursu*
Verba, nec incluso, sed aperto pingere flore,
Inclyta [c] Nestorei cedit tibi gratia mellis.
Nec te Piso tamen populo sub iudice sola
Mirantur fora: sed numerosa laude senatus
Excipit: & meritas reddit tibi curia voces.
Quis dignè referat, qualis tibi luce sub illa
*Gloria contigerit, qua tu, * retinente senatu,*
Cum tua bis senos numeraret purpura fasces,
Cæsareum grato cecinisti pectore numen?
Huc etiam tota concurrit ab vrbe iuuentus
Auditura virum, si quando iudice fesso
Turbida [d] prolatus tacuerunt iurgia rebus.
*Tunc * etiam leuibus veluti proludit in armis,*
Compositisq́, suas exercet lutibus artes.
*Quin etiam facilis Romano * perfluit ore*
Græcia, Cecropiæq́, sonat grauis æmulus vrbi.
Testis [e] Acidalia quæ condidit alite muros,
[f] Euboicam referens fecunda Neapolis arcem.

[a] Alludit ad Pericl. grandiloquentiam de quo Aristoph. ἀστραπῆ, βέβροντα, ξυνεκύκα τὴν ἑλλάδα.

[b] Ια. γ' ἤτοι μὲν Μενέλαος ἐπιτροχάδην ἀγορεύει Πηλεΐδης δ' ἀλλὰ μάλα. Vide Gell. lib. 7. cap. 14.

* Dulcia

[c] Hom. τῶ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

* reticente

[d] In posterum diem reiectis, aut comperendinatis, aut etiam ampliatis. Ferijs res proferuntur, id est, lites & negocia differuntur. Pithæ. lib 2. Aduers. subsec. cap. 20.

*etenim li. tres.

* profluit libr. tres probè.

[e] Veneris Bœoticæ auspicijs, sic dictæ a fonte Acidalio in Orchom. Bœotiæ ciuitate.

[f] Cumanam siue Chalcidensem. vide Strab. l. 5. vbi & sacri quinquennalis & certaminis Musici & gymnici fit mentio.

Qualis

Qualis ìo ſuperi, qualis nitor oris amœnis
Vocibus! hinc ſolido fulgore micantia verba
Impleuêre locos: hinc exornata figuris
Aduolat excuſſo velox ſententia torno.
Magna quidem virtus erat, * etſi ſola fuiſſet,
Eloquio ſanctum modò * perfulcire ſenatum,
[a]Exonerare pios modò, nunc onerâre nocentes:
Sed ſuper iſta [b] mouet plenus grauitate ſerena
Vultus, & inſigni præſtringit imagine viſus.
Talis ineſt habitus, qualem nec dicere mœſtum,
Nec fluidum, læta ſed tetricitate decorum
Poſſumus: ingenitæ ſtat nobilitatis in illo
Pulcer honos, & digna ſuis natalibus ora.
Additur huc & iuſta fides, & plena pudoris
Libertas, animusq; mala [c] ferrugine purus:
Ipſaq; poſſeſſo mens eſt opulentior auro.
Quis tua [d] cultorum iuuenis facunde tuorum
Limina pauper adit, quem non animoſa beatum
Excipit, & ſubito iuuat [e] indulgentia cenſu?
Quodq; magis domo fuerit precioſius omni,
Diligis ex æquo: nec te fortuna * colentum,
Natalésue mouent: probitas ſpectatur in illis.
Nulla ſuperborum patiuntur dicta iocorum:
Nullius ſubitos adſert iniuria riſus.
Vnus amicitiæ ſummos tenor [f] ambit & imos.
[g]Rara domus tenuem non aſpernatur amicum:
Raraq; non humilem calcat faſtoſa clientem.
Illic caſta licet mens, & ſine crimine conſtet
Vita, tamen probitas cum paupertate iacebit.

* & ſi
* permulcere libr. duo.
a Abſoluere inſontes.
b πρόσωπον ἐφ' ὁ πείθων & λέγοντος, ἢ λόγος.
c Auaritiæ cupiditate Metaph. Horat. in Art. at hæc animos ærugo & cura peculi Cum ſemel imbuerit,
d Clientum.
e Liberalitas, beneficentia.
* clientum libr. duo. Paulò antè dixit cultorum.
f Complectitur.
g Non frequentata, deſerta, δυσεπίσκεπτος. Vel: quæ non aſpernetur ac faſtidiat amicum tenuem: vt ſit γνώμη ὑπερθλικὴ in faſtidium opulentiorum, quo aſpernatur tenuiores quantumuis honeſtos.

Sed

Sed lateri nullus comitem circundare quærit,
Quem dat purus amor, sed quę tulit impia merces:
Nec quisquam vero precium largitur amico,
Quem regat ex æquo, vicibusq; regatur ab illo:
Sed miserum parua stipe * focilat, vt [a] pudibundos
Exercere sales inter conuiuia possit.
* Ipse procul liuor, procul hæc fortuna refugit
Piso tuam venerande domum: tu mitis, & acri
Asperitate carens, positoq; per omnia fastu,
Inter [b] vt æquales vnus numeraris amicos,
Obsequiumq; doces, & amorem quæris amando.
Cuncta domus varia cultorum personat arte,
Cuncta mouet studium: nec enim tibi dura clientũ
Turba, rudisue placet, misero quæ freta labore
Nil nisi summoto nouit præcedere vulgo.
Sed virtus numerosa iuuat. tu pronus in omne
Pectora ducis opus, seu te grauiora vocarunt,
Seu leuiora iuuant: nec enim facundia semper
* Abducta cũ fronte placet: * non semper in armis
Bellica turba manet: nec tota classicus horror
Nocte dieq; gemit: c*non semper Gnosius * arcus
Destinat, exemto sed laxat cornua neruo.
Et galea miles caput, & latus ense resoluit.
Ipsa vices natura subit, variataq; cursus
Ordinat: inuersis & frondibus explicat annum.
[d] Non semper fluidis adopertus nubibus æther
Aurea terrificis obcæcat sidera nimbis.
Cessat hyems, madidos & siccat Vere capillos:
Ver fugit æstates: æstatum terga lacessit

Pomifer

* munerat Scal. & Iun.
[a] Quorum pudere ipsum debeat.
* Ista procul labes, proc. melius.
[b] ὡς εἷς τῶν πολλῶν.
* Adducta lib. tres rectius. h. e. contracta.
* nec Scal. & Iun.
c Horat. quondam cithara tacentem Suscitat musam, neque semper arcum Tendit Apollo.
* nec
* arcu
d Horat. Non semper imbres nubib. hispidos Manant in agros.

Pomifer autumnus, * nebulis cessurus & vndis.
Ignea quinetiam superûm pater arma recondit,
Et Ganymedeæ repetens conuiuia mensæ,
Poculæ sumit ea, qua gessit fulmina, dextra.
[a] Temporibus seruire decet: qui tempora certis
Ponderibus pensauit, eum si bella vocabunt,
Miles erit: si pax, positis toga * gestiet armis.
Hunc fora pacatum, bellantem castra decebunt.
Felix illa dies, totumq; canenda per * æuum,
Quæ tibi, vitales cùm primum traderet auras,
Contulit innumeras intra tua pectora dotes.
Mira subest grauitas inter fora: mirus omissa
Pauliſper grauitate lepos. si carmina fortè
Nectere ludenti iuuit fluitantia versu,
Aonium facilis deducit pagina carmen:
Siue chelyn digitis, & eburno verbere pulsas,
Dulcis Apollinea sequitur testudine cantus:
Et te credibile est Phœbo didicisse magistro.
Nec pudeat pepulisse lyram, cùm pace serena
Publica securis exultent ocia terris.
Nec pudeat, Phœbea chelys si creditur illis
Pulsari manibus, quibus & contenditur arcus.
*Sic mouisse fides sæuus narratur Achilles,
Quanuis mille rates [b] Priameius vreret heros:
Et grauis obstreperet modulatis buccina neruis.
Illo dulce melos [c] Nereius extudit heros
Pollice, terribilis quo Pelias ibat in hostem.
Arma tuis etiam si fortè rotare lacertis,
Inq; * gradum clausis libuit consistere membris,

* nimbis

[a] δουλεύειν τῷ καιρῷ.

* vestiet

* orbem libr. duo.

* Ipse fidem mouisse ferox narr. Scal. & li. aliquot.
[b] Hector.
[c] Achilles.
* gradu. Stare in gradu dicitur, sicut in statu. Seneca: Quorum alter vulnus premit, & constat in gradu. Iust. Lipſ. lib. 2. Saturn. sermo. cap. 20.

Et

Et vitare simul, simul & captare petentem:
Mobilitate pedum celeres super orbibus orbes
Flectis, & obliquis fugientem cursibus vrges.
* Et nunc viu. Scalig. **Nunc quoq; viuaci scrutaris pectora* [a] *dextra,*
[a] Gladio seu mucrone v ua cis dextræ κατ' ἐπαλλαγὴν. *Nunc latus aduersum nec opino percutis ictu.*
Nec tibi mobilitas minor est, si forte volantem
Aut geminare pilam iuuat, aut reuocare cadentē:
Et non sperato fugientem reddere gestu.
Hæret in hæc populus spectacula: totaq; ludos
Turba repentè suos tam sudabunda relinquit.
Te si fortè iuuat studiorum pondere sessum
Non languere tamen, lususq; mouere per artem,
βύττου πάττις scacchiæ siue latrunculorum ludi. [b] *Callidiore modo tabula variatur aperta*
Calculus, & vitreo peraguntur milite bella:
Vt niueus nigros, nunc & niger alliget albos.
Sed tibi quis non terga dedit? quis te duce cessit
Calculus? aut quis non periturus perdidit hostem?
Mille modis acies tua dimicat: ille petentem
Dum fugit, ipse rapit: longo venit ille recessu.
[c] σκοπιᾶς, excubijs. *Qui stetit in* [c] *speculis, hic se committere rixæ*
Audet, & in prædam venientem decipit hostem.
[d] Obsesso vel capto. *Ancipites subit ille moras, simulq; [d] ligato*
Obligat ipse duos: hic ad maiora mouetur,
Vt citus & fracta prorumpat in agmina mandra:
Clausaq; deiecto populetur mœnia vallo.
Interea sectis, quamuis acerrima surgant
Prælia, militibus: plena tamen ipse phalange,
Aut etiam pauco spoliata milite vincis,
Et tibi captiua resonat manus vtraq; turba.

Sed

Sed prius emenſo Titan verſetur Olympo,
Quam mea tot laudes decurrere carmina poſſint.
Felix, & longa iuuenis digniſſime vita,
Eximiumq; tua gentis decus, accipe noſtri
Certus, & hoc veri complectere pignus amoris.
Quòd ſi digna tua minus eſt mea pagina laude,
[a] At voluiſſe ſat eſt: animum, non carmina iacto.
Tu modò lætus ades, forſan meliora canemus:
[b] Et vires dabit ipſe fauor: dabit ipſa feracem
Spes animum: dignare tuos aperire penates.
Hoc ſolum petimus: nec enim me diuitis auri
Imperioſa fames, & habendi ſæua libido
*Impulerant, ſed laudis amor. iuuat optime tecum
Degere, cumq; tuis virtutibus omne per æuum
Carminibus certare meis. ſublimior ibo,
Si famæ mihi pandis iter, ſi detrahis vmbram.
Abdita quid prodeſt generoſi vena metalli,
Si cultore caret? quid inerti condita portu,
Si ductoris eget, ratis efficit, omnia quanuis
Armamenta *gerat, teretiq; fluentia malo
Poſſit & excuſſo dimittere vela rudente?
[c] Ipſe per auſonias Aeneia carmina gentes
Qui ſonat, ingenti qui nomine pulſat Olympum,
Mæoniumq; ſenem Romano prouocat ore,
Forſitan illius nemoris latuiſſet in vmbra,
Quod canit & ſterili tantum cantaſſet auena,
Ignotus populis, ſi Mœcenate careret.
Qui tamen haud vni patefecit limina vati,
Nec ſua Virgilio permiſit numina ſoli.

[a] Propert. in magnis & voluiſſe ſat eſt.
[b] Ouid. Da mihi te placidum, dederis in carmina vires.
* Impulerie
* ferat
[c] Virgilius.

Mæcenas tragico quatientem pulpita * cæstu
* Erexit Varum : Mæcenas alta * tonantis
Eruit, & populis ostendit nomina Graijs.
Carmina Romanis etiam resonantia chordis
Ausoniamq; chelyn gracilis patefecit Horati.
O decus, * in totum merito venerabilis ævum
Pierij tutela chori : quo præside tuti
Non vnquam vates inopi timuêre senectæ.
Quod si quis nostris precibus locus, & mea votis
Si mentem subiêre tuam, memorabilis olim
Tu mihi Mæcenas tereti cantabere versu,
[a] Possumus æternæ nomen committere famæ :
Si tamen hoc vlli de se promittere fas est,
Et Deus * vltor abest : superest animosa voluntas
Ipsaq; nescio quid mens excellentius audet.
Tu nanti protende manum : tu, Piso, latentem
Exere. nos humilis domus & syncera parentum,
Sed tenuis fortuna sua caligine celat.
Possumus imposítis caput exonerare tenebris,
Et lucem spectare nouam, si quid modò latus
Annuis, & nostris subscribis candide votis.
Est mihi, crede, meis animus constantior annis ;
Quanuis nunc [b] iuuenile decus mihi pingere malas
Cœperit, & nondum viceſima venerit * ætas.
Quòd si * iam validæ mihi robur mentis ineſſet,
Et solidus primos impleret spiritus annos,
Auderem voces per carmina nostra referre,
Piso, tuas : sed fessa labat mihi pondere ceruix,
Et tremefacta cadunt succiso poplite membra :

Sic

* gestu libr. tres.
* Euexit Varium Scalig. & libr.
* Toantis
* & toto m. ven. æuo
a Idem : O sacer & magnus vatum labor : omnia fato Eripis, & donas populis morta lib. æuum.
* auctor adest, minus probe. Videtur n. Nemesin Intelligere ὑπερφιάλοις αὐτίτασσον, vt est in epigr. Theæt. Nec obstat genus : Nam & Virgil. ita locutus est, & Græci θεὸς appellationem communem faciunt.
b Prima iuuenis.
* ætas libr. tres probè.
* tam

*Sic nec olorinos audet [a] Pandionis ales
Parua referre sonos, nec, si velit improba, possit.
Sic & aëdonia superantur voce cicadæ,
Stridula cùm rapido faciunt conuicia soli.
Quare age Calliope posita grauitate forensi,
Limina Pisonis mecum pete: plura supersunt
Quæ laudare velis, inuenta penatibus ipsis.

* Sed perp.
a Philomela.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

NE quid reliquum faceremus ſtudij atq; operæ noſtræ iuuandis pro virili diſcentium ſtudijs, ſicut ad calcem Metamorph. varietatem ſubiecimus lectionum, ex Aldina editione, vt arbitramur collectam, induſtria ſingulari Vict. Giſelini: ita huic parti appendicem adijcere voluimus, cum emendationum Georgij Fabricij in Nucem, tum commentationum ac caſtigationum Ioſephi Scaligeri in elegiã de morte Druſi, & eclogam ad Piſonem. Atque hoc factum optimæ voluntatis & affectionis erga te præclaræ beneuole lector, vt pari animo accipias, maiorem in modum à te petimus.

GEOR-

GEORGII FABRICII CHEMNICENSIS IN NVCEM P. Ouidij Nasonis emendationes.

Nil ego peccaui, nisi si peccare fatemur) rectius legitur, nisi si peccare videtur, vt in Asulanio: aut (vt in manuscripto) peccare docetur. Peccare pro peccatum. Minutius in Octauio: Apud nos & cogitare, peccare est, pro, ipsa cogitatio, est peccatum.

Tunc domini, memores) Iterum in manuscripto, Cùm domini memores: cùm, quo tempore, nempe vetusto.

Agricolæ fructu prouenisse deos) Ita lego, quia deos subijcit Bacchum & Mineruam, propter vinum & oleum. Aliter lego apud Tibullum: Libatum Agricolæ ponitur ante Deum, è manuscripto palatino, & ex libro impresso Regiolepidi, quæ vrbs viris doctis nunquam caruit. Hic per Deum, solum Bacchum intelligit, illi annumerans Cererem & Priapum. Mecum facit Bernardinus Veronensis: vulgatam defendit, & magis corrumpit, ciuis eius Auantius.

Nisi subdita ramo) idem sunt significatione, nisi & ni: sed non idem sono: lego è manuscripto, ni subdita, & puto ijs placere qui aures habent purgatiores. Matrem appellat arborem fecundam. ita Plinius lib. XII. Rami in excelsum emicant, syluosa multitudine, vasto matris corpore.

Nunc vterus vitio est) Deest, ei, quæ videri vult formosa. Alij emendarunt, Nunc vterum vitiat. quod si in vno esset vetere, probarē propter sententiam. Vterum vitiare, est labefactare onus

vteri, vel excutere onus viſceribus, vt alibi ſolet poëta loqui.

Non equidem inuideo, nunquam tamen) Quanto alacrior figuræ mutatio in libro vetuſto? nunquid tamen vlla feritur?

Nudaq; deiecto cortice) Alij, detecto: Merula, decerpto. Sed ex alio Ouidij loco ſcribimus, direpto: vt, Qualem direpto cortice cedrus habet. Direpto, detracto, abſciſſo.

Sed ſpes inducta rapinæ) In vetuſto, ſpes indulta.

De quo victoriæ lucro Eſſe poteſt) In multis legitur, victoria læta, etiam in manuſcripto. Vnde ſuſpicor lectionem ab alio emendatam. Læta autem, lucroſa, triumpho digna.

Nam quod habent frutices aliquando) Manuſcriptum, alioquin. Sed aduerbium alterum probè facit ad ſententiam.

Imus in extremo margine fundus habet) Imus fundus, pro ager poſtremus, quomodo, Faber imus, in extrema vici parte habitans, apud Horatium in Arte. ex quo nomen proprium Fabri qui faciunt, valde ſunt ridiculi.

Has puer aut certo rectas delineat ictu) Delineat, deſignando diuidit, delineando dilaminat. Ita expreſsè in manuſcripto q; ſequimur, quodq; à fratre Blaſio Fabricio è Trebocis accepimus. Huius loci facta obiter mētio in Hippolyto, ſeu (vt alij) in Phędra Senecæ. Vulgò lectū fuit, dilaniat, cōtra numeros, q; tamen ad veritatē lectionis ꝓximè accedit.

At mihi maturos) Rurſus manuſcriptum, At mihi maternos: quod ſequentia declarant, non planè eſſe ineptum: nam ad arbores transferri modò diximus.

Quæq; fuit multis, eſt mihi prada malo) Querelæ magis conuenit lectio manuſcripti: Hei mihi prædа malo eſt. conuenit etiam exemplis trillibus Polydori

lydori Troiani, Amphiarai Thebani, Atlãtis Libys.

Quid? si non aptas solem mutantibus vmbras) Hæc sincera lectio, vt Horatius Car. 1. 17. Lucretilem Mutat Lyceo Faunus. aliud est solem fugere, aliud mutare. Fugiunt, qui abhorrent: mutant, qui repetunt.

Illo me tutam tempore præstat hiems) In nonnullis impressis, Illo ne metuam tempore.

Ali simul indaimus nostris sua munera ramis) Munera ramorum sunt folia & fructus. Qui legunt, sua vellera, impropriè dicunt: qui, sua vulnera, dicunt planè nihil.

Et quascunq; potest tangere, tollat opes) Vetus lectio: & sic omnino legendum. id est, quæcunque sunt vicinæ aut contiguæ viæ publicæ. Ita rectè Merula: Tangimus obuia: tollimus etiam sepositа. Tabernas argentariam & margaritam, circa forum vrbis Pub. Victor ponit.

Tutam non licet esse nucem) Eodem modo paulò ante, Nudam tamen expedit esse. In alijs, Tutæ non licet esse nuci. Vt alibi: vobis immunibus huius Esse mali dabitur. Et, nec equis velocibus esse Profuit. Si mihi dicendum sit, dicam, quod obseruaui, sed dicam te iudice, Giseline: hoc Ouidij esse familiare atq; perpetuum, cum dativo: quemadmodum nomen Dignus, cum genitiuo Mea conueniunt exemplaria vetusta: tu in tuis inquire, pro tua eximia diligentia.

Vt sæpe sagittis Cum populus) Legendum est, Quem populus manicas deposuisse vetat. Sensus est: Vt sæpe sagittis petitur, qui manus vinctas habet. Hoc vtrum Romanum supplicium fuerit, inuestigandum est.

Vitæ grauem pauida est, vbi tolli vacca securim) Hæc lectio respondet sententiæ. Qui aliter legunt, sequentia non exactè considerant.

IN ELEGIAM C. PEDONIS ALBINOVANI DE MORTE CL. Druſi Germanici ad Liuiam Auguſtam.

HVius quoq; Elegiæ idem auctor, qui & ſuperioris. Quanquam enim ſuperius mollem virum Mæcenatem, & diſcinctum pari, ac ipſe vixit, licentia, hoc eſt molli, ac remiſſo ſtylo, proſecutus eſt: hîc verò principem matronam accuratiore, ac grauiore dicendi genere alloquitur: non tamẽ in omnib. ſui diſſimilis eſt. Quod n. hic legitur:

Nec nocuiſſe vlli, & fortunam habuiſſe nocendi:

Quid aliud eſt, quam id, quod ſupra dixerat?

Omnia cum poſſes tanto tam carus amico:
Te ſenſit nemo poſſe nocere tamen.

Item, quod hîc de fortuna:

Illa rapit iuuenes, ſuſtulit illa ſenes.

Idem extulerat de morte:

Illa rapit iuuenes prima florente iuuenta,
Non oblita tamen & rapit illa ſenes.

Quanquam hîc pro ſuſtulit, quidam veteres codices habent, *ſuſtinet*. Videtur autem Neronum vel potius Druſorum familiæ cliens fuiſſe C. ALBINOVANVS. Nam & is eiuſdem Druſi Germanici nauigationem in Oceano carmine cõſcripſit. Cuius hodieque fragmentum extat. Deinde Tiberij fratris Druſi comes, & ſcriba fuit, vt ex Horatio odorati ſum⁹. Quod enim Ouidio hanc elegiam attribuerunt, fruſtrati ſunt. Nihil enim diſſimilius. Quanquam verſiculũ, qui hîc legitur:

Altius & vltrà exeruiſſe caput: inuenias in faſtis:
Altius humanis exeruiſſe caput.

Sed hæc non mirabitur, qui ſcit & Tibullianum verſiculum in Ouidio reperiri:

Cum cecidit fato conſul vterq; pari.

Et multa talia. Quare quum hanc opinionem ex homi-

hominum mente sustulerimus, extorquenda & alia quoq; ijs, qui putant hæc scripta esse de morte Drusi eius, qui in Germania perijt, filij. Cum contra sit is Drusus, qui in Germania occidit. Nam cum Liuia conuenit in manũ mariti Augusti erepta priori viro Tiberio Neroni, nõ multò post eũ enixa est, iam grauida ex priore viro, ex quo & antea Tiberium Claudium Neronem, qui postea rerum potitus est, primo partu ediderat: postea in domo Augusti hunc Drusum, nulla postea sobole. Est ergo is Drusus frater Tiberij, qui postea, vt dixi, rerum potitus est. Is cum post partam de Sueuis, ac Sicambris victoriam consul absens factus esset, morte præuentus, nec triumphum, nec honorem inire potuit. Vide Epitomen Liuij, & Dionem. Sunt quædam pauca admodum hic animaduertenda. In ceteris diutius nobis immorandum esse non duximus.

Hei mihi quam facile est) Eam sententiam prius extulerat Aeschilus Promethęo:

ἰλαμβον, ὅσις πεμάτων ἔξω πέδα
ἔχει, πεφυκὸν, νυστὸν τι τὰς κακῶς.

πράσσοντας. Dio historicus: ὅθεν τε πάνυ καλῶς εἴρηται, ὅτι ῥᾷον πεφυκέναι ἐτέρους ἐστὶν, ἢ αὐτὸν πολύτα κατεχῆσαι. Terentius:

Facile, cum valemus, recta consilia ægrotis damus.

Perceptaq; mente) lego, præceptaq; mente. Virgil. —*si lac præceperit æstus.*

Cæsaris illud opus) Ita vocat institutum, & formatum a Cæsare. In Mæcenatis Epicedio:

Et magnum magni Cæsaris illud opus. Ergo se ipse imitatur.

Et incassum tua nomina) incassum, & frustra, consul inscriberis, infra:

Nunc primum aspiceris consul, victorq; parenti?
Sic mihi, sic miseræ nomina tanta refers?

Nec tu tot verba bonorum) lege :
Multi in te amissi. Nam cui tot turba bonorum,
Omnis cui virtus contigit, vnus eras.
Congelat interdum) Homerus de lacryma, ὅτε κίεν ἰσάνω.
Et vidi euersos) Vt, — *Et versis Arcades armis.*
Consuluit fractus) lege, *consul init fractis*, &c.
Et dux pro patria) lege :
Et lux proh patriæ fuerere clausa latet.
Cur adeo fratres) Ego lego :
Cur adeo, frater, heu sine fratre tuo es? Sic infra :
Cur sine me, cur sic incomitatus abis?
Nec minor) Lego :
Nec minor & magni coniuge visa Iouis.
Ecce necem intantam) Alij, *intentam*, lego ergo :
Ecce necem in tantam cœlo, terræq; fretoq;
Causarum triplex vaticinatur opus.

Opus Lucretij. Ouidius :

Explicat vt causas rapidi Lucretius ignis,
Causarumq; triplex vaticinatur opus.

Multa enim alia scripsit Lucretius, ex cuius xx i. lib. citat Varro :

Aetheris, & terræ genitabile quærere tempus.

Vita data est vtenda) sine dubio imitatione Lucretij dixit :

Vitaq; mancipio nulli datur, omnibus vsu.

Testis Iturgus) Dicitur & *Visurgus* pro varietate idiomatum linguæ Germanicæ. Nam Saxones, & omnes Oceani accolæ T vsurpant, alij duplex SS. Θάλαττα, Θάλασσα. Sic Wasser/ Water / aqua.

Danubiusq; capax) bene. Sed & rapax legi potest.

Appulus) Valde deprauatus locus. Lego :

Danubiusq; rapax, & Dacius orbe remoto
Angulus : hinc hosti perbreue pontis iter.

Veteres scribebant aggulus. Vnde appulus fecerunt. Intelligit Chersonesum Cimbricam, quam Daci

Daci incoluerunt, qui nunc Dani, *Perbreue pontu iter* vocat angustum Isthmum illius Chersonesi: & nisi fallor, Græci ἰσθμὸν γέφυραν vocabant. Hæc omnia referenda ad nauigationem ipsius Drusi Germanici, de qua huius quoq; poëtæ luculentos versus habemus.

Et mergi St. nob. numen) lege, lumen. Nam sidus supra vocauit.

Acta senem faciunt) Martialis:

Dum palmas numerat, credidit esse senem.

IN ECLOGAM M. ANNAEI LVCANI AD C. PISONEM.

Hanc Lucani Eclogam esse, fidem fecerit & scheda calamo exarata, in qua ita scriptum inueni: LVCANI CATALECTON DE LAVDE PISONIS: tum & Piso iste, ad quem scribitur. Qui cum primoribus nobilitatis Romanæ iuuenibus conspiratione in Neronem facta signiferum eius consilij delegit Lucanum, multis iam sibi beneficijs deuinctum. Scripsit & alia Lucanus, vt Orpheum: quod testatur Statius. Et ex eo poëmate citant Grammatici:

— gaudent a luce reuelam
Euryducen, iterum sperantes Orphea manes.

Item Hectoris lytra. Statius:

Ac primum teneris adhuc in annis
Ludes Hectora, Thessalosq; currus,
Ac supplex Priami potentis aurum.

Item Catacausmon Iliacum. Ita enim legendum apud Placiadem, ex quo hæc pferuntur analecta:

Haud aliter raptum transuerso limite anheli
Flammatum Phaethonta poli.

Nam Nero, cum τροίας ἅλωσιν ageretur, Romam incendit. Ad quod poema alluſit Statius:

Dicas

Dices culminibus Remi vagantes
Infandos domini potentis ignes.

Atque de his hactenus.

Humida) magis placeret Fumida. Nam prius torrebantur: Deinde saxo frangebantur.

Cum tua mœstos) Cornelius Tacitus, de Pisone: Namq; facundiam tuendis ciuibus exercebat: largitionem aduersus amicos: & ignotis quoque comi sermone, & congressu.

Sic auriga) Hic, auriga tantum eques. Nam aurex τὸ ἡνίοχος. In veteri Glossario Aurex, solitarius, ἱππασής. Videtur autem initium huic poëmatio deesse. Nam ita in manuscripto incipit:

— nihil est, quod texas ordine, longum.
Vnde prius cœpti surgat mihi carminis ordo? Et

sanè non subito hîc principium defuisse, quemadmodum diu finis quoque abfuit, quem ego inueni in illo codice, & non omisit Antuerpensis editio. Videtur autem prouerbiale fuisse — *nihil est quod texas ordine, longum.* Nam in Ciri quoque reperitur. Solitarium vocat, qui equo singulari vehit: Hoc est, τὸν κέλητα, qui & singulator in eodem lexico dicitur.

Turbida prolatu) Apud Ciceronem pro Murena, & Plaut. Captiuis.

Testis Acidalia) Statius:

Tu ductor populi longè emigrantis Apollo,
Cuius adhuc volucrem longa ceruice sedentem
Respiciens blande felix Eumetis adorat. Item:
Nostra quoq; & propriis tenuis, nec rara colonis
Parthenope, cui mite solum trans æquora vectæ
Ipse Dionea monstrauit Apollo columba.

Quare ait Pisonis eloquentiæ testem esse Neapolim? intelligit de quinquennali ludicro Neapolitano: in quo Poëtæ, Oratores, Musici, alijque certabant. De eo sæpe Statius in Syluis.

Et

Et digna suis) Cor. Tacitus: aderant etiam fortuita, corpus procerum, decora facies, &c.

Iuuat indulgentia) Corn. Tacitus: Lenitati, ac magnificentiæ, aliquando luxui indulgebat.

Calculus) Calculorum ludus, & latrunculorum, idem est. Ouidius:

Siue latrocinij sub imagine calculus ibit.

Lucillius lib. XIII.

Naumachiam licet hæc, inquam, alueolumq; putare, & Calces: delectes te, hilo non rectiùs viuas.

Nam calces sunt calculi, vt alicubi notat Festus. Hodie alludunt ad vetus nomen Itali, & Galli: Scalculum enim vocant. Puto artis verbum fuisse Excalculari, de eo, qui vinceretur: vt excuriari, & Excuneari Varroni. Vnde & eadem etymi licentia videntur dicti Axedres, vt Hispani vocat, quasi exquadri. Nam squadrones quadras phalanges vocant. Calculorum verò ludus, nihil aliud, quàm castra, & instructa acies. Sed caue, ne duodecim scriporum ludum cum latrunculis cõfundas. Alius enim est. Cuius inuentorẽ tradiderunt Palamedem. Ouid. de arte lib. 3.

Est genus in totidem tenui ratione redactum
Scripula, quot menses lubricus annus habet.

Ita enim legendum, non, vt vulgo, spicula. Mox nostrum hunc ita describit:

Parua tabella capit ternos vtrinq; lapillos:
E quibus hic labor est, continuare suos.

Qui manifesto lusus hodie à pueris obseruatur. Nam qui lapillos in linea continuat, is vincit. Vulgus Aquitanum Madrellum vocat: Galli madrellas, à materulis. Materes veteri lingua Gallica virgæ, & baculi. Nostrates autem pueri sæpius materum, aut bacillorum capitulis pro lapillis in eo lusu vtuntur. De materibus Sisenna, apud Nonium, apud Strabonem lib. IIII. de Gallorum

rum armis : καὶ μιρὶς παλαιᾷ τι εἶδος lego : καὶ μαρμαρίς. Fuit enim compendium scripturæ : vt μιρὸς pro μαρμάρος.

Et fracta prorumpat) Mandræ sunt jumenta, aut carri. Iuuenalis — *tantis conuicia mandræ.* In lusu latrunculorum dicuntur equites. Martialis :

Mandris, & vitreo latrone clusos.

Nisi potius quadrigas eburnas intelligas, quarum & factiones ad imitationem quatuor illarum celebriorum factionum in ludo calculorum repræsentabantur. Nam & Neronem quadrigis eburnis lusitasse auctor Suetonius.

FINIS.



Lipsiæ

IMPRIMEBANT HAEREDES
IOANNIS STEINMANNI

Anno

M. D. LXXXIX.

KORNICKA BIBLIOTEKA

Jure legitimo

BIBLJOTEKA KÓRNICKA
14048

